C. 2. 3
8

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3020 R. Vol. A. 362

HENRICI BOCERI, JURIS-

Conſulti, Inclytâ in Academiâ TUBINGENSI Anteceſſoris.

TRACTATUS ſingulares ſeptem

[stamp:] Nazionale NAPOLI

De

MODIS AMITTENDI FEVdum.

IN QUIBUS NON MODO HÆC Iuris Feudiſtici portio nervosè declaratur, ſed & quæſtiones variæ, elegantes, & indies inter Dominos feudi, ipſosq; vaſallos occurrentes, ſtudioſè enucleantur.

TUBINGÆ,

Typis & Impenſis, PHILIBERTI BRUNNII.

ANNO M DC XXVI.

Author
Ad
BENEVOLUM,
& amicum Lecto-rem.

DVO cumprimis rei cuiuslibet ſcita & reprehenſione vacua tractatio deſiderat; vnum eſt materiæ, quæ tractatur, diligens, & ſolida explanatio; Alterum diſpoſitio & methodus juſta, naturali congrua rationi. Hæc duo lectori propoſitam rem jucun-

dam reddunt, & memoriam eius magnoperè juvant.

Etſi verò mihi temerè & inſolentius arrogare nolim quicquam, quod eſt maximi & perfectiſſimi ICti, (à meâ enim naturâ alieniſſimum illud eſt) attamen hoc ſine vitii notâ affirmare poſſum, quòd ut hactenus in cæteris lucubrationibus meis variis, utrique conſiderationi huic operam dedi ſtudiosè, ita quoque in hâc ſcriptione meâ nolui committere, ut quiſquam hunc laborem hoc nomine culpare jure poſſit, ſi verò Jureconſultus aliquis acriori ingenio cul-

cultus, ac ſingulari peritiâ inſtructus, (ſicuti hoc maximè ſeculo Germaniæ noſtræ ſolum doctiſſimis Jurisperitis admodum eſt fœcundum) animadverterit hâc in opellâ meâ quidpiam prætermiſſum, aut minus cautè propoſitum, nec ſatis limatè tractatum, lapſum illum animo non amaro, ſed benigno excuſet, rogo.

Eſt quidẽ & hæc Juris Feudalis portio, quæ certè minima nõ eſt, ſive utilitatem, ſive difficultatem ſpectes, ab aliorum quorundam Jurisperitorum, maximè Schraderi, & Roſenthalii eruditis tractati-

bus, non ſine magnâ ſedulitate, vi ingenii cuiuſque efflorentis, in Feudorum Iure diu multumq́ volutati, illuſtrata; verùm ſi quem non pigebit, has etiam mei ſtudii meditationes, quibus operam dedi non exiguam, paululùm guſtare, & conſiderare attentius, intelliget facilè, laborem ſuum in illis evoluendis non malè impenſum.

Quantum enim induſtriæ, curæ & ſolicitudinis in concinnandis his tractatibus poſuerim, ſive quæſtionum, quæ in ipſis variæ & utiles proponuntur, explicationem ſpectes, ſive expeditam & facilem tracta-

tionem

tionem omnium hîc congeſtarum rerum expendas, negocium quod ſuſtinui hâc in re non eſſe leue, animadvertere potes.

Quòd ſi typographica hîc deprehendes menda quædam, illis ignoſcas benevolè, etiam atque etiam rogo. Spero autem pauca, nec admodum tetra extare uſpiam. Qui enim correctioni operis huius ſe præfici rogatus fuit, non vulgari tinctus eſt Legum peritiâ, ſed ab eâ Juris cognitione inſtructus, ut dignè Juris Candidatis accenſeri jampridem potuerit, & Advocatiæ munus non ſine laude

ſuâ præclarâ exequi valeat. Vale humaniſſime lector, & ſtudiis meis in declarando Jure noſtro favorem præſta benignè.

INDEX
PRAECIPVORVM
quæ in hiſce Tractatibus de Amiſſione Feudi continentur.

Prior numerus paginam, poſterior numerum ſummariorum ſignificat.

A

Ablatiui abſoluti conditionem faciunt, pag. 90. num. 96. Quæ conditio maiorem vim habet, quàm alia quævis conditio ibid.

Abſentia juſta vaſalli excuſat eum à petendâ inveſtiturâ 724. in fin. & ſeq.

Abſentia juſta quænam dicatur. ibid.

Abſentia domini etiam injuſta & voluntaria excuſat vaſallum à petitione inveſtituræ. 726. 44.

Actio Civilis famoſa ſimilis eſt cauſæ criminali. 195. 50.

Actio injuriarum eſt famoſa. 196. circa fin.

Actio condictitia innominatū præſupponit contractum. 467. 112.

Actiones pœnales non tranſeunt contra heredes delinquentis. 565. 49.

Adulterii crimen non incurrit, qui conjugem alterius, meretricem publicam carnaliter agnovit. 258. in fin. princ.

Adulterium regulariter non eſt culpa feudalis, ob quam vaſallus privatur

 feudo.

ſeudo. 676. in princ.

ADVOCATIA in Tit. 27. lib. 2. Feud. deſignat negocii alicuius publici procurationem. 282.

Advocatus cogitur etiam invitus cuilibet patrocinium præſtare, ſub pœnâ privationis officii. 190. in princ.

Ædificio feudali exuſto, non finitur feudum, ſed area manet feudalis. 52. n. 53. & pag. 53. ante fin.

Æquitas jure ſpeciali nõ comprobata, ad ἀντίδωρα quidem proficit, ad actionem verò inefficax eſt. 36. in fin.

Ager emphyteuticus non eſt dividendus inter plures heredes. 528. in princ.

Ager inundatione fluminis domino ademptus, ſi eodem impetu receſſerit flumen, ad priſtinum redit dominum. 550. 25.

Agnati non ut agnati, ſed ut filii primi adquirentis in feudo conſiderantur. 65. in princ.

Agnati vel filii non poſſunt retrahere feudum paternum, domino refutatum. 75 80. Ad ipſos tamen devolvitur, mortuo refutatore vaſallo. ibid. num. 81.

Agnati mortuo vaſallo ſubinſeudante, excludunt ſubvaſallum. 454. 94.

Agnati & filii vaſalli non poſſunt revocare feudum refutatum, quamdiu refutans vivit. 488. 131.

Agnatorum conſenſus officit, ut non poſſint revocare alienationem feudi ab agnato in alium factam. 598. 41.

Agnatus proximior retrahere poteſt feudum paternum, precio interveniente agnato remotiori refutatum. 82. poſt princ. Sed mortuo refutatore, revocat illud feudum, etiam non reſtituto precio. ibid. in fin.

Agnatus proximior removetur à jure prothimiſeos, ſi cõſenſerit in refutationem, remotiori agnato factam. 82. in fin. & ſeq.

Agnatus proximior conſentiens refutationi factæ remotiori, ſuccedit in feudum refutatum, mortuo refutatore, & remotiore illo agnato. 83. n. 88.

Agnatus medii gradus diſſentiens refutationi, in

remotiorem factæ, jure retractus uti poteſt.83. n.89.
Alienare qui prohibetur, is nec compromittere in arbitros poteſt. 363. in fin.
Alienatio feudi in remotiorem agnatum facta, niſi intra certum tempus revocetur per proximiorem agnatum, jure conſiſtit.81. circa med.
Alienatio feudi agnato facta, cenſetur quaſi refutatio.ibid.& pag.460.num. 102.
Alienatio in feudis ea tantùm prohibita eſt, per quam transfertur rei feudalis poſſeſſio. 350. in fin. & ſeq.
Alienatio rerum Eccleſiæ expreſſum requirit Capituli conſenſum. 601. 44. Limitatur, ſi à Prælato facta ſit alienatio.ibid.
Alienatio in arbitrium tertii collata, non habetur pro alienatione, niſi tertius ille arbitrium ſuum accommodet. 607. in princ.
Alienatione prohibitâ, non cenſetur neceſſariâ alienatione alicui interdictum. 588. 14.
Alienationis feudi ſpecies ſunt venditio, permutatio, donatio, datio in emphyteuſin, pignoris datio, pro anima judicatio, in dotem, & ſolutum datio, donatio propter nuptias, dotalitii conſtitutio, uſucapio & præſcriptio, rerum diviſio, contractus libellarius, datio in uſumfructum, legatum, tranſactio, conſtitutum poſſeſſorium. 341. & ſeqq. num. 2. cum ſeqq.
ALIMENTORUM appellatione non continetur ſolutio æris alieni 589. in fin.
Appellari non poteſt ab arbitri ſententiâ. 365. 27.
Appellatio gradatim fieri debet. 422. 57.
Aquam ex flumine publico, vel rivo ducere nemo poteſt, niſi ius illud à Principe impetrârit. 32. in fin.
Arbores in alieno prædio plantatæ, ſi radices ibi egerunt, ſolo cedunt, & pars ſoli dicuntur 305. circa med.
Area eſt pars ædificii. 52. num. 53.
Area pignori ſuppoſita manet, licet domus pignorata incendio perempta

pta ſit. 53. in princ.

Area debetur, ſi domus legata igne perierit. ibid.

Argumentum ab Emphyteutâ ad vaſallum procedit, ſi par utrinque militet ratio. 50. 48. & pag. 561. in princ. Ab uſufructuario ad vaſallum non ſemper procedit 54. in princ. Ex naturâ correlativorum, contra juris feudals diſpoſitionem non procedit. 60. in princ. Firmum à comparatis & connexis ex axiomate incerto, conſtitui nequit. 108. in princ. Ab inhabilitate caſuali, ad inhabilitatem volũtariam non procedit. 147. in fin. princ. Ab exheredatione ad feudi amiſſionem procedit. 186. in med. A minore ad maius non procedit in his, quorum unum jure prohibitum eſt. 374. 3. A Relatis nõ procedit, quando diſpar ratio eſt in utroque. 377. 9. A præſcriptione feudi, ad alienationem feudi non eſt commodum. 599. 42. A contrario ſenſu in correctionem certi juris non admittitur. 762. in princ.

B.

Beneficia largè ſunt interpretenda contra eum, à quo profecta ſunt. 28. 16.

Beneficia Principum perpetuò tributa cenſentur. 110 115.

BENEFICII appellatione in Tit. 27. lib. 2. Feud. non ſignificatur feudum, ſed officium, quoddam. 281. 18.

Bona contrahentium inceſtas nuptias inter Regalia referuntur. 654. 40.

Bonis publicatis, non publicatur etiam feudum. 659. in princ.

C.

Camera domini ſignificat ærarium eius. 41. in princ.

Cap. Ex trãſmiſſa 6. Extr. de for. comp. intelligendum de feudo ſeculari laicis conceſſo. 144. 158.

Capitula extraordinaria feudorum non ſunt Authentica. 97. n. 162.

Carnibus veſci ieiuniorum tempore, in Papatu non prohibentur debiles & infirmi. 582. 13.

Caſtro cum feudis adiudicato, non intelliguntur adjudicata feuda impropria. 505. 106.

Cavena ſignificat cellarium, penuarium, horreum domi-

domini. 41. 34.
Cauſâ principali non conſiſtente, nec ea quæ ſequuntur locum habent. 50. circa med.
Cauſa ingrati pecuniaria morte heredis ingrati non extinguitur; ſed ad ipſius quoq; heredes tranſit. 564. circa med.
Cauſæ exheredationis ad privationem feudi ſufficiunt. 237. in fin. princ.
Cauſæ juſtæ excuſantes vaſallum à petendâ inveſtiturâ, quænam. 709. 23.
Cautioni fragili fidem habere nemo cogitur. 712. in princ.
Certus qui eſt, amplius certificari non debet. 598. 40.
Civitas ex tacito conſenſu obligatur ſi eâ præſente Syndico pecunia mutuò data ſit. 603. 48.
Clauſula in fine propoſita, ad omnia præcedentia extenditur, 94. in fin. princ.
Limitatur pag. 95. in princ.
Clericus ſi quis efficiatur, amittit ius ſuccedendi in feudum, & feudũ ipſum quod poſſidet. 142. in fin. & ſeq.
Clericus feudum novum accipere poteſt 148. 166.
Clericus depoſitus, & poſteà reſtitutus, non recuperat beneficium alteri jam collatum. 672. 65.
Conceſſum ad tempus, cenſetur ademptum poſt tempus illud. 25. 12.
Conciliatio varia textus in Tit. 6. §. mutus, lib. 2. Feud. cum titulo 36. in princ. lib. 2. Feud. 118. & ſeqq. num. 124. cum ſeqq.
Concubina amouens res quaſdam concubino ſuo, ſoluto concubinatu furti actione famosâ conveniri poteſt ab eo. 237. 14.
Concubina quæ dicatur propria vel impropria. 239. & ſeq.
Concubina propriè ſic dicta, etiam Canonicis legibus permiſſa eſt. 240. 18.
Concubina in antiquis inſcriptionibus vocatur viceconjux. 236. in princ.
Concubina imitatur legitimam uxorem. ibid.
Concubina concumbens cum extraneo, tenetur L. Iulia de adulteriis. ibid.
Concubina dicitur noverca filii concubini ex juſtis

ſtis nuptiis nati ibid.
Concubinæ ſuperducere concubinam bonis moribus non convenit. 237. in princ.
Concubinæ an uxoris loco quis mulierem habuerit, in dubio ex ſolâ animi deſtinatione æſtimari oportet. 241. in fin. & ſeq.
Concubinatum omnem improbat Germaniæ noſtræ conſuetudo. 242. 19.
Concubinatus jure Civili eſt conſuetudo & conjunctio legitima. 235. in fin. & ſeq.
Condictio furtiva non perit morte furis, ſed datur etiam in ipſius heredes. 564. circa med.
Conditio ex ablativis abſolutis inducta, maiorem habet vim, quàm alia quævis conditio. 90. in fin.
Cōditionem defectâ evaneſcit diſpoſitio. 99. circa med. & pag. 103. in med & pag. ſeq. ante fin.
CONDITIONIS nomine in Tit. 26. §. vaſallus ſi feudum, lib. 2. Feud. ſignificatur qualitas feudi. 215. in fin. & ſeq.
Conductor expelli poteſt, ſi malè in re locatâ verſatus ſit. 280. 16.
Conductor non habet ius vindicabile in re conductâ ibid.
Conjunctio ſpiritualis noſtris in Eccleſiis nō impedit matrimonium. 635. in fin. princ.
Conſilium de comittendo delicto quando lex punit, tunc conſulens tenetur, licet ſuum revocet conſilium. 172. in princ.
Conſtitutio nova extendenda non eſt in correctionem juris veteris, niſi expreſsè abroget illud. 378. in fin.
Conſtitutum poſſeſſorium quid. 355. 16.
Conſtitutum transfert & poſſeſſionem, & dominium in conſtitutarium. 357. 18.
Cōſtitutum poſſeſſoriū eſt ſpecies prohibitæ alienationis in feudo. 356. 17.
Conſtitutum poſſeſſorium in feudo, non eſt ipſo jure nullum. 360. in princ.
Contractus ex conventione legem accipiunt. 476. in fin. & ſeq.
Correctio textuum juris vitanda. 694. 4.
Credentia domini eſt arcanum

canum ipſius, commiſſum fidei vaſalli. 206. in princ.

Creditor non ſolutâ pecuniâ, prædium pignoratum propriâ authoritate occupare nequit. 578. in fin. & ſeq.

Creditor non videtur cõſentire in pignoris venditionem, licet præſens fuit venditioni pignoris. 594. 30.

Crimen læſæ Majeſtatis non committitur in quemvis feudi dominum. 176. in fin. & ſeq.

Crimen læſæ Majeſtatis quid, quæque ejus ſpecies, & pœna, remiſſivè. 677. 77.

Culpa lata æquiparatur dolo. 159. 2.

Culpa vaſalli ob quam privatur feudo, conſiſtit vel in committendo, vel in omittendo. 160. 3.

Culpa in comittẽdo conſiſtens, propriè dicitur felonia. 160. in fin.

Culpa qualiter in perſonâ domini committatur. 161. 4.

Culpa in committendo conſiſtens gravior eſt illâ, quæ omittendo perpetratur. 553. in princ.

Culpa lata vaſalli non defendentis dominum in periculo conſtitutum, quæ dicatur. 745. 74.

C V L P Æ nomine in Tit. 21. & Tit. 22. §. ult. lib. 1. Feud. ſignificatur dolus. 156. num. 1. & pag. 538. 5.

C V R T I S appellatione in jure Feudorum denotatur territorium. 401. circa med.

D.

Damnum à ſe datum negans, pœnâ dupli tenetur. 210. 64.

Datum ſub conditione, ſub contrariâ conditione adimitur. 100. poſt princ. & pag. 104. in med.

Decimæ etiam laicis hodie concedi poſſunt in feudum. 399. ante fin.

Deficere in ſucceſſionis materiâ dicitur, qui moritur antequam ſuccedit, vel qui delatæ ſucceſſionis tẽpore non extat. 99. in fin. & pag. 114. circa med.

Definitio omnis in jure periculoſa. 18. in princ.

Delator domini quando privatione feudi ſit dignus. 182. 29.

Delictum requirens præter ſcripturam quendam alium

alium actum externum, ſolâ non perficitur ſcripturâ. 178 circa med.
Delictum in milite aliud eſt militare, aliud commune. 662. 51.
Deterioratio enormis quæ ſit, judicis arbitrio relinquitur. 298. 42.
Deteriorationem rei feudalis non rectè connumerari cauſis privationis feudi, multi tradunt Doctores 275. & ſeq. num. 8. cum ſeqq. Sed contrarium verius. 284. 20.
Dies ſolutioni adjectus, interpellat pro creditore. 318. in princ.
Dies adjectus anno, petendæ inveſtituræ deſtinato, quando incipiat. 705. 18.
Dies termini non computatur in terminum ibid.
Dignitas non debet operari diminutionem commoditatis ex jure provenientis. 149. num. 167.
Dignitas feudalis ſuâ naturâ eſt individua. 521. ante fin.
Diſpoſitio quælibet eo accipienda ſenſu, qui juris rationi & æquitati non adverſatur. 320. poſt princ.
Diſpoſitio pura, & conditionalis purificata æquiparantur. 91. circa med.
Diſpoſitio limitata extra terminos ſuos non extendenda. 622. 8.
Diſpoſitio generalis & obſcura, per aliam apertam & claram declaranda. ibid. num. 9.
Diſpoſitio ſpecialis derogat generali. 623. in princ.
Diſpoſitio generalis reſtringitur ſecundum naturam rei, de quâ concepta eſt. 633. in princ.
Diſpoſitum generaliter, intelligitur cautũ de quolibet caſu ſpeciali. 624. 13.
DISTRAHERE Feudum Authoribus feudorum eſt alienare feudum. 546 in princ.
Diviſio eſt ſpecies alienationis. 514. n. 183.
Divortium intempeſtivum marito non eſt permiſſum. 498. in princ.
Doctor civitate pulſus, & poſteà reſtitutus, non recuperat priſtinum locum in Collegio. 672. 65.
Doctor lecturâ ſuâ privatus, & poſteà reſtitutus, non cenſetur etiam reſtitutus

tutus quoad hanc lectu-
ram. ibid. num. 66.

Dolus ex indiciis colligi-
tur. 209. prope fin.

Dolus vaſalli deterio-
rantis rem feudalem, colli-
gitur ex eo, ſi à domino ad-
monitus, non abſtineret à
damnificando. 291. 30.

Dominium ita poteſt in
alium transferri, ut poſt
certum tempus danti reſti-
tuatur. 20. 5.

Dominium penes duos
in ſolidum, uno eodemq;
reſpectu exiſtere nequit.
410. circa fin.

Dominium feudi utile
licet ob alienationem illi-
citam cum directo conſo-
lidetur, non tamen poſſeſ-
ſio rei feudalis ad ipſum
redit dominum, abſq; ſen-
tentiâ judicis declaratoriâ.
580. in fin.

Domino incumbit pro-
batio, quòd amicitia cum
hoſtibus ipſius in ſui per-
niciem contracta ſit à va-
ſallo. 204. in princ. Li-
mitatur ut in pag. 205.
poſt princ.

Domino non poteſt ob-
trudi alius vaſallus per
alienationem, ſed benè per
ſubinfeudationem. 588.

Dominus non poteſt vi
deiicere vaſallum poſſeſſi-
one rei feudalis, ſed Iudicis
authoritate eam repetere
tenetur. 23. 9. Non te-
netur conſanguineis de-
functi vaſalli feudum ge-
neratione finitum denuò
concedere. 31. per tôt. In
feudo ſibi aperto ex æqui-
tate conſanguineos ultimi
vaſalli præfert extraneis.
36. 25. Elapſo anno re-
vocare poteſt feuda Guar-
diæ & Gaſtaldiæ quâcunq;
horâ velit. 38. in fin. Cur
evacuatâ ipſius Camerâ,
vel Caneuâ non ſit obligà-
tus vaſallo præſtare id
quod feudi nomine debe-
tur. 45. 41. Si reditus Ca-
meræ vel cauenæ ſuâ luxu-
riâ diſſipaverit, aliundè
ſatisfacere cogitur vaſallo.
46. 42. Limitatur ſi Ca-
mera vel cauena, abſque
ipſius culpâ evacuata fue-
rit. 47. 43. Veniens po-
ſteà ad pinguiorem fortu-
nam, & futuros & præteriti
temporis prouentus præ-
ſtare tenetur vaſallo. 47. 44
Refundere cogitur heredi-
bus vaſalli impendia neceſ-
ſariæ, vel utilis ædificatio-

alium actum externum, ſolâ non perficitur ſcripturâ. 178 circa med.

Delictum in milite aliud eſt militare, aliud commune. 662.51.

Deterioratio enormis quæ ſit, judicis arbitrio relinquitur. 298. 42.

Deteriorationem rei feudalis non rectè connumerari cauſis privationis feudi, multi tradunt Doctores 275. & ſeq. num. 8. cum ſeqq. Sed contrarium verius. 284.20.

Dies ſolutioni adjectus, interpellat pro creditore. 318. in princ.

Dies adjectus anno, petendæ inveſtituræ deſtinato, quando incipiat. 705. 18.

Dies termini non computatur in terminum ibid.

Dignitas non debet operari diminutionem commoditatis ex jure provenientis. 149. num. 167.

Dignitas feudalis ſuâ naturâ eſt individua. 521. ante fin.

Diſpoſitio quælibet eo accipienda ſenſu, qui juris rationi & æquitati non adverſatur. 320. poſt princ.

Diſpoſitio pura, & conditionalis purificata æquiparantur. 91. circa med.

Diſpoſitio limitata extra terminos ſuos non extendenda. 622.8.

Diſpoſitio generalis & obſcura, per aliam apertam & claram declaranda. ibid. num. 9.

Diſpoſitio ſpecialis derogat generali. 623. in princ.

Diſpoſitio generalis reſtringitur ſecundum naturam rei, de quâ concepta eſt. 633. in princ.

Diſpoſitum generaliter, intelligitur cautū de quolibet caſu ſpeciali. 624. 13.

DISTRAHERE Feudum Authoribus feudorum eſt alienare feudum. 546. in princ.

Diviſio eſt ſpecies alienationis. 514. n. 183.

Divortium intempeſtivum marito non eſt permiſſum. 498. in princ.

Doctor civitate pulſus, & poſteà reſtitutus, non recuperat priſtinum locum in Collegio. 672. 65.

Doctor lecturâ ſuâ privatus, & poſteà reſtitutus, non cenſetur etiam reſtitutus

tutus quoad hanc lectu-
ram. ibid. num. 66.
Dolus ex indiciis colligi-
tur. 209. prope fin.
Dolus vaſalli deterio-
rantis rem feudalem, colli-
gitur ex eo, ſi à domino ad-
monitus, non abſtineret à
damnificando. 291. 30.
Dominium ita poteſt in
alium transferri, ut poſt
certum tempus danti reſti-
tuatur. 20. 5.
Dominium penes duos
in ſolidum, uno eodemq;
reſpectu exiſtere nequit.
410. circa fin.
Dominium feudi utile
licet ob alienationem illi-
citam cum directo conſo-
lidetur, non tamen poſſeſ-
ſio rei feudalis ad ipſum
redit dominum, abſq; ſen-
tentiâ judicis declaratoriâ.
580. in fin.
Domino incumbit pro-
batio, quòd amicitia cum
hoſtibus ipſius in ſui per-
niciem contracta ſit à va-
ſallo. 204. in princ. Li-
mitatur ut in pag. 205.
poſt princ.
Domino non poteſt ob-
trudi alius vaſallus per
alienationem, ſed benè per
ſubinfeudationem. 588.
Dominus non poteſt vi
deiicere vaſallum poſſeſſi-
one rei feudalis, ſed Iudicis
authoritate eam repetere
tenetur. 23. 9. Non te-
netur conſanguineis de-
functi vaſalli feudum ge-
neratione finitum denuò
concedere. 31. per tot. In
feudo ſibi aperto ex æqui-
tate conſanguineos ultimi
vaſalli præfert extraneis.
36. 25. Elapſo anno re-
vocare poteſt feuda Guar-
diæ & Gaſtaldiæ quâcunq;
horâ velit. 38. in fin. Cur
evacuatâ ipſius Camerâ,
vel Caneuâ non ſit obligà-
tus vaſallo præſtare id
quod feudi nomine debe-
tur. 45. 41. Si reditus Ca-
meræ vel cauenæ ſuâ luxu-
riâ diſſipaverit, aliundè
ſatisfacere cogitur vaſallo.
46. 42. Limitatur ſi Ca-
mera vel cauena abſque
ipſius culpâ evacuata fue-
rit. 47. 43. Veniens po-
ſteà ad pinguiorem fortu-
nam, & futuros & præteriti
temporis prouentus præ-
ſtare tenetur vaſallo. 47. 44
Refundere cogitur heredi-
bus vaſalli impendia neceſ-
ſariæ, vel utilis ædificatio-

nis, feudo abſque vaſalli culpâ finito. 55. num. 56. Moderatè exigere debet ſervitia. 56. n. 58. Non poteſt auferre feudum, quamdiu vaſallus eſt fidelis. 59. poſt princ. Et vaſallus non ubique ad paria judicantur. ibidem & pag. 468. in fin. Non tenetur vaſallo jurare fidelitatem, nō etiam poſſidet feudum. ibid. Vaſallo tamen debet eſſe fidelis. ibid. Percipiens fructus pendentes feudi refutati, tenetur rependere vaſallo expenſas in culturam factas. 74. in fin. & ſeq. Mutum ita natum de feudo nouo inueſtire poteſt. 123. in fin. Ex officio poteſt mandare vaſallo ſub pœnâ priuationis feudi, ne iniquè tractet ſubditos feudales. 330. in fin. Non poteſt feudum abſque conſenſu vaſalli in alium transferre. 376. 8. Non poteſt recuſare ſubvaſallum, ſi mortuo ſubinfeudante ei ſervire velit. 449. in princ. Non cenſetur remiſiſſe culpam vaſalli feudum illicitè alienantis, licet mox non declaraverit ſe, quòd feudum ſibi apertum velit 557. 37. Feudum illicitè alienatum à quocunque poſſeſſore vindicare poteſt. 562. & ſeq. n. 43. & 45. Non poteſt propriâ authoritate avocare feudum illicitè alienatū, ſed interveniente judicis ſententiâ declaratoriâ. 577. in fin. & ſeq. Ampliatur, quòd nec â malæ fidei emptore feudum propriâ authoritate avocare poſſit. 580. in fin. & ſeq. Non poteſt cogi, ut vaſallo neceſſitate oppreſſo, feudum alienare volenti, conſentiat. 585. & ſeqq. num. 19. cum ſeqq. Præſens venditioni feudi, & tacens, non videtur conſentire in alienationem feudi. 591. in fin. & ſeqq. num. 24. cum ſeqq. Limitatur niſi conſenſum ſuum vel ſubſcriptione, vel ſigilli adpoſitione declaret. 595. ante fin. & pag. 604. num. 50. Cōtra vaſallum inceſtuoſum, omiſſo criminali judicio, ad feudi amiſſionem civiliter agere non poteſt. 565. in princ. An tempus petendæ inveſtituræ imminuere poſſit vaſallo, remiſſivè. 743. 71. Quando præſumatur letha-

liter vulneratus. 765. 93.
Feudum actione condictitiâ repetere poteſt, quando vaſallus non præſtat, quod promiſit inveſtituræ pacto. 778. n. 113.
Dominus directus rem emphyteuticam commiſſam, non poteſt propriâ authoritate avocare ab Emphyteutâ, ſed opus eſt ſententiâ declaratoriâ. 578. in med.
Domo pignoratâ incendio peremptâ, area ipſius pignori ſuppoſita manet. 53. in princ.
Domo legatâ incendio extinctâ, area ipſius debetur. 53. circa med.
Domo fructuariâ exuſtâ etiam uſusfructus finitur, nec debetur amplius ex areâ. 53. n. 54.
Domus domini ſive Senioris ſignificat eius familiam. 256. in fin. & ſeq.
Donatio ob liberationem ab hoſtibus facta, irrevocabilis eſt. 142. prope fin.
Donatio revocatur ob iniuriam atrocem. 181. 27.
Donatio revocatur ſi donatarius patrocinium vel operam præſtat contrà donatorem. 189. 40.
Donatio non dicitur revocata ob donatarii ingratitudinem, priusquam donator eam expreſsè retractaverit. 559. 39.
Donatio revocari non poteſt ab herede donatoris 563. & ſeq. n. 44. & 47.
Dos mulieris culpoſæ non ipſo jure incipit eſſe in mariti dominio. 565. 48.
Dubitans æquiparatur ignoranti, & excuſatur ſicuti ignorans. 543. in fin.
Dubitans an à vero domino poſſideat, nec nè, impenſas deducere poteſt. 544. in princ.
Dubitanter reſpondens, revera negare non videtur. 211. 65.
Ducatus, Marchia, Comitatus nõ poſſunt in ſubfeudum dari abſque conſenſu Imperatoris. 384. 47.
Ducatus W'ürttembergicus ne dividatur, utque ſolus primogenitus in eum ſuccedat, ſtatuit Imperator Maximilianus. 530. n. 209.
Duces, Marchiones, Comites, Barones, perpetui ſunt Magiſtratus, & in ſuis territoriis ea poſſunt, quæ ipſe Imperator in Imperio. 437. circa med.

Duces, Marchiones &c. non poſſunt habere vaſallum ligium. 500. 150.

E.

Eccleſia cultrix eſt & autrix juſtitiæ. 146. 162.

Eccleſiaſtici prædii alienatores anathemate feriũtur. 553. 28.

Emphyteuſis ad certam generationem conceſſa, finitur ipsâ generatione finitâ. 26. in fin.princ.

Emphyteuſis finitur extinctâ re emphyteuticâ. 50. 48.

Emphyteuta integrum canonem præſtare tenetur, quando particulare in fundo emphyteutico contigit damnum. 54 ante fin.

Emphyteuta incidens arbores fructiferas, quas ipſe ſeruit, non privatur emphyteuſi. 305.in princ.

Emphyteuta ob particularem rei emphyteuticæ deteriorationem privatur tantum parte deterioratâ. 308. 52.

Emphyteuta intra tempus legitimum nõ ſolvens canonem, ſi mox purgaverit moram non amittit emphyteuſin. 552. 27.

Emphyteuta non privatur emphyteuſi ob non ſolutum canonem, niſi dominus hoc velit, idque re & verbis oſtendat. 560.in fin. & ſeq.

Emphyteuta partem tãtum canonis ſolvens, totam amittit emphyteuſin. 569. 56.

Emphyteuta alienare intendens ius ſuum emphyteuticum, domino quidem denunciare illud jubetur, ſi tamen hic ſtatuto tempore non expoſuit mentem, tũc pro arbitrio alii vendere poteſt. 590. 22.

Emptor feudi num adverſus vaſallum venditorem experiri poſſit ad recuperandum precium. 611. 58.& ſeq.

Excommunicatus de jure vitandus. 722. in fin.

Expreſſum in Iuris diſpoſitione & illud dicitur, quod ex ratione & mente legis colligitur. 289. 25.

Expreſſum maioris eſt efficaciæ quàm tacitum. 487. in fin.

F.

Factum ſemel legitimè, ex ſuperveniente caſu retra-

tractari non debet. 135. poſt princ.
Factum mali exempli dignâ coercendum pœnâ. 752. 82.
Factus miles Chriſti, deſiit eſſe miles ſeculi. 146. in princ.
Felonia propriè ſignificat crimen illud, quo vaſallus fidelitatem violat, vel dominus non præſtat vaſallo fidelitatem, quam ei debet. 649. 35.
Feuda Guardiæ vel Gaſtaldiæ nõ amittuntur ipſo jure anno elapſo, ſed domini revocatione interveniente. 38. n. 29.
Feuda Guardiæ vel Gaſtaldiæ ſi dominus poſt annum non revocet, morte eius demùm finiuntur 39. in princ. Cameræ & Cavenæ impropria ſunt, & rectè dicuntur Soldatæ feuda. 40. & ſeq. Hæc finiuntur morte dantis & accipientis. 42 in princ. Hæc rectâ appellantur à ICto Feudiſtâ. 42. 36. Hæc perſonaliſſima à quibuſdam dicuntur. 43. 37. Hæc quatenus propriis feudis connumerentur. 44. 39 Hæc finiuntur, domini Camerâ, vel cavenâ evacuatâ. 45. n. 40. Fallit ſi domini profuſione evacuata ſit Camera vel cavena. 46. n. 42. Fallit item ſi denuò quid eſſe cœperit in camerâ vel cavenâ domini. 47. 44.
Feuda Regalia abſque conſenſu Imperatoris non poſſunt in ſubfeudum dari. 384. 17.
Feudalia prædia proprietatis jure ad dominum pertinent. 285. 21.
Feudi qualitas & natura æſtimantur quoque ex re, quæ conceſſa fuit in feudum. 44. in fin. princ.
Feudi appellatio non eſt propria feudo tantum proprio, ſed cum feudo improprio communis. 87. in med.
Feudi ius eſt quidem individuum, ſed ratione ſubiecti corporis ſcil: prædiorum feudalium, dividi poteſt. 309. 53.
Feudi oommunis pars ob deſertionem domini prælıantis commiſſa, an domino, vel convaſallo cedat. 758. 89.
Feudum finitur tempore, ſi ad certum tempus datum fuit. 18. 2. Ad certum tempus cõſtitui poſſe, pro-

 batur.

batur.19.& ſeq.num.4.& 5. Finitur generatione finitâ, ad quam uſq; datum fuit. 25.12. Si côceſſum ſit alicui, & eius liberis uſque ad tertiã generationem, primus adquirens excluſivè vocatus intelligitur. 27.14. Si conceſſum ſit auff drey Leyber primus adquirens incluſivè vocatus cêſetur, & nepotes tertiam conſtituunt perſonam.28.in fin.& ſeq. Conceſſum filiæ defuncti vaſalli,non poteſt revocari ab eius agnatis.35.23. Guardiæ vel Gaſtaldiæ quid.38. 28. Soldatæ quodnam. 39. 31. Soldatæ finitur morte dantis,vel accipientis. ibid. Cameræ & Cavenæ quid.40,in princ.Rectum in Tit. 2. §. ſi verò, lib.2. Feud. ICto Feudiſtæ eſt feudum juſtũ & legitimum.42.36. Pro mercede datum, finitur tranſacto anni ſpacio.48, 46. Conceſſum pro mercede quodnam dicatur. 48, in fin. & ſeq. Finitur interitu, rei feudalis fortuito. 49. 47. Finitur ſi prædium feudale terræ motu evertatur.51.in princ. Idem dicendum de prædio feudali inundatione obruto. 51. num.50. Reſtituitur ſi aqua eodem impetu diſcedit,quo venit. 51.in fin. Amittitur ſi feudalia prædia ab hoſte vel prædonibus occupatur. 52. num. 51 Reſtituitur vaſallo, ſi huiuſmodi prædia poſtliminio redierint. 52. poſt princ. Non finitur ſi prædium feudale chaſmate vel incendio perierit. 52. 52. Differt ab uſufructu. 54. in princ. & pag. 74. n. 78. Per ſe contractus non eſt. 57. 51. Certi ſervitii non poſſe refutari, quidam malè arbitrantur. 61. in princip. Refutatum à vaſallo, & eius liberis per inveſtituram redditum, manet paternum. 69. numer. 71. Plenius tribuit ius, quàm uſusfructus. 74. numer. 78. Paternum domino refutatum,devoluitur ad filios & agnatos, mortuo refutatore. 75. in fin. & ſeq. Refutari poteſt, retento jure percipiendi fructus. 77. 83. Francum licitè refutari poteſt. 84. in fin. & ſeq. Alteratum in uno, naturam ſuam retinet in cæteris omni-

omnibus. 85. num. 91. & pag.502. in fin.& ſeq. Ligium jure refutatur. 85. 92. Novum à duobus fratribus acceptum hoc pacto,ut alter alteri ſuccedat, uno ſine maſculo decedente, tranſit ad alium. 111. n.116. Paternum eſt, quod jure ſucceſſionis ad aliquem ex primo adquirente deſcendentem,pertinet. 123. circa med. Novū dicitur, quod novâ inveſtiturâ à poſſeſſore adquiſitum eſt. 123. n. 129. Novum obtinens, ſi caſu quopiam mutus, ſurdus, vel aliter imperfectus fiat, feudum retinet.134. n. 147. Ampliatur quòd etiam procedat in feudo Regali. 137, num. 151. Francum retinere mutum, ſurdum, aliumque naturâ imperfectum,multi tenēt Doctores, ſed contrarium verius. 138. num- 152. Prægustatorium vel vivanderium non amittit vaſallus, ſi ex accidenti vel guſtu vel odoratu privatus fuerit. 140. in med. Meritorium retinet imperfectus ex caſu, ſive novum ſit,ſive paternum. 141. per tot. Limitatur ſi imperfectus ſit naturâ.142.per tot. Amittit Clericus, & qui votum Religionis aſſumit. 143. in princ. & ſeqq. Novum tamen Iure accipit Clericus. 148. in fin. Amittit filius ob delictum patris vaſalli, 150. Quod ob crimen læſæ Majeſtatis in commiſſum cecidit, Fiſco applicatur. 177. in med. Compatatum pecuniâ, nō eſt improprium. 303. in princ. Amittitur ſi ædes feudales culpâ vaſalli igne perierint.335. 90. Vt committatur ob alienationem, requiritur poſſeſſionis trāſlatio. 365. circa med. Ob militiæ potiſſimùm munus cōceſſum intelligitur. 376. 6. In Curte domini dicitur, quod vaſallus poſſidet in territorio domini ſui. 401. & ſeq. num, 34. Paternum mortuo vaſallo ſine prole maſculâ, ad agnatos pertinet, ad dominum autem ſi nulli ſucceſſores adſunt. 448. 85. Licitè alienatum aperitur domino, ſi vaſallus ſine herede feudali decedat. 449. 87. Per inveſtituram primam adquiritur & filiis & nepotibus ordine ſucceſſivo.

456. in fin. Refutatum reali refutatione conſentitienb.ſucceſſoribus feudi, efficitur feudum novum. 265. 108. Secus ſi perſonali refutatione ſit refutatum.ibid. Non eſt contractus, ſed ius aliquod. 466. 111. Novum etiam filiis vaſalli conceſſum intelligitur, licet de illis nihil expreſſum fuerit. 487. poſt princ. & pag. 510.num, 173. Ligium quid. 499. 148. Conditionatum quod dicatur. 504. 159. Pertinet ad agnatos, non ut agnatos, ſed ut filios ex primo adquirente deſcendentes. 511. 175. Novum eſt filiorum, etiam vivo adhuc patre vaſallo. ibid. num. 176. Ducatus, Marchionatus, Comitatus non eſt dividẽdum, Et quare. 518. 191. & ſeqq. Illicitè alienatum, ipſo iure amittitur, eius tamen poſſeſſio avocatur sẽtentiâ judicis declaratoriâ. 575. & ſeq. num. 2. & 3 & pag. 579. num. 99. & ſeq. Limitatur ſi alienatio illicita ſit notoria. 577. Non publicatur, bonis allodialibus publicatis. 659. in fin.

Fideicommiſſariæ reſtitutioni ſubjecta res ex neceſſitate alienata, mortuo herede fiduciario revocari poteſt à ſubſtitutis. 454. in princ.

Filii vel agnati non poſſunt retrahere feudum paternum, domino refutatũ. 75. num. 80. Revolvitur tamẽ hoc feudum ad ipſos, mortuo refutatore vaſallo. ibid. num. 81.

Filii & agnati quibus refutatum eſt feudum, retento jure percipiendi fructus, tenentur intra legitimum tempus inveſtituram petere. 79. per tot.

Filii dicuntur retinere feudum, quia ex primâ inveſtiturâ ius quæſitum habent in feudo. 124. num. 131.

Filii non tenentur ratam habere ſubinfeudationem à patre in feudo etiam novo factam. 457. in princ.

Filii non poſſunt revocare feudum novum refutatum, vivo adhuc patre refutante. 485. in princ. Vt nec feudum antiquũ. 488. 131. Poſt mortem autem patris revocare feudum nõ prohibentur. ibid.

Filiis

Filiis commodum feudale non ſolâ domini concedentis conventione, ſed & legis feudalis beneficio adquiſitum eſt.65. in fin.& pag. 66. num.67.item pag. 513. num: 181.

Filius vaſalli amittit feudum ob delictum patris 150.

Filius contra patrem actione famosâ etiam civili experiri prohibetur. 196 poſt princ.

Filius miſcens ſe concubinæ patris, exheredari poteſt. 237. in fin. princ.

Filius non poteſt ſuccedere in feudum, niſi etiam patris heres in allodiis fiat 557. 97.

Fœmina ſemel à feudo ſubmota, perpetuò excluſa manet.88. num. 95. & pag. 90. & ſeqq. num. 96. 97. cum ſeqq. Contrarium autem placet multis, quorum argumenta refutantur pag. 101. & ſeqq. n. 105. cum ſeqq.

Fœmina vocata ad feudum cum maſculis, admittitur ordine ſucceſſivo, deficientibus ſcil: maſculis. 91. in fin. & pag. 98. num. 103

Fœmina ad feudi ſucceſſionem vocata, cenſetur in proximum delatæ ſucceſſionis caſum vocata, ſi ſcil: eo caſu non extet maſculus. 109. ante fin.

Fœminas ipſa feudorum natura abiicit à ſucceſſione feudi, 112. in med.

Fœminæ maſculis ſubſtituræ cenſentur in feudo, quod maſculis & fœminis conceſſum eſt, 100. n. 104.

Fœminæ non obtigiſſe caſum ſuccedendi in feudum donec maſculus extat, & ita non rectè dicatur excluſa fœmina extante maſculo, perperam ſtatuit Heigius. 199. 114.

Fœminæ non ſuccedunt in feudum, quod propter benemerita datum eſt, remiſſivè. 142. in med.

Fœminæ feudũ novum concedi poteſt. 144. in fin. princ.

Frater ſuccedit fratri in feudum novum, communi pecuniâ comparatum. 600. 43.

Fraus in ſubinfeudatione præſumitur, ſi precio interveniente facta ſit. 379. 13.

Fructus totius anni debentur

bentur heredibus, ex feudo cameræ vel cauenæ ob mortem vaſalli finito. 48. num. 45.
Fructus tempore refutatationis pēdentes ad quem pertineant? 72. n. 76.
Fructus non intelliguntur, niſi deductis impenſis. 75. in princ.
Fur licet mutato conſilio rem furtivam domino reddat, non tamen liberat ſe à furti actione. 548. in princ.
Furioſus & mente captus naturâ, non ſuccedunt in feudum. 125. n. 133. Quia neq; animo ſuo conſilium, neque corpore auxilium domino præſtare poſſunt. 125. in fin. & ſeq.

G.

Garum quid. 175 22.
Garus eſt piſcis ex genere locuſtarum. ibid.
Generalitas ad veriſimilia adſtringitur. 623. 11.
Generi per ſpeciem derogatur in toto Iure. 621. 6.
Gloſſæ authoritas non præferenda legum authoritati. 634. 22.
Guardiæ vel Gaſtaldiæ feudum quod dicatur. 38. n. 28.

H.

Hartmanni Piſtoris reiicitur opinio, qui imperfectum ex accidente non admitti ad feudum putat, ſi, antequam, ſucceſſit, imperfectus ſit factus. 129. in fin. & ſeq. Eiusdem diſſolvuntur argumenta, quibus defendere conatur, quòd ad ſubfeudi alienationem domini ſaltem immediati conſenſus requiratur. 417. & ſeqq. Ipſius refutantur rationes, quibus obtinere vult, quòd ſubfeudum mortuo ſubinfeudante liberè revertatur ad dominum. 447. & ſeqq. n. 82. cum ſeqq.
Heredis appellatione Iure feudorum venit tantùm maſculus. 386. 19.
Hereditate indignus eſt, qui cum uxore aut filiâ teſtatoris concubuit. 225. circa fin.
Heres adeundo hereditatem, dominium quidem adquirit, ſed non poſſeſſionem. 22. 7.
Heres ſuus non adire here-

hereditatem, ſed ipſo jure heres exiſtere dicitur. 129. in fin. princ.

Heres amovens quid ex legatis,non in toto legato amittit falcidiæ detractionem, ſed in parte ſolum. 207. in fin.

Heres tenetur præſtare factum defuncti. 457. 97.

Heres non poteſt pro parte adire, & pro parte repudiare hereditatem. 493. ante fin.

Heres domini feudi revocare poteſt feudum vivente adhuc domino illicitè alienatum. 561. 42.

Heres defuncti vaſalli, intra terminum petendæ inveſtituræ decedentis,plenum à novo habet anni & diei terminum. 741. & ſeq. n. 68. & ſeq.

Homagia ſunt realia, non perſonalia, & præſtantur contemplatione feudi. 470. in fin.

HONORIS appellatione in Tit. 5. §. pen. lib. 1. Feud. denotatur ſpecialis juriſdictio. 402. in princ.

HOSTIS appellatione in Tit. 7. lib. 1. Feud. ſignificat exercitum. 395. 26.

Hypotheca & pignus nominis tantùm ſono differunt, & quomodo hoc intelligendum. 349. in fin. & ſeq.

Hypothecæ conſtitutio non eſt ſpecies prohibitæ in feudo alienationis 348. circa med.

Hypothecæ conſtitutio nō transfert poſſeſſionem. 349. circa fin.

Hypothecæ conſtitutio ius reale adfert creditori, quod competit ceſſante ſolutione. 351. 11.

I.

Idem juris eſt in parte, quoad partem, quod eſt in toto, quoad totum. 68. in princ.

Ignorantia vaſalli alienantis feudum abſque domini conſenſu, quatenus præſumatur 537.

Ignorantia hæc vaſalli juramento probatur. 539. 7.

Ignorantia præſumitur, quando agitur de dolo excludendo. 538. 6.

Ignorantia in facto proprio præſumitur, quando agitur de damno vitando. ibid.

Ignorantia craſſa & affectata non excuſat. 539. 8.

Ignorãtia Iuris excuſat ruſticos, mi-

milites,& fœminas. 541.12.
Ignorantia juſta vaſalli alienantis feudum,quæ ſit. 542.13.& ſeq.
Ignorantia vaſalli non petẽtis legitimo tẽpore inveſtituram,quatenus juramento probari poſſit. 735. 59.& ſeq.
Ignorantia juris non excuſat vaſallum à petenda inveſtiturâ. 737.63.
Ignorantia craſſa & ſupina quæ ſit. 735.61.
Ignorãtia affectata quænam. 736.62.
Ignorãtia affectata ſciẽtiæ comparatur.ibid.
Imperfecti naturâ non ſuccedunt in feudis. 116. & ſeqq. num. 121. cum ſeqq. Honeſtè tamen alẽdi ſunt, ſi feudum ſit fructuoſum. 126.n.135.
Imperfecti ex accidente retinent ius ſuccedendi in feudum. 127.& ſeq. num.136.
Impubes jure communi abſque tutore ſuo non obligatur. 721. in princ.
Impubes præſtans domino feudi fidelitatem, non obligatur.720. 34. Niſi ſit doli capax. 721.circa med.
Impubes peierare non videtur. 722. 35.
In ambiguâ oratione benignior interpretatio ſumenda. 112. in princ.
Incendium præſumitur culpâ inhabitantium fuiſſe exortum. 335.9.
Inceſtuoſus non amittit ipſo jure bonorum ſubſtãtiam ob crimen illud. 665. in fin.
Inceſtus pœna quænam. 654.40.
Inceſtus an ſit delictum feudale, privatione feudi dignum. 653. & ſeqq. num.39 cum ſeqq.
Inceſtus alius eſt juris naturæ, alius juris civilis. 666. & ſeq.n. 55. cum ſeqq.
Inceſtus non committitur inter duorum fratrum vel ſororum liberos. 668. 59.
Incola non poteſt intẽpeſtivè renunciare incolatui. 498. in princ.
Induſtriam perſonæ promittens,nõ præcisè tenetur ad factum illud præſtãdum. 475.circa med.
Infamia vaſalli per ſe non eſt cauſa amittendi feudum. 652.37.
Infamia domini quatenus

nus excuſet vaſallum à petitione inveſtituræ. 722. 37.

Infamia vaſalli non excuſat à petitione inveſtituræ. 723. 38.

Infans in feudis minor è 14. annis ſignificat. 716. 30.

Inimicitiæ inter dominum & vaſallum, an perpetuam vaſallo tribuant non petendæ inveſtituræ excuſationem. 714. 29.

Inimicitiæ inter dominum & vaſallum ortæ, quatenus excuſationem præſtent vaſallo non petenti legitimo tempore inveſtituram. 710. num. 24. & ſeq.

Injuria generaliter dicitur omne, quod non jure fit, ſpecialiter verò quod fit in contumeliam alicuius. 180. 26.

Injuria uxori illata, cenſetur illata marito. 221. in fin. & pag. 229. in fin.

Injuria illata filio, in patrem quoq; redundat. 222. 3

Injuria patri illata, pertingit quidem filium, ſed actio injuriarum ipſi non competit. 223. poſt princ.

Injuria quæ infertur defuncto, minor eſt, quàm quę viuenti imponitur. 232. in fin.

Injuria ſponſæ impoſita, ad ſponſi contumeliam ſpectat. 244. circa fin.

Iniuria illata matri, etiã filii exiſtimationem contingit. 246. circa med.

Inſidiæ habentur pro delicto perfecto. 161. 4.

INSOLENTIÆ vox in Tit. 27. lib. 2. Feud. denotat rem inſolitam, contumaciam, arrogantiam, non ſævitiam. 321. ante fin.

Interdictum unde vi famoſum eſt, reſpectu infamiæ facti. 198. 53.

Interpretationem eam ſequimur. quâ excluditur pœna. 232. 11. Quæ item non inducit correctionem. 446. in princ.

Interrogatus in jure, ſi taceat, pro negante habetur. 593. 28.

Inveſtitura feudi petenda à ſucceſſore feudali, non allodiali. 415. circ. med.

Inveſtitura eſt cõtractus innominatus. 467. 112.

Inveſtitura per Procuratorem peti poteſt. 517. 189.

Inve-

Inveſtitura quid, & quotuplex, remiſſivè. 689. in fin.

Inveſtitura feudi novi quando petenda. 691. 2.

Inveſtitura feudi veteris petenda, quoties vel dominus, vel vaſallus mutatur. 693. 3.

Inveſtitura feudi cur intra annum & diem petenda, & non longius aut brevius requiratur tempus. 704. circa med.

Inveſtitura Iure Saxonico intra annum & ſex ſeptimanas petenda eſt. 706. 19.

Inveſtituram feudi veteris à vaſallo milite intra annum & menſem, & à pagano intra annum & diem petendam eſſe, cōtra alios defenditur. 695. & ſeq. n. 6. & ſeq.

Inveſtituram vaſallus nō petens intra tempus legitimum, ex quibus cauſis excuſetur. 709. 23.

Inveſtituram petere non eſt onus, ſed reverentia quædam domino debita. 731. 54.

Inveſtituræ pactum juxta feudorum placita interpretandum. 106. & ſeq.

Inveſtituræ feudi promiſſi petendæ tempus domino eſt arbitrarium. 692. poſt princ.

Inveſtituræ petēdæ tempus, quando currere incipiat. 706. 20.

Inveſtituræ petēdæ tempus eſt utile. 708. in princ.

Inveſtituræ petēdæ tempus ſucceſſori fendali currit etiam ante aditam hereditatem vaſalli defuncti. 737. 65.

Inveſtituræ petēdæ tempus integrum datur ſucceſſori feudali, ſi vaſallus intra tempus illud deceſſerit. 741. & ſeq. 68. cum ſeq.

Iudicis officium verſatur vel circa actiones, vel in jure dicundo cōſiſtit. 37. 26.

Iuramentum non mutat, ſed recipit naturam & conditionē negocii, ſuper quo interponitur. 483. in princ.

Iuramentum recipit tacitam conditionem, ſi res in eodem ſtatu permanſerit. ibid.

Iuramentum de ſolvendo debito non habet vires, ſublatâ per præſcriptionem actione illâ, quâ debitum peti potuit. 484.

Iuramentum fidelitatis

per Procuratorem præſtari poteſt. 515. n. 185. & ſeq.
Iurisdictio licet ſit individua, eius tamen commoditas inter plures ſucceſſores communis eſt. 525. num. 200.
Iuriſdictionis prorogatio fieri poteſt tacito conſenſu non ſolùm partis litigãtis, ſed & judicis. 602. 26.
Ius legis diſpoſitione alteri adquiſitum, contrario hominis facto tolli nequit. 65. in fin.
Ius ſuccedendi in feudum, conventione illis tãtùm tribuitur, quibus lege feudali ius illud tributum non eſt. 66. num. 67.
Ius alicui tacitè adquiſitum, ipſi invito extorqueri nequit per eum, cujus operâ comparatum fuit. 67. in princ.
Ius Prothimiſeos eſt privilegium, & non competit privilegiato contra privilegiatum. 75. num. 80.
Ius Prothimiſeos non in alio contractu, quàm quo precium intervenit, locum habet. ibid.
Ius quæſitum in feudo non impeditur per inhabilitatem ſupervenientem. 146. in fin.
Ius feudi cenſetur conceſſum ſaltem ad vitam vaſalli. 448. 84.
Ius ſingulare in conſequentiam trahi nequit. 645. in princ.
Ius Iuſtinianeum in Novell. 12. & Auth. inceſtas nuptias. C. de inceſt. nupt. quoad pœnam inceſtus nõ eſt correctum per Ius Canonicum in c. non debet, Extr. de conſang. & affin. 669. 62.
Iuſſus expreſſam denotat volũtatẽ. 592. poſt princ.

L.

Legatarius non poteſt pro parte adquirere, & pro parte repudiare legatum. 68. n. 69. & pag. 493. ante fin.
Legatarius totum amittit legatum, quando tutelæ partem ſuſcipere recuſat. 310. 55.
Lehenträger qui dicatur. 517. 189.
Leonis Imperatoris Novellæ in Orbe Romano nõ ſunt receptæ. 239. in princ.
Lex pœnalis nõ poteſt verificari in caſu ficto. 356. in princ.

princ. & pag. 561. num. 24.
Lex nova poſterior ſpecialiter non corrigens legem priorem, præſumitur hanc ſalvam reliquiſſe. 696. 7.
Lege novâ quod non eſt expreſſum, id ueterum legum regulis cenſetur relictum. 568. in princ.
Leges legibus ſunt concordandæ. 446. in fin. princ.
Leges poſteriores trahendæ ſunt ad priores, & hæ ad illas. 568. in fin. princ.
Legis 1. §. permittitur, junct. verſ. planè ei, ff. de aquâ quotidianâ & æſtivâ, declaratio. 33. n. 21.
Legis probrum 41. ff. de rit. nupt. intellectus. 259. 34.
Legum Romanarum authoritas non vincit uſum aut mores feudales. 513. in princ.
Libertus patronũ ſuum de crimine accuſare non poteſt. 185. in med.
Libertus contra patronum inuitus teſtimonium non dicit. 193. 47.
Libertus adverſus patronum actionem civilem famoſam movere prohibetur. 195. 50.
Libertus quando interdicto unde vi adverſus patronum experiri poſſit. 198. in princ.
Locatio non eſt ſpecies alienationis in feudo. 345. per tot. & ſeq.
Locatio non mutat dominium, ne quidem in ſuperficiario. ibid.
Locatio feudi pro vili precio facta ad longum tempus, cõnumeratur ſpeciebus alienationis. 347. 5.
Locator præter dominiũ etiam poſſeſſionem retinet 345. circa med.

M.

Maleficia diſtinguit voluntas & propoſitum delinquentis. 174. prope fin.
Mandati intẽpeſtiva renunciatio fieri nequit. 70. num. 72.
Mandatum eſt actus, qui tàm expreſſo, quàm tacito conſenſu perficitur. 602. in princ.
Manus adverſus aliquẽ levare, realis eſt, & gravis injuria. 165. 9. Et nihil ferè diſtat ab inſidiis. ibid.
Marito non furti, ſed rerum

rum amotarum actio, contra eam quæ fuit uxor ſua, ob res conſtante matrimonio amotas, competit 238. in princ.

Maſculi ex fœminis deſcendentes regulariter nõ ſuccedunt in feudis. 113. poſt princ.

Matrimoniũ inter duorum fratrum vel ſororum liberos non eſt prohibitum. 668.60.

Matrimonium inter cognatos uſque ad quartum gradum, jure Canonico prohibetur. 669. 61.

Miles delinquens non ut miles, ſed ut quilibet alius, punitur pœnâ communi.275. in princ. & pag. 662.num. 51.

Milites maiore gaudent fauore, quâm pagani.697. 9.

Minor 14. annis excuſatur â pœnâ privationis feudi, ſi non petiiſſet inveſtituram legitimo tempore. 717. & ſeq. Ampliatur licet doli capax ſit. 719. in fin.& ſeq.

Minor 12. annis promittẽs domino fidelitatem, non obligatur.720.24. Niſi doli capax ſit. 721. circa med.

Minor non petens legitimo tempore inveſtituram, reſtituitur. 743.72.

Minor impubes adverſus delictum non reſtituitur. 743.in fin.& ſeq.

Moneta cenſetur ex formâ. 166, in princ.

Monetam falſam non dicitur percuſſiſſe, qui ipſi maſſæ nondum impreſſit formam publicam. 750. 79.

Monetarius non dicitur falſus, qui laminam ſaltem fecit, monetæ formandæ aptam. 166.in fin.princ.

Moræ purgatio non admittitur, quando agitur de cõtractus reſolutione. 549. in fin.

Mutus, ſurdus, claudus, cæcus & alii naturâ imperfecti non ſuccedunt in feudum. 116.121. Etiam de jure Saxonico. 117.122.

Mutus ſi tardè loquatur, ſurdus tardè audiat, aut claudus lentè incedat, nõ amittunt feudum. 125. 132.

Mutus, ſurdus &c. ex acci-

denti, ſuccedunt in feudis. 127. num.136.& pag.128. in med. Hi namque ſtatim à nativitate ſuâ ipſo habitu idonei fuerunt. 128 139. & pag.130.num.141.

Mutus ſurdus, claudus, & alii naturâ imperfecti etſi amittant ius feudi, ſi tamen magnum ſit feudum, aliquid ipſis relinquēdum, unde ſe ſuſtinere poſſint. 126.135.

Mutus,ſurdus,& alii imperfecti ex accidente ſuccedunt in feudum, licet ante ſucceſſionem tales facti fuerint. 130. num. 141. Quod tamen diſplicet Hartm. Piſtoris,Vulteio & aliis. ibid.

Mutus,ſurdus,& alii imperfecti ex caſu, quando retinent feudum, tunc præſtant domino ſervitia per ſubſtitutum, aut partem reditus feudalis ei ſolvere tenentur. 132. 143.

Mutus vel claudus ſuâ culpâ factus, non ſuccedit in feudum. 131.n.142.

Mutus, ſurdus, claudus & alii imperfecti, poſt adquiſitum feudum novum tales facti, nō amittūt illud. 134.num.147. Et alii imperfecti ex caſu, retinent feudum quoque Regale, ſed Curator eis adjungitur 137. num. 151. Aliiq; imperfecti naturâ nō ſuccedunt in feudum francū. 138. in fin. & ſeq. Et alii imperfecti ex accidente retinent feudū meritorium. 141. per tot. Aliique imperfecti naturâ non ſuccedunt in feudum emptitium. 142.

N.

Natura feudi licet in uno alteretur,tamen firma manet in his, in quibus non eſt expreſsè alterata. 502.in fin.& ſeq.

Necans patrem vel matrem ſpiritualem, plectitur pœnâ parricidii. 634.22.

Nemo alteri ad præſtandum aliquid obligatur, niſi modis legitimis.31.in fin.

Non ex multitudine Authorum, quid æquius eſt, judicari debet. 122 n.126.

Non omnem vaſallum militem eſſe, oſtenditur. 697.in fin.& ſeq.num.10.

Notarius de alienatione feudi illicitâ inſtrumētum conſi-

conficiens, officio ſuo privatur, & cum infamiæ periculo manum amittit. 614. in fin.

Novi feudi promiſſi, ſed nondum traditi, inveſtitura quando petenda. 692. poſt princ.

Novum feudum à duobus fratribus acceptum hoc pacto, ut alter alteri ſuccedat, uno ſine maſculo decedente, trāſit ad alium. 111. num. 116.

Novum obtinens feudum, ſi mutus, ſurdus, vel aliter imperfectus fiat, feudum retinet. 134. num. 147.

Novum feudum jure accipit Clericus. 148. in fin.

Novum feudum eſt filiorum etiam vivo adhuc patre vaſallo. 511. 176.

Nuptias inceſtas contrahentes, ipſo jure notantur infamiâ. 664. 52.

O.

Obligatio ad tempus fieri poteſt. 20. 5.

Obligatio generalis nō cōtinet ea, quæ veriſimiliter nō trāsferūtur. 86. n. 93.

Offenſio illata Principis Conſiliario vel officiali, in dubio Principis in odium facta cēſetur. 644. in princ.

Officia feudalia non ſolùm realia ſunt, ſed & fidei, conſilii, reverentiæ, & taciturnitatis obligatione continentur. 145. num. 160.

Officia feudalia differunt à negociis colonicis. ibid.

Operæ ſubditorum vel ſunt certæ vel incertæ, gemeſſene oder ungemeſſene Frohnen. 324. 75.

Opinio in libris Feudorum ultimo loco propoſita, regulariter pro rejectâ habetur. 73. num. 77. & pag. 119. ante fin. Quod tamen non eſt perpetuum. 122. num. 127.

Opinio Doctorum, legibus & earum rationibus cedere debet. 565. 50.

Opinionibus variantibus illa amplectenda, quæ meliori nititur ratione. 557.

Oſculum venereus eſt actus, futurum arguens adulterium. 227. & ſeq.

P.

Pacta in dubio præſumuntur realia. 462. circa med.

Pacta privatorum nihil operantur, ubi Reipublicæ commodum ſpectatur. 549. 30.

Pactum feudali contractui adiectum, cuſtodiendum. 19. in princ.

Pactum in favorem alicuius adiectum, cōtra eundem interpretatur. 27. 14.

Pactum adiectum contractui in favorem tertii, ab utroque contrahente mutari poteſt. 65. n. 66.

Pactum in continenti adiectum pars contractus eſſe cenſetur. 551. in fin.

Parium Curiæ tria ſunt munera. 126. 134.

Parricidium in nullo alio committitur, quàm in quo leges illud committi tradunt. 635. in med.

Pater etiam filiabus ſuis in negotio inveſtituræ proſpexiſſe, illaſque extraneo præferre voluiſſe cenſetur. 105. n. 110.

Pater nullâ ordinatione filiis auferre poteſt feudum. 124. num. 131. pag. 456. num. 96. pag. 488. n. 131. & pag. 510. num. 172.

Pater exheredare poteſt liberos ſuos, ob illatam injuriam atrocem. 181. 27. Item ob delationem factam, licet illam probaverint liberi. 183. in fin. & ſeq. Item ob factam accuſationem, etſi crimen probaverint. 186. in med.

Pater vaſallus non poteſt ſubinfeudando præiudicare filiis, etiam in feudo novo. 456. 96. Limita ut in pag. 457. n. 97.

Pater vaſallus liberis per refutationem præjudicare nequit. 509. & ſeqq. num 171. cum ſeqq.

Pater ob famis neceſſitatem vēdere poteſt filium recens natum. 588. 15.

Patientia ſine contradictione expreſsâ, idem præſtat, quod cōſenſus expreſſus. 595. in fine.

Peccata nocentium nota eſſe debent 184. 32.

Periurus infamiâ juris notatur. 652. in fin.

Pignus pignori datum ſoluitur, jure primi pignoris ſo

ris ſoluto. 454.93.
Pignus in re aliena conſtitui poteſt etiam tacito domini conſenſu. 596.24.
Pœna ulterius progredi non debet, quàm delictum reperitur. 307.
Pœna delicti in milite alia militaris, alia communis. 662.51.
Pœna pecuniaria quæ ipſo jure infligitur, indiſtinctè ab heredibus exigi poteſt. 564. ante fin.
Pœna impoſita ipſi facto non habet locum, niſi conſummatum ſit delictũ. 751. circa med.
Pœnam non patitur ſcribens, vel ſigillans in alterius detrimentum. 178. in medio.
Pœnã cogitationis nemo patitur. 225. in med.
Pœnæ non eſt locus, ubi nulla præceſſit culpa. 134.
Pœnæ locus non eſt, niſi aperto jure ea ſit definita. 113. in princ.
Pœnitentia in delictis etiam privatis non liberat delinquentem à pœnâ. 550. in princ. & pag. 749. circa med.
Pœnitentiæ locus non eſt in contractu innominato, quando utrinque impletio ſequuta fuit. 58. poſt princ.
Pœnitentiæ in contractibus nominatis locus non eſt. 456. poſt princ. Secus in contractibus innominatis. 469. in fin.
Poſſeſſio rei feudalis finito feudo, non trãſit ipſo jure ad dominum. 21.6.
Poſſeſſio abſque corpore non adquiritur, rei igitur apprehenſione opus eſt. 21. in fin. & pag. 580. circa med.
Poſſeſſio eiuſdem rei nõ poteſt eſſe penes duos in ſolidum. 24. in princ. & pag. 581.12.
Poſſeſſio injuſta ſemper eſt naturalis, juſta plerumque civilis. 24. circa med.
Poſſeſſio non niſi animo & corpore amittitur. 25. poſt princ.
Poſſeſſio rei feudalis quatenus ex tacito domini cõſenſu trãslata præſumatur. 596.35.
Poſſeſſionem civilem rei feudalis apud dominum feudi remanere, quidam malè arbitrantur. 24.
POSSESSIONIS nomen

men in Tit. 6. §. ult. lib. 2. Feud. non ſignificat ipſum ius poſſidēdi, ſed prædium feudale. 285.

Poſſeſſor bonæ fidei reſtituere cogitur fructus extantes, re à domino evictâ. 72.poſt princ.

Poſſeſſores fundorum publicorum novis conductoribus præferendi. 55.24.

Poſſidens iure domini, omnes fructus rei adquirit. 357. 18.

Poſſidere definimus locum mari aut fluminis occupatum. 51.n.50.

Prædium quodlibet præſumitur potius allodiale quàm feudale, niſi maior pars bonorum vaſalli ſit feudalis. 543. 14.

Prædium in fluminis alveum redactum, flumine ad priſtinum alveum reverſo, ad priorem dominum redit. 550. 25.

Præſens & tacens diſſentire videtur, quando tractatur de magno præjudicio. 593. 27.

Præſens non contradicēs conſentire videtur. 597. 27. & ſeq.

Precarii cōceſſio non eſt, ſpecies prohibitæ alienationis in feudo. 353.

Precariò rem ad tempus poſſidens, finito illo tempore, rem eandem poſſidere quidem dicitur, ſed non precariò, 22.in fin.& ſeq.

Precariò dans rem, non dicitur alienare, cùm eam quaudocunque revocare poſſit. 553.in fin.

Precium à mala fidei emptore feudi ſolutum, Fiſco applicatur. 614. in princ.

Primogenitus ſuccedit in Ducatu, Marchionatu, Comitatu.528.in fin.& ſeq, num.206.cum ſeqq.

Primogenitus ſuccedens in feudum Regale, fratres condignè tenetur alere. 532. num. 212.

Princeps non præſumitur adimere velle, quod alii quæſitum fuit. 572.64.

Privatorum conventio nihil operatur, ubi Reipublicæ cōmodum ſpectatur. 594. 31.

Privilegiatus in communi & individuâ causâ utitur beneficio privilegiati. 756.circa med.

Procuratorē mittere nō tenetur, cui eum mittere commodum non eſt. 712. 27.

Promiſſa non ſervare, ini-

iniquum eſt, & legi Divinæ adverſum, jurique naturali repugnat. 208. in fin. & ſeq.

Promittens induſtriam perſonæ, ad factum illud præciſè non tenetur. 475. in med.

Promittens juratò judicio ſiſti, non peierat, ſi ex conceſsâ causâ judicium deſeruerit. 484. in princ.

Proteſtatio in his, quæ non tàm à volũtate, quàm ex legum diſpoſitione dependent, nihil operatur. 605. in fin. & ſeq.

Pupillus, pupillaq; feudo privari non poſſunt, ſi ante 14. ætatis annum inveſtituram non petierint. 717. & ſeq. Et his non currit tempus petendi inveſtituram, licet tutorem habeant. 717. circa med.

R.

Redimere in Tit. 24. lib. 1. Feud. ſignificat precio, vel precibus à domino feudum comparare. 34. 22.

Reditus feudi Cameræ vel Cavenæ ex aliis bonis præſtãdi nõ ſunt. 44. in fin.

Refutans feudum, caſu ſuccedendi contingente, in feudum à ſe refutatũ ſuccedere poteſt. 459. in fin.

Refutare feudum eſt abdicare ſe feudo. 57. in princ. & pag. 458. 99.

Refutatio feudi iiſdem fit ſolennitatibus, quibus principalis inveſtitura facta fuit. 57. 60.

Refutatio feudi fit vel domino, vel ſucceſſoribus feudi. ibid.

Refutatio feudi domino etiam invito fieri poteſt. ibid & pag. 469. n. 114.

Refutatio feudi paterni licitè fieri poteſt domino, etiam abſque filiorum & agnatorũ cõſenſu. 62. in fin.

Refutatio feudi non eſt alienatio. ibid.

Reſutatio feudi ſalvum relinquit agnatis ius ſuccedendi. 63. in princ.

Refutatio feudi novi non obeſt filiis refutantis, quò minus ipſo patre mortuo in feudum ſuccedere poſſint. 63. in fin. pag. 488. num. 131. & pag 509. n. 171.

Refutatio feudi in manus domini fit vel ſimpliciter, vel certâ quâdam lege. 69. num. 70.

Refutatio non debet fieri intempeſtivè. 70. num. 72. & pag. 497. num. 149.

Refutatio facta extraneo pro alienatione habetur. 76. n. 82. & 494. n. 140.

Refutatio feudi quare permiſſa. 260.102.

Refutatio feudi perperàm diſtribuitur in pr opriã & impropriam. 460. 103.

Refutatio feudi realis, & perſonalis quæ dicatur. 461 104.

Refutatio feudi domino ſimpliciter facta, præſumitur realis. 462. n. 105.

Refutatio facta in omnẽ caſum, cenſetur realis. 463. in fin.

Refutatio feudi cuinam fieri poſſit. 265.n.109.

Refutatio feudi licitè fit, etiamſi vaſalli induſtria ſpecialiter videatur electa. 474.n.118.

Refutatio fieri poteſt, licet vaſallus ſtipulatione promiſerit ſervitia. 478. num.121. Ampliatur quãvis juramento promiſerit ſervitia illa feudalia. 482. in fin.& ſeq.

Refutatio feudi paterni etiã in remotiorem agnatum fieri poteſt. 492. poſt princ.

Refutatio inter vivos tantùm fit. 495.142.

Refutatio per eadem fieri debet ſymbola, per quæ ipſa inveſtitura facta fuit. 496.in princ.

Refutatione in filium vel agnatum factâ, inveſtitura ab illis intra legitimũ tẽpus petenda. 79. per tot.

Refutatione reali feudo refutato, an fiat novum. 265.108.

Refutationis realis & perſonalis exempla. 463. & ſeq.num.806.

Refutationis effectus. quis. 508.n.168.& ſeq.

Regnum eſt firmius, ſi penes unum remanſerit, quàm ſi inter plures dividatur. 519.num.194.

Regula ceſſante causâ &c. non procedit, ſi effectus jam conſummatus ſit. 115. in fin.& pag.554. num. 30. Nec etiam quãdo per cauſam alteri ius quæſitum eſt. 555.31.

Regulæ juris perdunt officium ſuum, quoties in aliquo vitiatæ ſunt. 18. in princ.& pag. 375. num. 5.

Renunciatio parentis nõ præjudicat filiis in jure ipſorum proprio. 64. in princ.

Renunciatio eſt juris futuri, ceſſio verò præſentis & futuri. 458.99.

Res

Res ob non ſolutum vectigal ipſo jure commiſſa, deſiit eſſe non ſolventis, & domino vectigalis adquiritur. 564. in princ.

Reſtitutio à Principe facta, non trahitur ad ea, quæ aliis ſunt quæſita. 672. 64.

Reſtitutio in integrum reducit cauſam ad non cauſam. 673. n. 68.

Retinere feudum ſignificat ſuccedere in feudum. 124. num. 130.

Retrahēdi ius non amittit, qui præſens fuit contractui venditionis. 594. 29.

Rex in Regno ſuo eſt Imperator. 457. circa med.

S.

Sævitiæ vaſalli in ſubditos feudales ſpecies quæ ſint. 322. & ſeqq.

Servire per ſubſtitutum prohibetur, qui per ſe feudi incapax eſt. 144. in fin. & ſeq.

Servitus licet individua ſit, eius tamen commoditas inter plures ſucceſſores communis eſt. 525. 200.

Societatis intempeſtiva renunciatio jure improbatur. 497. in fin.

Soldata ſine feudi jure gratuitò dari poteſt, ut quælibet alia res. 44. in princ.

Soldata finitur morte dantis vel accipientis. ibid.

Soror domini feudi in domo ipſius manere dicitur, ſi innupta manet. 251. circa med.

Sponſa omnis jure Civili dicitur de futuro. 243. circa med.

Statutum requirens quorundam conſenſum, verificatur etiam in præſentibus & tacentibus. 602. 47.

Stipulatio aſſumit naturam contractus, cui accedit. 478. n. 121.

Stipulatio ob formæ omiſſionem nulla, efficitur valida ſi in continenti adhibeatur forma. 551. 26.

Subditi feudales de cyclopicâ ſævitiâ vaſalli conqueri poſſunt apud ſuperiorem dominum. 324. 77. & pag. 325. n. 86.

Subfeudum derivatur à feudo principali, ſicut aqua à ſuo fonte. 387. in princ.

Subfeudum ob culpam ſubvaſalli commiſſum, re-

dit ad ſubinfeudantem. 424. 60.

Subfeudum mortuo ſubinfeudante, an liberè redeat ad dominum. 441.& ſeqq.n. 77.cum ſeqq.

Subfeudum an ex culpâ ſubinfeudantis vaſalli ad dominum revertatur. 450. & ſeqq.n. 89. cum ſeqq.

Subfeudum extinguitur morte ſubinfeudantis, ſi feudum ſit paternum, & ad agnatos revertitur. 453. & ſeq. num. 91. cum ſeqq.

Subiecto deſtructo, interit etiam eius adiunctum, accidens, & qualitas. 50. poſt princ.

Subinfeudari poteſt & totum, & pars feudi. 372. 1.

Subinfeudari non poſſunt Ducatus, Marchia, Comitatus abſque Imperatoris conſenſu. 384. 17.

Subinfeudans omne jus ſuum in ſubinfeudatum transfert. 407. 39. Retinet tamen civilem poſſeſſionem ſubfeudi, & quaſi utile dominium. 408.& ſeq.n.40.& ſeq.

Subinfeudans ſi conſentiat alienationi ſubfeudi, ipſemet alienare dicitur. 419. in princ,

Subinfeudans non poteſt refutare feudum domino, inuito ſubinfeudato. 506. 163.

Subinfeudantis jure reſoluto, reſoluitur etiam jus ſubinfeudati. 432. 69. & pag. 441. per tot. Limitatur ſi ſubvaſallus priori domino ſervire, & ab eo feudum recognoſcere velit. 442. 78.

Subinfeudatio etiam ſine domini conſenſu fieri poteſt. 372. n. 1.

Subinfeudatio fieri debet ſyncerè, perſonæ æquali, & ſub iiſdem conditionibus, quibus ipſe vaſallus accepit. 379. & ſeqq. n. 12. cum ſeqq.& pag. 444.in pr,

Subinfeudatio interveniente precio facta, præſumitur fraudulenta. 379. num.13.

Subinfeudatio ſimpliciter facta, eâdem lege & qualitate, quâ prima inveſtitio facta cenſetur. 386.19.

Subinfeudatio etiam pro maiori ſervitio fieri poteſt. 389. num. 22.

Subinfeudatio aliâ & diverſâ lege facta, non omninò eſt nulla. 392. in princ.

Subinfeudatio in feudo Regali admittitur in tertiâ perſonâ incluſivè, in non Regali poteſt fieri in infinitum. 394. num. 25.

Subinfeudatio etiam de feudo Eccleſiaſtico licitè fit. 396.

Subinfeudatio eſt de naturâ feudi propriâ. 399. poſt princ.

Subinfeudatio non cenſetur prohibita, licet de feudo non alienando ſpecialiter in inveſtiturâ convenerit. 405. in fin. & ſeq.

Subinfeudatio ſpecialiter tributa vaſallo contra juris rationem, non debet extendi ad alienationem. 435. circa med.

Subinfeudatio ficta non caret fraudis ſuſpicione. 436. 73.

Sublatum dictione V L-T E R I V S ipſo jure prorſus ſublatum cenſetur. 93. poſt princ.

Sublatum ipſo jure, denuò non reviviſcit. ibid.

Subſtitutio evaneſcit, ſuccedente inſtituto. 100. in fin. & pagin. 108. num. 113.

Subvaſallus in ſubſidiũ eſt quoque ſucceſſoris domini vaſallus. 388. n. 21. & pag. 412. poſt princ.

Subvaſallus principaliter ſubinveſtientis dicitur vaſallus, quoad juramentum fidelitatis, & juriſdictionem. ibid. Secundariò dicitur vaſallus domini ſuperioris, quia ſervitia ei præſtare tenetur in ſubſidium, & ſi illum offenderit, feudo exuitur. 413. n. 44. & ſeq. Alienare intendens ſubfeudum, & ſuperioris, & immediati domini conſenſum requirere tenetur. 416. 48. Limitatur ſi ſubfeudum ſuum poſſideat à quodam Imperii Principe, Marchione, Comite, vel Barone, tunc enim ſolius immediati domini conſenſum requirere tenetur. 436. in fin. & ſeq. Limitatur etiam ſi vaſallo data fuit poteſtas alienandi feudum illud. 439. 74. Limitatur item, ſi ex conſuetudine ſolius proximi domini cõſenſus ſufficiat. ibid. n. 75. Alienare volẽs ſubfeudum, tenetur expectare conſenſum ſuperioris domini abſentis. 440. circa med. Nõ amittit ſubfeudũ,

mortuo

mortuo ſubinveſtiente, ſi legitimo tempore à ſuperiore petat inveſtituram 442. 78. & ſeq. Ampliatur licet ex culpâ ſubinfeudantis reſoluatur ipſius jus. 450. & ſeqq. num. 89. cùm ſeqq. Habet poſſeſſionem & jus utendi fruendi in re feudali. 434. in fin. & ſeq. Refutare poteſt ſubfeudum in manus domini ſubinfeudantis. 436. 72. Mortuo ſubinfeudante excluditur à filiis & agnatis ſubinveſtientis. 453. 91.& pag. 455. n. 95.

Succeditur de conſuetudine in Ducatum Marchionatum, Comitatum. 527. in princ.

Succeſſio in feudum olim erat nulla. 527. num. 102.

Succeſſor feudalis licet ipſo jure in feudum ſuccedat, poſſeſſio tamen rei feudalis in eum nõ tranſit, niſi apprehendatur. 22. num. 7.

Succeſſores feudi vel communiter poſſidere feudum, vel illud partiri poſſunt. 514. num. 183.

T.

Tacere eſt medium quoddam inter conſentire & contradicere, 593. num. 27.

Taciturnitas habetur pro diſſenſu, quando agitur de Iuris noſtri imminutione. 593. n. 27. & ſeq. & pag. 595. n. 32.

Tempus non eſt modus vel conſtituendæ, vel tollendæ obligationis. 19. n. 4.

Tempus petendi inveſtituram feudi quodnam ſit, variant Interpretes. 691. & ſeqq. n. 2. cum ſeqq.

Tempus Iure definitum, præciſè eſt obſervandum. 701. in med.

Tempus petendi inueſtituram quando currere incipiat. 706. n. 20.

Tempus utile quod dicatur, & quod continuum. 707. 21.

Tempus omne in dubio præſumitur continuum. ibid.

Tempus in odium negligentis præfinitum, pro utili

utili habetur. ibid. num. 22.

Tempus conſtitutum in favorem alterius, cenſetur continuum. ibid.

Tempus petendi inveſtituram eſt utile. 708. in princ.

Tempus utile non currit impedito. 715. in fine.

Tempus proſequendæ appellationis eſt continuum. 716. in princ.

Teſtimonium dicere prohibitus, à judicandi etiam onere removetur. 201. in med.

Textus Tituli 6. §. mutus, lib. 1. Feud. cum Titulo 36. lib. 2. Feud. conciliatio. 118. & ſeqq. n. 124. cum ſeqq. In d. §. mutus. Tit 6. lib. eod. Feud. intelligendus de feudo paterno. 115. in princ. & pag. 136. 149. In Tit. 40. de capitt. Corradi. §. item ſi Clericus, lib. 2. Feud. loquitur de feudo novo. 143. n. 157. In Tit 27. §. quicunq;, lib. 2. Feud. interpretatur. 319. & ſeqq. num. 70. Tituli 4. §. ult. lib. 1. Feud. cum textu in Tit. 9. lib. 2. Feud. conciliatio. 442. & ſeq. n. 79. cum ſeq. In Tit. 55. §. præterea, lib. 2. Feud. variè explicatur à Dd. 518 & ſeqq. num. 191. cum ſeqq. In Tit. 13. §. ult. lib. 1. Feud. interpretatio. 525. & ſeq. n. 203. & ſeqq. In Tit. 24. §. deniq;, lib. 2. Feud. Et in Tit. 5. §. item ſi fratrem, lib. 1. Feud. cum textu in Tit. 37. in princ. lib. 2. Feud. conciliatio. 625. n. 14. In Tit. 22. in princ. lib. 1. Feud. cum textibus in Tit. 24. & Tit. 40. lib. 2. Feud. conciliatio. 695. & ſeq.

Tradere hominem non ſignificat occidere, ſed prodere hominem ut occidatur. 646. 73.

Transferre feudum Authoribus Iuris Feudorum eſt alienare feudum. 546. in princ.

Tutor cogi non poteſt. ut pupilli nomine inveſtituram feudi petat. 717. in fin.

V.

Vaſalli plures indiviſum poſſidentes feudum communiter, fidelitatem & ſervitia præſtare poſſunt per unum ex conſortibus, vel Procuratorem. 515. 185. Ampliatur

pliatur licet feudum inter plures diviſum ſit. 516. 188.
Vaſallo ſuccedenti in feudum currit tempus petendi] inveſtituram etiam ante aditam hereditatem. 737. 65.
Vaſallo intra tempus petendæ inveſtituræ mortuo, eius ſucceſſori conceditur integrum tempus. 741. 68. & ſeqq.
Vaſallum ob deteriorationem rei feudalis non privandum eſſe feudo, multi tenent Dd. 275. num. 8. & ſeqq. Sed contrarium verius eſt. 284. 20.
Vaſallum ob denegatam ſubditis juſtitiam jurisdictione ſuâ non privari arbitrantur quidam. 333. n. 89.
Vaſallum omnem militem eſſe, perperàm nonnulli tradunt Dd. 697. n. 10.
Vaſallus plus habet juris in prædio feudali, quàm creditor in pignore. 53. poſt princ. Tenetur pro areâ præſtare domino ſervitiá, domo feudali incendio extinctâ. 54. n. 55. Non præſtat omni tempore ſervitia, ſed cum ea à domino exiguntur. 55. n. 57. Licet viginti annis & ultrà ſteterit, ac non ſervierit domino, feudo tamē non cadit, modò requiſitus, ſervire paratus ſit. ibid. Obligatus eſt domino ad ſervitia & fidelitatem propter commodū feudi. 58. in princ. & pag. 470 circa med. Refutando feudum, liberat ſe ab obligatione illâ feudali. 59. in princ. & pag. 471. in princ.
Vaſallus Novum feudum ſuâ propriâ induſtriâ comparat, ſed paternum providentiâ & pacto patris adquirit. 135. circa med. Poſſidens feudum Regale, ſi ex caſu imperfectus fiat, non amittit feudum, ſed curator ei adiungitur. 137. 151. Non amittit feudum prægúſtatorium, vel vivanderium, licet ex accidente guſtu, vel odoratu privatus ſit. 140. in med. Limitatur ſi naturâ prædictis ſenſibus careat. ibid.
Vaſallus dolum committit, ſi dominum offenderit, vel grande damnum ei intulerit. 158. per tot. Non amittit feudum ex omni causâ, ex quâ opinio eius gravatur. ibid. Privatur feudo etiam ob latam culpam. 159. num. 2. Non patitur pœnam ob propo-

ſitum

ſitum in mente retentum, niſi ad effectum deducta fuerit culpa, 159. in fin. & ſeq. & pag. 167. in med. Perdit feudum, ſi necem domino armis, aut veneno conſciverit, aut violentas man⁹ domino iniecerit, vel ipſi inſidias ſtruxerit. 161.4. Amittit feudum etiam ex conatu delinquendi. ibid. Ampliatur licet poſt ſtructas inſidias pœnitentiâ ductus abſtinuerit. 162. & ſeq. n. 5. Proponens inſidiari vitæ domini, ſed deſiſtens poſteà, non cadit feudo ſuo. 162. n. 6. Limitatur ſi difficultate conſummandi delicti ſuperſedere coactus fuerit. 164. in princ. Periurio ſe polluens non poteſt ſtare in Curiâ domini. 164. circa med. Levans manus, ceu percuſſurus dominum, exuitur feudo. 165. 9. Iurans in necem domini non excidit feudo, niſi cum aliis id fecerit. 166. & ſeq. n. 11. & 12. Si Caſtrum, oppidum, vel alium locum, in quo dominus eſt, hoſtiliter aggrediatur, feudo cadit. 168. 13. & pag. 269. n. 1. Ampliatur ſive dominũ in eo loco eſſe, ſciuerit, ſive nõ ibid. n. 14. & pag. 272. n. 3. Ampliatur quoq; ſi alii tale quid facienti opem & conſilium præſtiterit 275. in pr. Ampliatur præterea, ſi oppugnaverit Caſtrum, quod cum domino habet cõmune. 273. n. 5. Item ſi Caſtrũ domini in quo uxor ipſius moratur, aſſilierit. 221. n. 1. Vt & ſi inſultauerit Caſtrũ uxoris aut filii domini, licet eo tempore non cõmorentur ibi. 224. n. 5. Limitatur ſi aſſiliat alienũ Caſtrũ ſive locum in quo dominus moratur, ipſe autem vaſallus neſciat ibi dominũ eſſe. 169. 16. Tractans cum aliquib. de nece domini, mulctatur feudo. 170. 17. Ampliatur licet pœnitẽtiâ ductus, à propoſito abſtinuerit. 171. 18. Conſilium dans alicui, ut offendat dominum, punitur feudo. 172. 19. Cõmodans arma, Civitatem, Caſtrum &c. hoſtibus domini ſciẽter, privatur feudo. 173. in princ. Præbens annonã, vel ſalvum cõductum concedens hoſtib. domini, plectitur feudo. 175. circa med. Pandens ſecreta domini, & ſignũ dans proditionis hoſtibus domini, exuitur feudo. 176. 23. Scribẽs ad hoſtes domini de ſecretis ip ius, ſi lite-

ſi literas non miſerit, liber eſt à feudi privatione. 177. in fin. & ſeq. Celans dominum literas, ab hoſtibus ipſius ſcriptas, an privetur feudo. 179. 25.

Vaſallus atroces irrogans domino injurias, feudum perdit. 165. 9. & pag. 180. num. 26. Ampliatur ſi per alium injuriâ laceret dominum. 181. 28. Conſilium dans in domini injuriam, feudum amittit. ibid. & pag. 189. num. 40. Delator domini exiſtens, cadit feudo. 182. 29. Ampliatur licet probaverit intentionem ſuam. 183. 31. Accuſans dominum de crimine, feudo punitur. 184. in fin. & ſeq. Ampliatur licet probauerit crimen illud. 185. num. 35. Ampliatur etiam ſi pro accuſatore domini fidejuſſerit. 188. num. 38. Nec non ſi patrocinium præſtet accuſatori domini. ibid. n. 39. Limitatur ſi invitus ad illud acceſſerit. 190. prope fin. Dicens teſtimonium contra dominum in causâ criminali vel civili modicâ, privatur feudo. 190. in fin. & ſeq. Limitatur ſi coactus à Iudice, teſtimonium adverſus dominum perhibuerit. 193. 47. Quare prohibeatur in causâ modicâ teſtimonium contra dominum dicere. 192. ante fin. Impunè perhibet teſtimonium adverſus dominum in causâ civili magnâ. 194. in fin. & ſeq. Intentans contra dominum actionem famoſam cadit feudo ſuo. 195. 50. Maiorem domino debet reverentiam, quàm filius parenti. 196. in med. Actionem injuriarum contra dominum movere nequit. ibid. Etiam ob atrocem injuriam realem. 197. in princ. Hoc tamen caſu actione in factum experiri poteſt contra dominum. ibid. in med. Ob vim armatam à domino ſibi illatam, interdicto unde vi experiri non prohibetur. 198. in princ. Secus ſi abſque armis ei vis ſit illata à domino. ibid. Abſque periculo amiſſionis feudi contra dominum experiri poteſt interdicto uti poſſidetis. 199. in fin. & ſeq. Non poteſt impunè domino obiicere exceptionem famo-

ſam.

Vaſallus contrahens amicitiam cum inimicis domini in perniciē ipſius, perdit feudum. 202. 57. Non præſumitur in dubio amicitiam hanc in perniciem domini contraxiſſe, ſed hoc à domino probandum. 203. in fin. & ſeq. Manifeſtans credētiam domini mulctatur feudo. 205. 60. Pandens myſteria domini, quomodo ſe excuſare poſſit à dolo. 210. poſt princ.

Vaſallus exuitur feudo, ſi dolo malo abneget feudum, vel eius partem; aut ſervitia feudalia. 210. 64. Limitatur ſi interrogatus de feudo, dubitanter reſpondeat. 211. 65. Abnegans partem feudi, privatur tantùm illâ parte negatâ. 212. 68. Si feudale abneget inſtrumētum non privatur feudo. 213.

Vaſallus inſultans perſonā uxoris domini, amittit feudum. 222. in princ. Aſſultum faciens in domini patrem vel matrem, nō punitur jure ſuo feudali. 223. in princ.

Vaſallus ſi cucurbitaverit dominum exuitur feudo. 224. in fin. & ſeq. Exercens ſe cum uxore domini concūbere, privatur feudo, licet pœnitentiâ ductus, abſtinuit à cœpto. 225. & ſeq. Turpiter ludere dicitur cū domini uxore, quando eam impudenter contrectat. 227. in princ. Oſculando uxorem domini luxurioſè, cadit feudo. 227. in fin. & ſeq. Amittit feudum, ſi cum uxore domini turpiter confabularit. 229. & ſeq. Si item cum domini uxore, ratione omiſſi ritus nuptialis injuſtâ cōcubuerit. 231. in fin. Nec non ſi ſtuprum viduæ domini intra luctus tempora intulerit. 232. & ſeq. num. 11. Vt & ſi concubinam domini carnaliter cognoverit. 235. & ſeq. Si quoque ſponſam domini attentaverit. 242. & ſeq. num. 20. Vel matrem domini ſtupraverit. 246. per tot. Limitatur ſi domino mortuo eam cognoverit. 247. 22. Stupro maculans domini ſororem virginem, vel filiam, vel neptem ex filio, vel nuptam filio, privatur feudo. 247. 23. Ampliatur licet cum his perſonis con-

concumbere ſe tantùm exercuerit. 248. 24. Rem habens veneream cum pediſſequâ dominæ ſuæ, perdit feudum. 252. 27. Mulctatur feudo ſuo non ſolùm ob cauſas nominatim in libris feudorum expreſſas, ſed & ob alias ſimiles, vel maiores. 253. circa fin. Coitum habens cum ſorore dominæ ſuæ excidit feudo. 255. 28. Ampliatur etiam ſi conjugatæ dominæ ſororem ſtupraverit. 256. 30. Privatur feudo, licet prædictis perſonis etiam volentibus vitium obtulerit. 256. & ſeq. num. 31. Limitatur ſi prædictæ perſonæ ſint meretrices publicæ. 257. 31 Amittit feudum ſi unam harum perſonarum, meretricio habitu incedētem compreſſerit. 262. 38. Limitatur ſi ignoraverit eiuſmodi perſonam domini affectui eſſe ſubjectam. 263. in princ. Opem ferens alteri cucurbitanti unam ex prædictis perſonis, cadit feudo. 263. 39.

Vaſallus ob deteriorationem rei feudalis expellitur feudo. 284 20. Sed requiritur hîc deterioratio inſignis & notabilis. 295. in pr. Deteriorare dicitur feudum, ſi multas arbores fructiferas incidat. 287. & 295. num. 37. Non poteſt privari feudo ob deteriorationem rei feudalis, niſi dolus & lata culpa ipſius arguatur. 290. 29. Nec etiam ob deteriorationem levi culpâ factam. 292. 31. Vindicatur tamen hæc culpa actione legis Aquiliæ, ſive in factum. 294. 35. & 298. num. 41. Incidens paucas arbores ex multis & innumeris, non exuitur feudo. 296, num. 38. Sylvam cæduam impunè excidere poteſt. 297. 39. Non tamen grandes fructiferas arbores magno numero impunè ſuccidere poteſt. ibid. num. 40. Privatur feudo ob exciſionem arborum fructiferarum, licet in locum inciſarum alias ſubſtituerit arbores. 298. in fin. & ſeq. num. 43. Ampliatur licet arbores inciſas ipſe aliquando poſuerit. 305. in princ.

Vaſallus quatenus ex

ſylvâ

ſylvâ feudali pro ædificii veteris refectione, vel novi extructione grandes fructiferas ſuccidere poſſit arbores. 299. & ſeq. num. 44. cum ſeq.

Vaſallus impunè excidit arbores grandes, ſi ei planè inutilis eſſet ſylva feudalis, niſi illas quoque ſuccideret. 301. 46.

Vaſallus ob deteriorationem privatur etiam feudo emptitio. 302. 47.

Vaſallus plura poſſidens prædia feudalia ab eodem domino, & unum deterius, alterum melius efficiens, non privatur feudo. 303. in fin. & ſeq.

Vaſallus deteriorans unum feudum ex pluribus, privatur ſolum feudo illo deteriorato. ibid. num. 49.

Vaſallus deteriorem reddens partem feudi, cadit tantùm parte illâ deterioratâ. 307. circa med.

Vaſallus alienans partem feudi, punitur tantum parte illa alienatâ 308. Limitatur ſi deterioratio illa redundet etiam in alias feudi partes, tūc enim toto exuitur feudo. 311. 56. Sæviens nimium in ſubditos feudales cadit feudo. ibid. n. 57. Sed non ob quamlibet ſævitiæ ſpeciem perdit feudum. 322. Crudeliter tractans ſubditos feudales, maius infert domino damnum, quàm ſi prædiis feudalibus incommodum importâret exitioſum. 313. 60. Privatur feudo etiam ſine prævià domini admonitione, ſi verberibus ſubditos ſuos afficiat, aut eos torturæ, etiam in civili causâ, ſubiiciat. 322. in princ. Vel ſi in carceres eos miſerè detrudat. ibid. num. 72. Aut eorum uxores & filias invitas adulterio vel ſtupro polluat. ibid. num. 73. Vel ſi ſubditos bonis ſpoliat, & ad inopiam redigat. 323. 74. Denegans juſtitiam ſubditis, privatur feudo, ſed hoc caſu præmonitio domini neceſſaria eſt. 328. 85. & pag. 334. in fin. & ſeq. Emungens ſubditos feudales ſub umbrâ officii, & aſſiduis operis eoſdem

excrucians, non cadit feudo, niſi præmonitus ſit à domino, ut deſiſtat à ſævitia. 328. in fin. princ. Sæviens in quoſdam ſolum ſubditos, privatur ſaltem juriſdictione quoad illos. 331. & ſeq. Denegans juſtitiam maiori parti ſubditorum, toto multatur beneficio. 332. in fin. & ſeq. Exuitur feudo, ſi culpâ ipſius ædes feudales incendio perierint. 335. n. 91.

Vaſallus olim impunè potuit de feudo tranſigere, etiam in domini præjudicium, ſed hodie ſecus eſt. 344. 4. Feudum alii locare non prohibetur. 345. in fin. & pagin. 545. 20. Dummodò locatio non fiat in perpetuum. 346. poſt princ. Non poteſt alienare feudum per conſtitutum poſſeſſorium. 356. in med. Non poteſt compromittere in arbitros de feudo. 363. in fin. & ſeq.

Vaſallus ſubinfeudare poteſt vel totum feudum, vel partem eius, etiã abſque domini conſenſu. 372. num. 1. Non poteſt feudum ſuũ utendum fruendum alii concedere. 373. n. 2. Subinfeudans domino ſuo in ſolidum obligatus manet ad ſervitia. 375. in princ. Accipiens feudum pro maſculis tantùm, non poteſt per ſubinfeudationem alii pro maſculis & fœminis illud concedere. 388. 20. Feudum acceptum pro maſculis & fœminis, ita ſubinfeudare poteſt, ut in illud tantùm ſuccedant maſculi. 389. circa med. De feudo ſuo alium ſubinfeudare poteſt etiam pro maiori ſervitio, quàm quo ipſe feudum à domino accepit. 389. 22. De feudo ſuo Eccleſiaſtico etiam alium ſubinveſtire poteſt. 396. ante fin. Laicus feudum ſuum decimale etiam abſque Prælati conſenſu alii per ſubinfeudationem concedere poteſt. 398. 31. Inveſtire poteſt alium de feudo ſuo, quod habet in Curte domini. 404. circa med. Non poteſt agnatis ſubinfeudando præjudicare, in caſum, quo deſinit eſſe vaſallus. 455. in princ.

Vaſallus vaſalli mei non eſt meus vaſallus. 422. 58.

Vaſal-

Vaſallus domino etiam invito refutare poteſt feudum. 469. 114. Obligatus eſt domino ad fidelitatem & ſervitia ratione feudi, non ratione perſonæ ſuæ. 470. in med. Etiam certi ſervitii feudum domino refutare poteſt. 473. circa med. & pag. 504. num. 159. Refutare poteſt domino feudum licet induſtria ipſius ſpecialiter electa videatur. 474. num. 118. Refutare poteſt feudum, licet per ſtipulationem promiſerit ſervitia præſtare. 478. num 121. Nec tenetur hoc caſu domino ad intereſſe. 479. n. 123. Limitatur ſi ſpecialiter promiſerit, quòd nolit refutare feudum. 480. in princ. Refutare poteſt feudum, licet juramento ſe adſtrinxerit ad ſervitia. 482. in fin & ſeq. An hoc procedat etiam de jure Canonico. 485. num. 128. Refutare poteſt vel totum feudum vel partem eius. 67. num. 68. & pag. 492 n. 137. Non poteſt impeſtivè domino refutare feudum. 70. num. 72. & pag. 497. num. 149. Nec etiam refutare poteſt feudum, ut mox cum domino confligat. 70. num. 73. Per refutationem feudi non liberatur à reverentiâ domino præſtandâ. 71. num. 74. & pag. 514. num. 182. Etſi longiſſimo tempore fruct⁹ feudi perceperit, nihilominus feudum domino, etiam nullis reſtitutis fructibus refutare poteſt. 71. num. 75. Refutans domino feudum, non tenetur reddere fructus perceptos, nondum conſumptos. 72. circa med. Licitè refutat feudum agnato, abſque domini permiſſu. 80. n. 86. pag. 491. num. 11. & pag. 134. cum ſeq. Impunè refutat feudum paternum agnato etiam remotiori, abſque domini & proximiorum agnatorum conſenſu. 8 in princ. & pag. 492. poſt princ. Refutans omnia ſua feuda, non intelligitur impropria refutare. 86. num. 93. Refutare poteſt feudum francum. 503. 158. Feudum Eccleſiaſticū Capitulo refutare prohibetur. 503 in fin. & ſeq. Tempore ingruentis belli refutans do-

mortuo ſubinveſtiente, ſi legitimo tempore à ſuperiore petat inveſtituram 442. 78. & ſeq. Ampliatur licet ex culpâ ſubinfeudantis reſoluatur ipſius jus. 450. & ſeqq. num. 89. cùm ſeqq. Habet poſſeſſionem & jus utendi fruendi in re feudali. 434. in fin. & ſeq. Refutare poteſt ſubfeudum in manus domini ſubinfeudantis. 436. 72. Mortuo ſubinfeudante excluditur à filiis & agnatis ſubinveſtientis. 453. 91.& pag. 455. n. 95.

Succeditur de conſuetudine in Ducatum Marchionatum, Comitatum. 527. in princ.

Succeſſio in feudum olim erat nulla. 527. num. 102.

Succeſſor feudalis licet ipſo jure in feudum ſuccedat, poſſeſſio tamen rei feudalis in eum nõ tranſit, niſi apprehendatur. 22. num. 7.

Succeſſores feudi vel communiter poſſidere feudum, vel illud partiri poſſunt. 514. num. 183.

T.

Tacere eſt medium quoddam inter conſentire & contradicere, 593. num. 27.

Taciturnitas habetur pro diſſenſu, quando agitur de Iuris noſtri imminutione. 593. n.27. & ſeq. & pag. 595. n. 32.

Tempus non eſt modus vel conſtituendæ, vel tollendæ obligationis. 19. n. 4.

Tempus petendi inveſtituram feudi quodnam ſit, variant Interpretes. 691. & ſeqq. n.2. cum ſeqq.

Tempus Iure definitum, præcisè eſt obſervandum. 701. in med.

Tempus petendi inueſtituram quando currere incipiat. 706. n. 20.

Tempus utile quod dicatur, & quod continuum. 707. 21.

Tempus omne in dubio præſumitur continuum. ibid.

Tempus in odium negligentis præfinitum, pro utili

utili habetur. ibid. num. 22.

Tempus conſtitutum in favorem alterius, cenſetur continuum. ibid.

Tempus petendi inveſtituram eſt utile. 708. in princ.

Tempus utile non currit impedito. 715. in fine.

Tempus proſequendæ appellationis eſt continuum. 716. in princ.

Teſtimonium dicere prohibitus, à judicandi etiam onere removetur. 201. in med.

Textus Tituli 6. §. mutus, lib. 1. Feud. cum Titulo 36. lib. 2. Feud. conciliatio. 118. & ſeqq. n. 124. cum ſeqq. In d. §. mutus. Tit 6. lib. eod. Feud. intelligendus de feudo paterno. 115. in princ. & pag. 136. 149. In Tit. 40. de capitt. Corradi. §. item ſi Clericus, lib. 2. Feud. loquitur de feudo novo. 143. n. 157. In Tit 27. §. quicunq;, lib. 2. Feud. interpretatur. 319. & ſeqq. num. 70. Tituli 4. §. ult. lib. 1. Feud. cum textu in Tit. 9. lib. 2. Feud. conciliatio. 442. & ſeq. n. 79. cum ſeq. In Tit. 55. §. præterea, lib. 2. Feud. variè explicatur à Dd. 518 & ſeqq. num. 191. cum ſeqq. In Tit. 13. §. ult. lib. 1. Feud. interpretatio. 525. & ſeq. n. 203. & ſeqq. In Tit. 24. §. deniq;, lib. 2. Feud. Et in Tit. 5. §. item ſi fratrem, lib. 1. Feud. cum textu in Tit. 37. in princ. lib. 2. Feud. conciliatio. 625. n. 14. In Tit. 22. in princ. lib. 1. Feud. cum textibus in Tit. 24. & Tit. 40. lib. 2. Feud. conciliatio. 695. & ſeq.

Tradere hominem non ſignificat occidere, ſed prodere hominem ut occidatur. 646. 73.

Transferre feudum Authoribus Iuris Feudorum eſt alienare feudum. 546. in princ.

Tutor cogi non poteſt. ut pupilli nomine inveſtituram feudi petat. 717. in fin.

V.

Vaſalli plures indiviſum poſſidentes feudum communiter, fidelitatem & ſervitia præſtare poſſunt per unum ex conſortibus, vel Procuratorem. 515. 185. Ampliatur

pliatur licet feudum inter plures diviſum ſit. 516. 188.
Vaſallo ſuccedenti in feudum currit tempus petendi] inveſtituram etiam ante aditam hereditatem. 737. 65.
Vaſallo intra tempus petendæ inveſtituræ mortuo, eius ſucceſſori conceditur integrum tempus. 741. 68. & ſeqq.
Vaſallum ob deteriorationem rei feudalis non privandum eſſe feudo, multi tenent Dd. 275. num. 8. & ſeqq. Sed contrarium verius eſt. 284. 20.
Vaſallum ob denegatam ſubditis juſtitiam juriſdictione ſuâ non privari arbitrantur quidam. 333. n. 89.
Vaſallum omnem militem eſſe, perperàm nonnulli tradunt Dd. 697. n. 10.
Vaſallus plus habet juris in prædio feudali, quàm creditor in pignore. 53. poſt princ. Tenetur pro areâ præſtare domino ſervitia, domo feudali incendio extinctâ. 54. n. 55. Non præſtat omni tempore ſervitia, ſed cum ea à domino exiguntur. 55. n. 57. Licet viginti annis & ultrà ſteterit, ac non ſervierit domino, feudo tamẽ non cadit, modò requiſitus, ſervire paratus ſit. ibid. Obligatus eſt domino ad ſervitia & fidelitatem propter commodũ feudi. 58. in princ. & pag. 470 circa med. Refutando feudum, liberat ſe ab obligatione illâ feudali. 59. in princ. & pag. 471. in princ.
Vaſallus Novum feudum ſuâ propriâ induſtriâ comparat, ſed paternum providentiâ & pacto patris adquirit. 135. circa med. Poſſidens feudum Regale, ſi ex caſu imperfectus fiat, non amittit feudum, ſed curator ei adiungitur. 137. 151. Non amittit feudum præguſtatorium, vel vivanderium, licet ex accidente guſtu, vel odoratu privatus ſit. 140. in med. Limitatur ſi naturâ prædictis ſenſibus careat. ibid.
Vaſallus dolum committit, ſi dominum offenderit, vel grande damnum ei intulerit. 158. per tot. Non amittit feudum ex omni cauſâ, ex quâ opinio eius gravatur. ibid. Privatur feudo etiam ob latam culpam. 159. num. 2. Non patitur pœnam ob propo-

ſitum

ſitum in mente retentum, niſi ad effectum deducta fuerit culpa. 159. in fin. & ſeq. & pag. 167. in med. Perdit feudum, ſi necem domino armis, aut veneno conſciverit, aut violentas man9 domino iniecerit, vel ipſi inſidias ſtruxerit. 161. 4. Amittit feudum etiam ex conatu delinquendi. ibid. Ampliatur licet poſt ſtructas inſidias pœnitentiâ ductus abſtinuerit. 162. & ſeq. n. 5. Proponens inſidiari vitæ domini, ſed deſiſtens poſteà, non cadit feudo ſuo. 162. n. 6. Limitatur ſi difficultate conſummandi delicti ſuperſedere coactus fuerit. 164. in princ. Periurio ſe polluens non poteſt ſtare in Curiâ domini. 164. circa med. Levans manus, ceu percuſſurus dominum, exuitur feudo. 165. 9. Iurans in necem domini non excidit feudo, niſi cum aliis id fecerit. 166. & ſeq. n. 11. & 12. Si Caſtrum, oppidum, vel alium locum, in quo dominus eſt, hoſtiliter aggrediatur, feudo cadit. 168. 13. & pag. 269. n. 1. Ampliatur ſive dominũ in eo loco eſſe, ſciuerit, ſive nõ ibid. n. 14. & pag. 272. n. 3. Ampliatur quoq; ſi alii tale quid facienti opem & conſilium præſtiterit 275. in pr. Ampliatur præterea, ſi oppugnaverit Caſtrum, quod cum domino habet cõmune. 273. n. 5. Item ſi Caſtrũ domini in quo uxor ipſius moratur, aſſilierit. 221. n. 1. Vt & ſi inſultauerit Caſtrũ uxoris aut filii domini, licet eo tempore non cõmorentur ibi. 224. n. 5. Limitatur ſi aſſiliat alienũ Caſtrũ ſive locum in quo dominus moratur, ipſe autem vaſallus neſciat ibi dominũ eſſe. 169. 16. Tractans cum aliquib. de nece domini, mulctatur feudo. 170. 17. Ampliatur licet pœnitẽtiâ ductus, à propoſito abſtinuerit. 171. 18. Conſilium dans alicui, ut offendat dominum, punitur feudo. 172. 19. Cõmodans arma, Civitatem, Caſtrum &c. hoſtibus domini ſciẽter, privatur feudo. 173. in princ. Præbens annonã, vel ſalvum cõductum concedens hoſtib. domini, plectitur feudo. 175. circa med. Pandens ſecreta domini, & ſignũ dans proditionis hoſtibus domini, exuitur feudo. 176. 23. Scribẽs ad hoſtes domini de ſecretis ip[illegible]us,

ſi literas non miſerit, liber eſt à feudi privatione. 177. in fin. & ſeq. Celans dominum literas, ab hoſtibus ipſius ſcriptas, an privetur feudo. 179.25.

Vaſallus atroces irrogans domino injurias, feudum perdit. 165. 9. & pag. 180. num. 26. Ampliatur ſi per alium injuriâ laceret dominum. 181. 28. Conſilium dans in domini injuriam, feudum amittit. ibid. & pag. 189. num. 40. Delator domini exiſtens, cadit feudo. 182. 29. Ampliatur licet probaverit intentionem ſuam. 183. 31. Accuſans dominum de crimine, feudo punitur. 184. in fin. & ſeq. Ampliatur licet probauerit crimen illud. 185. num. 35. Ampliatur etiam ſi pro accuſatore domini fidejuſſerit. 188. num. 38. Nec non ſi patrocinium præſtet accuſatori domini. ibid. n. 39. Limitatur ſi invitus ad illud acceſſerit. 190. prope fin. Dicens teſtimonium contra dominum in cauſâ criminali vel civili modicâ, privatur feudo. 190. in fin. & ſeq. Limitatur ſi coactus à Iudice, teſtimonium adverſus dominum perhibuerit. 193. 47. Quare prohibeatur in cauſâ modicâ teſtimonium contra dominum dicere. 192. ante fin. Impunè perhibet teſtimonium adverſus dominum in cauſâ civili magnâ. 194. in fin. & ſeq. Intentans contra dominum actionem famoſam cadit feudo ſuo. 195. 50. Maiorem domino debet reverentiam, quàm filius parenti. 196. in med. Actionem injuriarum contra dominum movere nequit. ibid. Etiam ob atrocem injuriam realem. 197. in princ. Hoc tamen caſu actione in factum experiri poteſt contra dominum. ibid. in med. Ob vim armatam à domino ſibi illatam, interdicto unde vi experiri non prohibetur. 198. in princ. Secus ſi abſque armis ei vis ſit illata à domino. ibid. Abſque periculo amiſſionis feudi contra dominum experiri poteſt interdicto uti poſſidetis. 199. in fin. & ſeq. Non poteſt impunè domino objicere exceptionem famoſam.

Vaſallus contrahens amicitiam cum inimicis domini in perniciē ipſius, perdit feudum. 202. 57. Non præſumitur in dubio amicitiam hanc in perniciem domini contraxiſſe, ſed hoc à domino probandum. 203. in fin. & ſeq. Manifeſtans credētiam domini mulctatur feudo. 205. 60. Pandens myſteria domini, quomodo ſe excuſare poſſit à dolo. 210. poſt princ.

Vaſallus exuitur feudo, ſi dolo malo abneget feudum, vel eius partem, aut ſervitia feudalia. 210. 64. Limitatur ſi interrogatus de feudo, dubitanter reſpondeat. 211. 65. Abnegans partem feudi, privatur tantùm illâ parte negatâ. 212. 68. Si feudale abneget inſtrumētum non privatur feudo. 213.

Vaſallus inſultans perſonā uxoris domini, amittit feudum. 222. in princ. Aſſultum faciens in domini patrem vel matrem, nō punitur jure ſuo feudali. 223. in princ.

Vaſallus ſi cucurbitaverit dominum exuitur feudo. 224. in fin. & ſeq. Exercens ſe cum uxore domini concūbere, privatur feudo, licet pœnitentiâ ductus, abſtinuit à cœpto. 225. & ſeq. Turpiter ludere dicitur cū domini uxore, quando eam impudenter contrectat. 227. in princ. Oſculando uxorem domini luxurioſè, cadit feudo. 227. in fin. & ſeq. Amittit feudum, ſi cum uxore domini turpiter confabularit. 229. & ſeq. Si item cum domini uxore, ratione omiſſi ritus nuptialis injuſtâ cōcubuerit. 231. in fin. Nec non ſi ſtuprum viduæ domini intra luctus tempora intulerit. 232. & ſeq. num. 11. Vt & ſi concubinam domini carnaliter cognoverit. 235. & ſeq. Si quoque ſponſam domini attentaverit. 242. & ſeq. num. 20. Vel matrem domini ſtupraverit. 246. per tot. Limitatur ſi domino mortuo eam cognoverit. 247. 22. Stupro maculans domini ſororem virginem, vel filiam, vel neptem ex filio, vel nuptam filio, privatur feudo. 247. 23. Ampliatur licet cum his perſonis

concumbere ſe tantùm exercuerit. 248. 24. Rem habens veneream cum pediſſequâ dominæ ſuæ, perdit feudum.252.27. Mulctatur feudo ſuo non ſolùm ob cauſas nominatim in libris feudorum expreſſas, ſed & ob alias ſimiles, vel maiores. 253. circa fin. Coitum habens cum ſorore dominæ ſuæ excidit feudo. 255.28. Ampliatur etiam ſi conjugatæ dominæ ſororem ſtupraverit. 256. 30. Privatur feudo, licet prædictis perſonis etiam volentibus vitium obtulerit. 256. & ſeq. num. 31. Limitatur ſi prædictæ perſonæ ſint meretrices publicæ.257. 31 Amittit feudum ſi unam harum perſonarum, meretricio habitu incedētem compreſſerit.262. 38. Limitatur ſi ignoraverit eiuſmodi perſonam domini affectui eſſe ſubjectam.263.in princ. Opem ferens alteri cucurbitanti unam ex prædictis perſonis,cadit feudo. 263. 39.

Vaſallus ob deteriorationem rei feudalis expellitur feudo. 284 20. Sed requiritur hic deterioratio inſignis & notabilis.295. in pr. Deteriorare dicitur feudum,ſi multas arbores fructiferas incidat. 287. & 295. num. 37. Non poteſt privari feudo ob deteriorationem rei feudalis, niſi dolus & lata culpa ipſius arguatur. 290. 29. Nec etiam ob deteriorationem levi culpâ factam. 292. 31. Vindicatur tamen hæc culpa actione legis Aquiliæ, ſive in factum. 294. 35. & 298. num. 41. Incidens paucas arbores ex multis & innumeris, non exuitur feudo.296,num. 38. Sylvam cæduam impunè excidere poteſt. 297. 39. Non tamen grandes fructiferas arbores magno numero impunè ſuccidere poteſt. ibid. num. 40. Privatur feudo ob exciſionem arborum fructiferarum, licet in locum inciſarum alias ſubſtituerit arbores. 298. in fin. & ſeq. num. 43. Ampliatur licet arbores inciſas ipſe aliquando poſuerit. 305.in princ.

Vaſallus quatenus ex

ſylvâ feudali pro ædificii veteris refectione, vel novi extructione grandes fructiferas ſuccidere poſſit arbores. 299. & ſeq. num. 44. cum ſeq.

Vaſallus impunè excidit arbores grandes, ſi ei planè inutilis eſſet ſylva feudalis, niſi illas quoque ſuccideret. 301. 46.

Vaſallus ob deteriorationem privatur etiam feudo emptitio. 302. 47.

Vaſallus plura poſſidens prædia feudalia ab eodem domino, & unum deterius, alterum melius efficiens, non privatur feudo. 303. in fin. & ſeq.

Vaſallus deteriorans unum feudum ex pluribus, privatur ſolum feudo illo deteriorato. ibid. num. 49.

Vaſallus deteriorem reddens partem feudi, cadit tantùm parte illâ deterioratâ. 307. circa med.

Vaſallus alienans partem feudi, punitur tantum parte illa alienatâ 308. Limitatur ſi deterioratio illa redundet etiam in alias feudi partes, tūc enim toto exuitur feudo. 311. 56. Sæviens nimium in ſubditos feudales cadit feudo. ibid. n. 57. Sed non ob quamlibet ſævitiæ ſpeciem perdit feudum. 322. Crudeliter tractans ſubditos feudales, maius infert domino damnum, quàm ſi prædiis feudalibus incommodum importâret exitioſum. 313. 60. Privatur feudo etiam ſine prævia domini admonitione, ſi verberibus ſubditos ſuos afficiat, aut eos torturæ, etiam in civili causâ, ſubiiciat. 322. in princ. Vel ſi in carceres eos miſerè detrudat. ibid. num. 72. Aut eorum uxores & filias invitas adulterio vel ſtupro polluat. ibid. num. 73. Vel ſi ſubditos bonis ſpoliat, & ad inopiam redigat. 323. 74. Denegans juſtitiam ſubditis, privatur feudo, ſed hoc caſu præmonitio domini neceſſaria eſt. 328. 85. & pag. 334. in fin. & ſeq. Emungens ſubditos feudales ſub umbrâ officii, & aſſiduis operis eoſdem

excrucians, non cadit feudo, niſi præmonitus ſit à domino, ut deſiſtat à ſævitia. 328. in fin. princ. Sæviens in quoſdam ſolum ſubditos, privatur ſaltem juriſdictione quoad illos. 331. & ſeq. Denegans juſtitiam maiori parti ſubditorum, toto mulctatur beneficio. 332. in fin. & ſeq. Exuitur feudo, ſi culpâ ipſius ædes feudales incendio perierint. 335. n. 91.

Vaſallus olim impunè potuit de feudo tranſigere, etiam in domini præjudicium, ſed hodie ſecus eſt. 344. 4. Feudum alii locare non prohibetur. 345. in fin. & pagin. 545. 20. Dummodò locatio non fiat in perpetuum. 346. poſt princ. Non poteſt alienare feudum per conſtitutum poſſeſſorium. 356. in med. Non poteſt compromittere in arbitros de feudo. 363. in fin. & ſeq.

Vaſallus ſubinfeudare poteſt vel totum feudum, vel partem eius, etiã abſque domini conſenſu. 372. num. 1. Non poteſt feudum ſuũ utendum fruendum alii concedere. 373. n. 2. Subinfeudans domino ſuo in ſolidum obligatus manet ad ſervitia. 375. in princ. Accipiens feudum pro maſculis tantùm, non poteſt per ſubinfeudationem alii pro maſculis & fœminis illud concedere. 388. 20. Feudum acceptum pro maſculis & fœminis, ita ſubinfeudare poteſt, ut in illud tantùm ſuccedant maſculi. 389. circa med. De feudo ſuo alium ſubinfeudare poteſt etiam pro maiori ſervitio, quàm quo ipſe feudum à domino accepit. 389. 22. De feudo ſuo Eccleſiaſtico etiam alium ſubinveſtire poteſt. 396. ante fin. Laicus feudum ſuum decimale etiam abſque Prælati conſenſu alii per ſubinfeudationem concedere poteſt. 398. 31. Inveſtire poteſt alium de feudo ſuo, quod habet in Curte domini. 404. circa med. Non poteſt agnatis ſubinfeudando præjudicare, in caſum, quo deſinit eſſe vaſallus. 455. in princ.

Vaſallus vaſalli mei non eſt meus vaſallus. 422. 58.

Vaſal-

Vaſallus domino etiam invito refutare poteſt feudum. 469. 114. Obligatus eſt domino ad fidelitatem & ſervitia ratione feudi, non ratione perſonæ ſuæ. 470. in med. Etiam certi ſervitii feudum domino refutare poteſt. 473. circa med. & pag. 504. num. 159. Refutare poteſt domino feudum licet induſtria ipſius ſpecialiter electa videatur. 474. num. 118. Refutare poteſt feudum, licet per ſtipulationem promiſerit ſervitia præſtare. 478. num 121. Nec tenetur hoc caſu domino ad intereſſe. 479. n. 123. Limitatur ſi ſpecialiter promiſerit, quòd nolit refutare feudum. 480. in princ. Refutare poteſt feudum, licet juramento ſe adſtrinxerit ad ſervitia. 482. in fin & ſeq. An hoc procedat etiam de jure Canonico. 485. num. 128. Refutare poteſt vel totum feudum vel partem eius. 67. num. 68. & pag. 492 n. 137. Non poteſt impeſtivè domino refutare feudum. 70. num. 72. & pag. 497. num. 149. Nec etiam refutare poteſt feudum, ut mox cum domino confligat. 70. num. 73. Per refutationem feudi non liberatur à reverentiâ domino præſtandâ. 71. num. 74. & pag. 514. num. 182. Etſi longiſſimo tempore fruct⁹ feudi perceperit, nihilominus feudum domino, etiam nullis reſtitutis fructibus refutare poteſt. 71. num. 75. Refutans domino feudum, non tenetur reddere fructus perceptos, nondum conſumptos. 72. circa med. Licitè refutat feudum agnato, abſque domini permiſſu. 80. n. 86. pag. 491. num. 11. & pag. 134. cum ſeq. Impunè refutat feudum paternum agnato etiam remotiori, abſque domini & proximiorum agnatorum conſenſu. 8. in princ. & pag. 492. poſt princ. Refutans omnia ſua feuda, non intelligitur impropria refutare. 86. num. 93. Refutare poteſt feudum francum. 503. 158. Feudum Eccleſiaſticũ Capitulo refutare prohibetur. 503 in fin. & ſeq. Tempore ingruentis belli refutans domino

mino feudum, excuſatur ſi alium æquè idoneum ſuo loco præſtet. 498. 147.
Vaſallus ligius contra omnem hominem domino ſervire tenetur. 86. poſt princ. Ligius non tenetur dominum juvare adverſus antiquiorem dominum, vel Imperatorem. 500. 149. Ligius non poteſt eſſe duorum dominorum. ibid. Ligius poteſt quis eſſe Pontificis Romani, & non Ligius Romani Imperatoris. 501. poſt prin. Ex poſt facto duorum dominorum ligius fieri poteſt. 501. in fin. & ſeq. Ligius juriſdictioni ſolius domini ſubjectus eſſe debet. 502. 155. Refutare poteſt feudum ligium. ibid.
Vaſallus non amittit feudum ob alienationem ſi rem feudalem non tradiderit. 365. poſt princ. Alienans feudum hoc animo, ut is in quem fit alienatio, domini ſit vaſallus, non excuſatur à privatione feudi. 435. 71. Alienare intendens feudum, etiam domini banniti vel excommunicati conſenſum adhibere tenetur. 440. ante fin. Vēdens feudum agnato ſuo, refutare nō, alienare dicitur. 460. n. 102. Vt ex cauſa alienationis privetur feudo, duo conjunctim requiruntur. 536. 2. Vendens feudum, contemnere videtur dominū. ibid. num. 3. Vendens feudum non perdit illud, ſi allodium eſſe credebat. ibid. & pag. 538. num. 5. Prætendens ignorantiam, jurare tenetur, quòd ignoraverit feudum eſſe. 539. 7. Alienans feudum, excuſatur ſi dubitavit, feudum vel allodium ſit res alienata. 543. 15. Vendens rem feudalem cum proteſtatione, ſe ſcil: non velle alienatam rem illam, ſi appareat feudū eſſe, excuſatur à feudi privatione 544. 16. Non mulctatur feudo, ſi tantùm tractaverit de alienando feudo. 545. 17. Requiritur ergò ut poſſeſſionem feudi realiter in alium tranſtulerit. ibid. Vendens feudum cadit jure ſuo, licet cōfeſtim recuperaverit feudum illud. 547. & ſeq. num. 21. & ſeq. Alienans partem feudi, privatur illâ.

tantùm

tantùm parte, non toto feudo, 566. & ſeq. num. 51. cum ſeqq. Ob ſalienationem feudi illicitam, ipſo jure privatur beneficio, nec opus eſt judicis privante ſententiâ. 575. in princ. Sed poſſeſſionis feudalis avocatio deſiderat ſententiã judicis declaratıvam. 576.3. & pag. 579. n. 9. & 10. Limitatur ſi alienatio illicita ſit notoria. 577. in princ. Feudum ſuum abſq; cõſenſu domini ne quidem ob famis, nuditatis, vel æris alieni neceſſitatem vendere poteſt. 583. in fin. & ſeq. num. 16. cum ſeq. Ampliatur licet rogaverit dominum de permittendâ alienatione, is autem conſentire nolit. 580. & ſeq. num 18. & ſeq. Limitatur ſi urgens & magna ſit neceſſitas. 590. 23. Etiam pro animæ ſalute feudum alienare prohibetur. 584. in princ. Non mulctatur feudo ſi æs alienum domini non ſolverit. 586. in fin. Amittit feudũ licet præſente & non contradicente domino illud alienaverit. 591.24. Alienans feudũ ſub hâc conditione, ſi dominus conſenſerit, non exuitur feudo. 606. 54. Privatur feudo licet alienatione illâ domini conditionem meliorem reddiderit. 609. per tot. Vendens feudũ, & precio & feudo carere jubetur. 611. 57.

Vaſallus privatur feudo ſi parricidium in fratre aut fratris filio patraverit, non etiam ſi aliud quoddam parricidium commiſerit. 519. & ſeqq. num. 1.2. cum ſeqq. Ampliatur licet inſidias ſaltem ſtruxerit fratri, vel fratris filio. 637. in princ. Si item pecuniam ſuppeditaverit ad hoc, ut fratri vel eius filio adferatur exitium. ibid. num. 25. Nec non ſi fratrem aut eius filium captivum detinuerit, ad hoc, ut ſolus feudum habeat. 638. in pr. Necans Epiſcopum vel Superintendentem ſuum, non amittit feudum. 635. in fin. & ſeq. Neq; etiam ſi ſubditum ſuum occiderit. 636. 24. Occidens fratrem ſuum peccat in legem naturæ, & in legem feudi. 641. in med. Interficiẽs fratrem domini ſui, quare non exuatur feudo. 638. in fin. & ſeq.

Vaſallus amittit feudum ſi in ſenioris odium fratrē eius occidat; item ſi proditoriè ipſum interficiat. 642. in princ.

Vaſallus quatenus in domini contumeliam & odium fratrem ipſius domini interfeciſſe præſumatur. 643.

Vaſallus in dubio hoc facinus in contumeliam domini commiſiſſe non cenſetur. 644. circa med.

Vaſallus in jure Feudorum vocatur homo, quia homagium præſtat domino. 645. in fin.

Vaſallus ob inceſtum commiſſum privandus eſt feudo, juxta quorundam opinionem. 653 & ſeq. n. 39. & ſeq. Sed contrarium verius. 655. & ſeq. n. 42. cum ſeqq.

Vaſallus ob crimen inceſtus feudo privatus, & poſteà Principis indulgentiâ reſtitutus, feudum recuperat. 673. & ſeq. num. 67. cum ſeqq.

Vaſallus ob adulterium vel ſtuprum perſonæ extraneæ illatum, non privatur feudo. 675. in fin. & ſeq. num. 74. cum ſeqq.

Vaſallus ob crimen Maieſtatis amittit feudum 677. & ſeq. num. 77. cum ſeq.

Vaſallus legitimo tempore non petens inveſtituram multatur feudo. 689. num. 1.

Vaſallus ſi ad petendam inveſtituram ter citatus, non venerit, amittit ius feudi. 692. circa med.

Vaſallus non petens intra definitum tempus inveſtituram ex quibus cauſis excuſetur. 709. 23.

Vaſallus excuſatur à petitione inveſtituræ ſi inter ipſum & dominum inimicitiæ capitales ortæ fuerint. 711. 25. & ſeq. Nec cogitur hoc caſu ſalvo conductui domini fidere. 712. in princ. Nec procuratorem mittere. ibid. num. 27.

Vaſallus an reconciliatione inter ipſum & dominum legitimo tempore non interveniente, perpetuò excuſetur à petendâ feudi inveſtiturâ. 714. 29.

Vaſallus quando propter

peer infantiam à petendâ inveſtiturâ excuſetur. 716. 30.

Vaſallus minor 12. annis præſtans domino fidelitatem, non obligatur. 720.34. Limitatur ſi doli capax ſit. 721. circa med.

Vaſallus quatenus ob infamiam domini excuſetur â petitione inveſtituræ. 722.37.

Vaſallus domino bannito nec fidelitatem, nec ſervitia præſtare cogitur. 723. in med.

Vaſallus ob propriam vel domini abſentiã quando excuſetur à petitione inveſtituræ. 724.39.

Vaſallus an ob abſentiam ſtudiorum excuſetur à petendâ inveſtitura. 725. 41.

Vaſallus domino abſente proteſtari debet, ſe nimirum eſſe paratum petere inveſtituram, ſi adeſſet dominus. 726. 45.

Vaſallus an dominum etiam in alieno foro adire, & ab eo inveſtituram petere teneatur. 727. 46.

Vaſallus quoties abſq; dolo intra legitimum tempus non petit inveſtituram, excuſatur à privatione. 729.49.

Vaſallus intra annum & diem inveſtituram petere tenetur licet tertius quidam poſſideat feudum. 729. & ſeq. num. 51. cum ſeq. Vindicare cogitur feudum à tertio poſſeſſore intra annum & diem, aliàs amittit illud. ibid. n. 52. & pag. 733. num. 56. Petere tenetur inveſtituram etiam pendente hâc vindicationis lite. 731. 54. Sed contrariam opinionem praxis ſequitur. 731. in fin. & ſeq. Excuſatur à petitione inveſtituræ, ſi lis ſit inter dominum & alium de directo feudi dominio 732. num. 55. Excuſatur etiam, ſi ignoraverit dominum eſſe mortuum, vel rem eſſe feudalem. 734. n. 58. Limitatur ſi ignorantia ipſius ſit craſſa & affectata, vel juris. 735. & ſeq. num. 60. cum ſeq.

Vaſallus non ob quamlibet infamiam feudo ſuo privatur. 652. num. 37. & 660. num. 49.

Vaſallus deſerens dominum in quovis periculo conſtitutum, etiam extra bellum, feudo multatur. 744. in fin. & ſeq. num. 73. & ſeqq. Ampliatur ſi dominum in bello etiam non periclitantem dimiſerit. 747. num. 75. Ampliatur quoque licet poſt fugam ad dominum ſtatim redierit. 748. in fin. & ſeq. num. 77. Ampliatur item, etiamſi dominus poſteà illæſus evaſerit. 752. in princ.

Vaſallus ob deſertionem domini in pugnâ exuitur feudo licet ipſius frater convaſallus dominum defenderit. 753. n. 84. Quod procedit etiam in feudo Regali communi. 756. circa fin. Item in feudo naturâ individuo. 757. num. 87.

Vaſallus derelinquens dominum etiam in rixâ privatâ, exuitur feudo. 760. num. 90.

Vaſallus non privatur feudo, ſi dominum jam mortuum, aut lethaliter vulneratum in prælio dimiſerit. 762. n. 92.

Vaſallus ſi dominum vulneratum ſine vitæ periculo ex manibus hoſtium eripere poſſit, ad hoc obligatus eſt. 763. num. 94.

Vaſallus videns dominum ex pugnâ fugere, ſi ipſe quoq; fugiat non multatur feudo. 764. num. 95.

Vaſallus non cadit feudo ob fugam, ſi omninò ipſi pereundum eſſet, niſi fugâ ſibi conſuluiſſet. ibid. num. 95. & ſeq.

Vaſallus excuſatur quoque à privatione feudi, ſi exiſtimans dominum mortiferè vulneratum, fugam arripuerit. 765. num. 98. Limitatur ſi ex prælio exceſſerit, ignorãs dominum eſſe vulneratum, cum tamen reverâ lethaliter ſauciatus ſit. 766. num. 99.

Vaſallus non amittit feudum ob deſertionem domini in acie, ſi ad pugnandum inhabilis ſit factus. 766. in fin. & ſeq. num. 100.

Vaſallus impeditus dominum corpore ſuo juvare, an

re, an clamoribus hoſtem terrere teneatur? 768. 101.

Vaſallus non perdit feudum ſi dominum in prælio belli injuſti dimiſerit. 769. per tot. Limitatur ſi ab initio ſciuerit dominum ſuſcepiſſe bellum injuſtum. 770. 103.

Vaſallus mulctatur feudo ſi dominum de injuriâ ſibi ab aliis illatâ non reddiderit certiorem. 770. n. 104.

Vaſallus exuitur feudo ſi ſciverit domino imminere periculum, ipſique non ſignificaverit illud. 772. 105. Ampliatur licet domino periculum illud innotuerit, etiam abſque certificatione vaſalli. ibid. num. 106.

Vaſallus non ſolùm denunciare debet domino periculum ipſi imminens, ſed illud quoque auertere pro viribus tenetur. 773, 107

Vaſallus non præſtans domino ſervitia, amittit feudum. 773. in fin. & ſeq.

Vaſallus intra præfinitum tempus non ſolvens canonem feudalem excidit feudo. 774. n. 109. & ſeq.

Vaſallus privatur feudo ſi domino inopi alimenta deneget. 779. in fin. & ſeq. Itẽ ſi dominũ carceri incluſum redimere recuſet. 780. 116. Item ſi deneget domino juſtitiam. 781. n. 118. Nec non ſi à domino trina vice citatus, non comparuerit. ibid. num. 119. Vt & ſi filium ſuum domini offenſorem, non deducat ad ſatisfaciendum domino. 782. 120.

Vendens vel locans minori precio, donare intelligitur 381. circa med.

Venditio licet medietatem juſti precii non attingat, jure tamen ſubſiſtit, ibid.

Verba in contractibus & aliis diſpoſitionibus propriè ſunt accipienda. 87. poſt princ.

Verba HABERE POSSET ſunt extenſiva, & in futurum quoque trahuntur. 463. ante finem.

Verba generalia declarationem accipiunt à ſpecialibus. 622. 7.

Verba acceſſoriè poſita, ad ſuum principale adſtringuntur. 632. poſt princ.

Verba

Verba Conſuetudinum feudalium generalia, reſtringuntur juxta diſpoſitionis feudalis rationem. 632. in med.

Verbalia in I O in jure plerumque non facti ſed juris ſignificationem habent. 98. circa med.

Verbum E X C L V D E R E eſt privatiuum. 96. num. 100.

Vir in concubinâ ſuâ adulterium jure mariti vindicare non poteſt. 237. 13.

Vocatus ſub conditione, non amplius admittitur purificatâ illâ conditione. 91. poſt princ.

Vocula G E N E R A T I O eſt relativa, & reſpectum habet à generante ad generatos. 27. 15.

Vocula V L T E R I V S omne futurum ſignificat tempus. 92. ante finem.

Vocula Q V I N E T I A M eſt ampliativa præcedentium, implicans majora expreſſis. 95. num. 99.

Vocula S V C C E S S I O in Iure Feudorum non tantùm ſuccedendi actum, ſed & jus ſuccedendi ſignificat. 98. in med.

Vocula T V N C eſt reſtrictiva, & diſpoſitionem ad caſum propoſitum reſtringit. 102. in princ.

Vocula E T I A M eſt ampliativa, & implicat caſum minus dubium. 127. num. 137.

Voculæ O B L I G A T I O, A C T I O, P O S S E S S I O, non facti ſed Iuris ſignificationem habent. 98. circa med.

Voculæ D O N E C, T A M D I V, Q V A M D I V conditionem inducunt in diſpoſitione. 102. in fin. & ſeq.

Voculæ E V M Q V I ſunt reſtrictivæ & ſegregativæ. 128. poſt princ.

Voculæ V T ſignificatio. 651. per tot.

Vox S Æ P E eſt frequentativæ ſignificationis. 271. circa fin.

Vox

Vox L I G I V S ſignificat totalem ſubiectionem. 502. n. 156.

Vox P E R M I S S I O N I S liberam denotat permittentis voluntatem. 587. 28. & pagin. 592. numero 25.

Vox H E R E D I T A T I S in Tit. 37. lib. 2. Feud. ſignificat Feudum. 631. 20.

Vox H O M O in dict. tit. denotat convaſallum. 646. in fin. & ſeq.

Vox H E R E D I S in Iure Feudorum ſignificat filium. 742. 69.

Vox G V E R R A non modò bellum, ſed etiam certamen privatum ſignificat. 760. in fine.

Vſusfructuarius derelinquere intendens uſumfructum, percipere poteſt fructus etiam nondum maturos. 71. num. 75.

Vſufructuarius an ob prædii fructuarii deteriorationem privandus ſit uſufructu. 288. 25.

Vſufructuarius ex prædio fructuario excidens arbores fructiferas, non privatur Iure uſusfructus. 296. Limitatur ſi hâc lege acceperit prædium fruendum ne excitantur huiuſmodi arbores. ibid.

Vſufructuarius alii locare poteſt ſuum uſumfructum. 345. circa med.

Vſufructuarius domino proprietatis etiam inuito cedere poteſt uſumfructū. 470. poſt princ.

Vſufructuarius non poteſt inconſulto proprietatis domino prædium fructuarium mutando melius efficere. 610. in princ.

Vſufructu finito omnes fructus pendentes ad proprietarium pertinent. 74. num. 78.

Vſumfructum concedere minus eſt, quàm feudum dare. 373. 2.

Vſusfructus tempore finitur, quoties ad certum tempus conceſſus fuit. 18. 2.

Vſusfructus finitur re uſufructuariâ peremptâ. 50. in princ.

Vſusfructus finitur domo fructuariâ exuſtâ, nec ex areâ

ex areâ debetur.53.num.54.
Vſusfructus finitur morte fructuarii. 373. in fin.
Vſusfructus diſtinguitur à Iure percipiendi fructus. 77. n. 83.
Vſusfructus nõ niſi proprietario cedi poteſt. 77. in fin.
Vulteii varia de tempore inveſtituræ petendæ tractatio reiicitur. 699. & ſeqq. n. 12. cum ſeqq.
Vulteius circa quæſtionem an fœmina ſemel à feudo, excluſa, perpetuò cenſeatur excluſa, perperàm diſtinguit inter non admiſſionem, & excluſionem fœminæ. 96. in fin. & ſeq. Malè etiam inter ſucceſſionem, & jus ſuccedendi. 97. in fin. & ſeq. Minus quoque juridicè ſtatuit, imperfectum ex accidente non admitti ad feudum, ſi ante ſucceſſionem imperfectus ſit factus. 130. in princ. Feudum etiam extraneo refutari poſſe non rectè arbitratur 494. in princ.

***

Proœ-

Digitized by Google

Procœmium.

IN SEQUENTES TRACTATVS de amiſſione feudi; continens cumprimis ſeriem & ſummam horum tractatuum.

IN NOBILiſsimâ feudorum materiâ non eſt minima feudiſtici Juris portio de modis amittendi feudum: Hæc enim ubertatem & ſyluam exhibet quæſtio-

 num

num variarum, indies ac frequenter in foro inter Seniores ſiue Dominos feudi, & ipſos vaſallos de feudo occurrentium, ex quibus pleraque tantum habent difficultatis, atque adeò animos Doctorum in opiniones diſtrahunt varias, ut niſi Juris ponderibus diligenter æſtimata, obruta veritas eruatur, ſemper de eà hæſitandum ſit valdè.

Et quia uſus argumenti huius frequens eſt, ut dixi, non poteſt quiſquam, niſi huius quoque Juris cognitionem habeat præclaram, & inſignem, Jurisperiti nomen tueri, conſulto-

ſultoribus ſuis reſpondendo, patrocinando ſatisfacere.

Quocirca hanc quoque placitorum feudalium admodum elegantem, & valdè utilem portionem meâ qualicunque operâ dehinc illuſtrare, & quæſtiones, quas exhibet enucleare, & dilucidas reddere animum induxi meum.

Conſtitui autem hanc Juris feudorum partem ita tractare, ut eius membra ſigillatim per ſingulos tractatus ſtudioſè explicem.

Primo tractatu agam de modis, quibus amittitur feudum abſque culpâ vaſalli.

Deinde altero tractatu exponam modos amittendi feudum ex vaſalli culpâ, quam in Domini perſonâ commiſit.

Tertius tractatus excipiet modos amittendi feudum ob culpam vaſalli, quam commiſit in perſonâ, quæ poteſtati affectiuè Domini eſt ſubiecta.

Quarto tractatu diſcutiam modos amittendi feudum ex culpâ vaſalli in rebus Domini commiſſâ. Vbi etiam de feudi deterioratione.

Quinto tractatu diſſerere conſtitui de amiſſione feudi, quæ ob eius illicitam alienationem contingit.

Sexto

Sexto tractatu explicabo modos, quibus amittit vaſallus feudum ob culpam ſuam in alterius, quàm Domini perſonâ commiſſam.

Septimo eoquè ultimo tractatu proponam modos, quibus amittit vaſallus feudum ob culpam ſuam in omittendo commiſſam.

Spiritus Domini & hoc ſuſcepto in opere fautorem, & adiutorem ſe nobis benignè præbeat.

TRACTATUS I.

Quibus modis feudum abſque vaſalli culpâ amittatur.

SUMMARIA.

1. Vaſallus amittit feudum vel abſque ſuâ culpâ, vel ob culpam ſuam.
2. Abſque ſuâ culpâ amittit feudum finito tempore, ad quod uſque conceſſum fuit.
3. Reſpondetur ad obiectionem ex Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud. deſumptam.
4. Diluitur ſecunda obiectio, quòd ſcil. tempus non ſit modus tollendæ obligationis.
5. Num etiam hodie contractus & obligationes ad tempus fieri poſſint.
6. Quæſtio. An poſſeſſio rei feudalis finito tempore ad dominum ipſo iure redeat?
7. Num ipſo Iure poſſeſſio tranſeat in feudi ſucceſſorem.
8. Ad tempus precariò poſſidens, an etiam finito tempore poſſidere dicatur.
9. Dominus vaſallum à poſſeſſione rei feudalis vi deiicere prohibetur.

10. Error quorundam exiſtimantium poſſeſſionem rei feudalis Ciuilem apud dominium feudi remanere, oſtenditur.

11. Improbatur ſententia Molinæi opinantis poſſeſſionem rei feudalis finito feudo ad dominum ipſo iure tranſire.

12. Feudum qualiter finitâ generatione amittatur.

13. Feudo alicui & eius liberis uſque ad tertiam generationem conceſſo, utrùm primus adquirens incluſiuè aut excluſiuè vocatus intelligatur?

14. Excluſiuè hanc conceſſionem exaudiendam eſſe docet Author.

15. Vox GENERATIO eſt relatiua, & reſpectum habet à generante ad generatos.

16. Beneficia largè interpretanda contra eum, à quo profecta fuerunt.

17. Feudo biß auff drey Leiber conceſſo, primus adquirens incluſiuè vocatus cenſetur.

18. Vtrùm dominus de feudo ob finitam generationem amiſſo, conſanguineos prioris vaſalli præ aliis inueſtire teneatur?

19. Affirmatiua interuenientib. quibusdam requiſitis, placet multis.

20. Negatiuam tamen veriſſimam judicat Author.

21. Declaratur textus in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua cottid. & æſtiua.

22. Dilucidatur text. in Tit. 24. lib. 1. Feud.

23. Si dominus filiæ conceſſerit patris defuncti feudum, quæritur num agnati patris defuncti reuocare illud poſſint?

24. Reſpondetur ad text. in l. congruit 4. C. de locat. præd. lib. 11.

25. Dominus in feudo ſibi aperto ex æquitate conſanguineos ultimi vaſalli præfert extraneis.

26. Reiicitur opinio Dd. qui putant dominum officio Iudicis cogi poſſe ad feudi huius refirmationem.
27. Feudum Guardiæ & Caſtaldiæ anno finiuntur.
28. Feudi Guardiæ & Caſtaldiæ definitio.
29. Vtrùm hæc feuda elapſo anno amittantur ipſo iure?
30. Quòd ſi dominus poſt annum non reuocet huiuſmodi feuda, morte eius demùm finiuntur.
31. Feudum Soldatæ quando finiatur, ubi quoq; eius definitio.
32. Feudum Cameræ&Cauenæ quid.
33. Feuda hæc duo an rectè dicantur Soldatæ feuda?
34. Cauena quid.
35. Feudum Cameræ & Cauenæ an ſint impropria feuda?
36. Quid ICto Feudiſtæ in Tit.2.§. ſi verò vaſallus lib.2. Feud. ſit Rectum feudum.
37. Feuda Cameræ & Cauenæ perſonaliſsima appellantur à quibusdam.
38. Soldatæ præſtatio an ſit feudum vel gratuita quædam conceſſio.
39. Cameræ & Cauenæ feudum Iure & naturâ feudi conceſſum, an propriis connumeretur feudis.
40. Quod ſi Camera & Cauena domini ita ſit exhauſta, ut præſtari ex eâ amplius non poſsit, quod feudi nomine debetur, tunc finitur huiuſmodi feudum.
41. Ratio cur hoc caſu feudi dominus non teneatur ad præſtationem eius quod feudi nomine debetur.
42. Quid ſi Camera aut Cauena domini culpâ euacuata ſit?

43. Vtrùm

43. Vtrùm Camerâ vel Cauenâ abſque domini culpâ euacuatâ, cogi poſsit dominus ex aliis bonis præſtare huius feudi reditus?

44. Dominus ad pinguiorem poſtea veniens fortunam, & futuros & præteriti temporis prouentus præſtare vaſallo tenetur.

45. Cameræ & Caneuæ feudo morte vaſalli finito, an heredes defuncti fructus totius anni cœpti retinere poſsint?

46. Feudum loco mercedis conceſſum, an finiatur tranſacto anni ſpacio?

47. & 49. Feudum finitur interitu rei feudalis fortuito.

48. Emphyteuſis amittitur extinctâ re emphyteuticâ.

50. Prædio feudali inundatione obruto, finitur feudum, ſed quando eodem impetu aqua diſcedit, quo venit, reſtituitur quoque ut poſſeſsio, ſic & proprietas.

51. An idem quoque intelligendum de prædiis feudalibus vi hoſtili occupatis?

52. Feudali ædificio chaſmate vel incendio perempto, an vaſallus in eo feudum amittat?

53. Licet ædificium feudale ſit exuſtum, eius tamen area manet feudalis.

54. Feudum in quo differat ab uſufructu.

55. Feudali ædificio ſaluâ areâ diruto, utrùm vaſallus pro parte tantùm ſaluâ præſtare domino ſeruitia teneatur?

56. Integrumnè ſit vaſallo utiliter ædificare in areâ feudali?, & num huius ædificationis impendia dominus teneatur refundere.

57. Vaſallus non omni tempore ſeruitia præſtat, ſed cum ea à domino exiguntur.

58. Seruitia feudalia moderatè pro feudi conditione exigenda.

59. Refutatione etiam vaſallus amittit feudum.
60. Quid ſit refutare feudum.
61. Feudum à quibusdam malè judicatur contractus nominatus.
62. Reſpondetur ad obiectionem quòd ſcil. dominus feudum invito vaſallo abſque eius culpâ auferre nequeat.
63. Doctorum diſtinctio inter feudum pro certo ſeruitio datum, & feudum pro ſeruitiis in genere conceſſum, non attenditur in refutatione.
64. Num in refutatione feudi paterni exigatur quoque conſenſus filiorum & agnatorum?
65. Vtrùm feudi noui refutatio noceat filiis vaſalli?
66. Satisfit obiectioni ex l. 3. ff. de ſerv. exportand.
67. Ius ſuccedendi in feudum expreſsâ conuentione illis tantùm tribuitur quibus lege jus illud feudale tributum non eſt.
68. Poſsitnè vaſallus etiam partem feudi domino inuito refutare?
69. Diluitur argumentum Rittershuſii ab hereditate & legato.
70. Refutatio feudi in manus domini fit aut ſimpliciter, aut certâ quâdam lege.
71. Feudum à vaſallo refutatum, & eius filiis redditum, an pro nouo aut paterno feudo ſit habendum?
72. Dominus refutationem intempeſtiuè factam admittere non cogitur.
73. Non admittitur etiam refutatio in fraudem domini.
74. Refutatio feudi non liberat vaſallum à reverentiâ domino præſtandâ.
75. An Vaſallus qui longiſsimo tempore perceperit fructus feudi, invito domino poſsit refutare feudum.

76. Fru-

76. Fructus tempore refutationis pendentes, num pertineant ad dominum cui refutatur feudum?

77. Reſpondetur ad obiectionem ex Tit. 28. §. his conſequenter lib. 2. Feud. deſumptam.

78. Diſſoluitur argumentum à ſimilitudine uſusfructus depromptum.

79. Sumptus in ſationem & culturam feudi refutati factos, an dominus vaſallo rependere teneatur?

80. Num refutatione feudi domino factâ, agnatis competat jus προτιμήσεως.

81. Mortuo refutatore vaſallo feudum ad liberos vel agnatos deuoluitur.

82. Cuinam vaſallus refutare poſsit feudum?

83. Num agnatus ita refutare poſsit feudum, ut ſibi uſumfructum reſervet?

84. Vtrùm is cui refutatum eſt feudum retento uſufructu, Inueſtituram à domino petere teneatur?

85. Refellitur objectio de iure percipiendi fructus reſervato.

86. An refutatio feudi agnato etiam remotiori abſque domini permiſſu fieri poſsit?

87. Ius retrahendi feudum an competat agnato proximiori, refutatione in remotiorem factâ?

88. Agnatus proximior conſentiens refutationi, an ſuccedat in feudum refutatum mortuo refutatore agnato remotiore?

89. Agnatus medii gradus diſſentiens refutationi in remotiorem factæ, an jure prothimiſeos uti poſsit?

90. Num feudum francum vaſallus refutare poſsit?

91. Reſpondetur ad Curtii obiectionem.

92. Poſsitnè ligium feudum refutari?

93. Va-

93. Vaſallus omnia ſua refutans feuda, num impropria quoque refutare intelligatur?

94. Fœmina abſq culpâ amittit feudum ſi à fratre vel alio agnato excluditur.

95. Fœmina ſuccedente maſculo ſemel à feudo excluſa, cenſeaturnè perpetuò excluſa?

96. Affirmatiuæ ſententiæ argumentum primum ex Tit. 6. §. quin etiam, lib. 2. Feud. deſumptum.

97. Alterum fundamentum ex verbo V L T E R I V S in d. §. quin etiam.

98. Tertium argumentum ex d. Tit. 6. §. ult.

99. Reprehenditur Niellius exiſtimans d. §. quinetiam perperàm poſitum eſſe inter cauſas amittendi feudum.

100. Quartum affirmantis ſententiæ fundamentum ex tit. 104. § item ſi quis, in extraordin. capit.

101. Reiicitur opinio Vultei diſtinguentis inter non admiſsionem & excluſionem fœminæ.

102. Reſpondetur ad Vultei obiectiones.

103. Quintum aientis illius ſententiæ fundamentum ex Tit. 17. & Tit. ſeq. & Tit. 30. libro 2. Feud.

104. Sextum argumentum ex materiâ ſubſtitutionum.

105. Primum Negantis opinionis fundamentum.

106. Secundum argumentum ex Tit. 8. §. filia verò lib. 1. Feud.

107. Tertium fundamentum ex Tit. 17. lib. 2. Feud.

108. Natura dictionis D O N E C.

109. Quartum Negatiuæ illius ſententiæ fundamentum ex Tit. 18. lib. 2. Feud.

110. Quintum argumentum.

111. Sonsbeccij improbatur opinio de præſumpta voluntate patris circa ſucceſsionem filiæ.

112. Diluitur eiuſdem & Weſembecii obiectio de ſuc-

de ſucceſsione fœminæ deficientibus maſculis.

113. Hartmanni Piſtoris & Heigii obiectio de Iure ſuccedendi ſuſpenſiuo eius, qui per alium impeditur ſuccedere, enodatur.

114. Reſpondetur ad Inſtantiam Heigii.

115. Annihilatur eiusdem Heigii tertium argumentum, quod eſt de beneficio Principum largiſſimè interpretando.

116. Sextum ſupradictæ negatiuæ opinationis fundamentum ex Tit. 14. lib. 1. Feud. deſumptum.

117. Refellitur Sonsbecii, Piſtoris, Heigii & Weſembecii argumentum de ſumenda in dubiis interpretatione benigniore.

118. Diſſoluitur aliud Piſtoris argumentum, quo defendere nititur negatiuam.

119. Diluitur alia Sonsbecii & Weſembecii Inſtantia.

120. Vltimum ſententiæ negatiuæ argumentum de Regulâ ceſſente causâ &c.

121. Mutus, Surdus, Claudus, Cæcus, quatenus amittant feuda ſua.

122. Quid Iure Saxonico ratione horum imperfectorum conſtitutum.

123. Ratio cur imperfecti naturâ feudum amittant.

124. Verus intellectus Tit. 36. lib. 2. feud.

125. Obertus duos conſcripſit de feudorum Iure libellos.

126. Non ex multitudine authorum quod melius & æquius eſt judicari debet.

127. Duabus ſententiis contrariis in Iure feudorum propoſitis, non ſemper poſterior reiecta videtur.

128. Vitioſa conciliatio textus in Tit. 6. lib. 1 Feud. cum. Tit. 36. lib. 2. Feud. reiicitur.

129. Nouum feudum Quodnam.

139. Quid

130. Quid ſit Authoribus Iuris Feudorum RETINERE vel non RETINERE FEVDVM.

131. Filii dicuntur retinere feudum, quia ipſis quoque in primâ inveſtiturâ datum fuit.

132. Mutus impeditè loquens, ſurdus tardè audiens, & Claudus lentè incedens an ſuccedant in feudis?

133. Furioſus & mente captus à feudo excluduntur.

134. Parium Curiæ tria munera.

135. Naturâ imperfecto relinquendum aliquid ex feudo fructuoſo.

136. Imperfectus ex accidenti non amittit ius ſuccedendi in feudum.

137. Dictio ETIAM eſt ampliatiua & extenſiuâ.

138. Dictiones EVM QVI ſunt reſtrictiuæ.

139. Ratio cur imperfectus ex accidenti non amittat feudum.

140. Poſt ſucceſsionem in feudum factus imperfectus, an illud retineat?

141. Perfectè natus ex primâ patris inueſtiturâ jus feudi adeptus intelligitur.

142. Mutus vel claudus ſuâ culpâ factus non ſuccedit in feudum.

143. Quando mutus, Surdus & alii imperfecti retinent feudum, ſeruitia domino per ſubſtitutum præſtare tenentur.

144. Vaſallus poſt adquiſitionem feudi noui inhabilis factus, an feudum illud amittat.

145. & 146. Recenſentur affirmantes & negantis ſententiæ patroni.

147. Negatiuam multis rationibus probat Author.

148. Rationes Interpretum quare Imperfectus ex accidenti retineat feudum paternum, non etiam nouum, nullius ſunt momenti.

149. Text.

149. Text. in Tit. 6. §. mutus lib. 1. Feud. intelligendus de feudo paterno.

150. Obligatusnè ſit Vaſallus propriâ perſonâ ſervitia domino præſtare?

151. Caſu imperfectus feudum etiam Regale retinet, curator tamen ei adiungitur.

152. Vtrùm naturâ imperfectus retineat feudum francum?

153. Imperfectus naturâ ſtatim à natiuitate ipſo hâbitu inidoneus eſt ad ſeruitia præſtanda.

154. Quid ſi feudum guſtus & odoratus ratione datum ſit, ſucceſſor autem vaſalli his ſenſibus ſit privatus, an jus feudi amittat?

155. Num imperfectus retineat feudum, quod primo adquirenti in remunerationem datum fuit?

156. Clericus, & qui votum religionis aſſumit an feudo priuetur?

157. Obiectio ex Tit 40. de capit. Corradi diluitur.

158. Soluitur obiectio ex c. ex tranſmiſſa 6. Extr. de foro competenti.

159. Diſſoluitur inſtantia quòd Clericus per ſubſtitutum ſervire poſsit.

160. Solutio objectionis ex l. quisquis 16. & l. ad ſimilitudinem 21. C. de Epiſcop. & Cler. deſumptæ.

161. 162. 163. 164. 165. 166. & 167. Refelluntur rationes & argumenta Præpoſiti quib. firmare nititur Clericum non amittere feudum.

168. Abſque culpâ ſuâ propriâ amittit etiam feudum filius vaſalli ob delictum patris, ex quo ipſe pater amiſit feudum.

QVEM-

QVEMADMODVM certi ſunt modi obligationis cõſtituendæ, *l.1.in princ. & §§.ſeqq. l.2. in princ. l.4.ff. de oblig. & act § ſequens diuiſio. Inſt. de oblig* certique modi tollendi obligationem. *tot. tit. Inſt. quibus mod. toll. oblig.* certi item modi ut conſtituendi, ſic & finiendi uſumfructum, *l.2.in princ. ff. de uſufr. & tot. tit. ff. quib. mod. uſufr: amitt. §.2. §.3. & §. finitur. Inſt. de uſufr.* certique modi non ſolùm conſtituendi, ſed & amittendi ſervitutem, *§. ſi quis velit. & §. ſeq. Inſt. de ſeruit. &*

Digitized by Google

uit. & tot. tit. ff. quemad. ſeruit. amitt. Sic & modi ſunt aliquot certi, ut conſtituendi, ſic & amittendi feudum, *Tit. 1. §. ult. in fin. & tit. 26. ſi quis per triginta, lib. 2. Feud. Tit. 5. & Tit. 23. In quibus cauſ feud. amitt. & Tit. ſeq. d. Tit. 26. §. Domino cõmittente feloniam. Tit. 47. Qualiter dominus proprietate feudi priuetur lib. 2 Feud.*

NON ſolùm autem vaſallus feudum ſuum aliquot amittit modis, ſed & ipſe Dominus ſuum feudi Ius quibusdam modis perdit, ut dehinc ordine juſtâ methodo ſuis locis oſtendam.

Vaſallus amittit feudum vel abſque ſuâ culpâ, vel ob culpam ſuam. Eſt quidem regula Iuris feudorum de feudo ſine culpâ non amittendo; *Tit. 21. lib. 1. Feud.* verùm ea per- 1

dit officium ſuum in caſibus hoc capite proponendis: Eſt enim ea regularum Iuris conditio, ut perdant officium ſuum quoties in aliquo vitiatæ fuerint, *l. 1. in fin. ff. de reg. Iur.* Vnde omnis definitio in Iure, id eſt regula Iuris periculoſa & lubrica dicitur, quia rarum non ſit, quòd ſubuerti poſſit, *l. omnis definitio 202. ff. d. t.* quibus ergò in partibus regula iſthæc non admittit exceptiones illas, de quibus hoc capite dicam, vires ſuas jugiter obtinet, per text. *in l. quæſitum 12. §. idem reſpondit 43. in fin. ff. de inſtrum. vel inſtruct. leg.*

2 Amittit autem vaſallus feudum ſuum abſque culpâ variis modis, & primò quidem finito tempore, ad quod uſque cõceſſum fuit feudum, ut ſi ad biennium, quinquennium, decennium, vel vicennium datum ſit feudũ, per text. *in Tit. 2. in princ.* ibi, niſi ad certum tẽpus datum fuerit, *lib. 1. Feud.* Sic & uſusfructus, cui ſimile eſt feudum, *Tit. 23. In quibus cauſ. feud. amitt. §. ult.* ibi, uſusfructus verò, *lib. 2. Feud.* tempore finitur, quoties ad certum tempus conceſſus fuit, *§. finitur, Tit. 6. de legat. lib. 3. recept. ſent. Iulij Pauli.* confert. text. *in l. interdum 15. ff. quib. mod. uſuſr. amitt.*

Nihil huic obloquitur pronunciato, quòd feudum ad heredes vaſalli in perpetuum perti-

pertinere dicitur in *Tit. 23. In quib. cauſ. feud. amitt. §. ult. lib. 2. Feud.* Id enim de feudo proprio, quod ſimpliciter ſine præfinito tempore conceſſum fuit, exaudiendum eſt, non de feudo ad certum uſque tempus dato. Cùm enim lex ſiue pactum feudali contractui initiò adiectum, cuſtodiendum ſit *l. 1. §. ſi conuenit. ff. depoſiti, & l. contractus, 23. ff. de reg. iur.* æquum eſt, ut reddat vaſallus feudum tempore finitum, ad quod uſque datum fuit, Carol. Tapia ad *l. 3. ff. de conſtit. Princ. part. 2. cap. 5. n. 5.*

Neque etiam impedit concluſionem eandem, quòd contractu feudali vaſallus Domino, & hic illi viciſſim obligatur, *d. Tit. 21. lib. 1. Feud. & Tit. 6. §. ult. lib. 2. Feud.* tempus verò modus non eſt vel conſtituendæ, vel tollendæ obligationis, *l. obligationum ferè, 44. §. placet, ff. de oblig. & action. l. nemo, 55. ff. de legat. 1. l. eum qui 56. §. qui ita 3. ff. de verb. obl.* Etſi enim non ipſo jure ciuili obligatio vel conſtituatur ad tempus, vel finiatur tempore, licet partium conuentione ad tempus ſit contracta, ut volunt adductæ leges, Prætor tamen aduerſus rigorem Iuris tuetur eam contrahentium voluntatem, datâ exceptione vel replicatione pacti conuenti, vel doli mali, *d. l. obligationum 44. §. placet, ff. de oblig. &* 4

*actionib.Gl.in l.1.§.adhac,in verb.*pro ſocio,*C.famil.erciſ.*Duaren.*ad Tit.ff.de obligat.c.6.*Cuiac.*in comm.in lib.74.Pauli ad edictum,in explicat.d.l. obligationum ferè pag.182.& ſeq.tùm etiam in ſolenni recitatione in d. tit. de obligat. & action. ad d.l obligationum ferè,pag.1230. & ſeq.*

5 Quinetiam licet olim obligatio ad tempus certum contrahi non potuerit,nouis tamen Cõſtitutionibus permiſſum fuit,etiam ad tempus fieri contractus & obligationes, *l.ult.verſ. cum enim, C. de legat. & l.2. C.de pact. int. empt. & vendit.* Adhæc dominium quoque & ſimile aliquod Ius ita poteſt in alium transferri,ut poſt certum tempus danti reſtituatur, *l. 2. C. de donat. quæ ſub modo, & d. l. ult.verſ. conſequens eſt etiam, C.d.legat.* nihil ergò impedit,quò minus & feudum ad certum uſque tempus poſſit conſtitui,ut eo tempore finito ad dominũ redeat; & quidem ipſo Iure, ex voluntate ſcil: dantis & adquirentis feudum, per Gl.*in d. l.ult. in verb.*remeantibus *C.de legat.* & Cuiac.*in comment.in lib.74. Pauli ad edictum ad l.ideoque 84. ff. de manumiſſ. teſtam. in fin.pag. 183.* ac tradit in ſpecie de feudo ad certum tempus conceſſo Molinæ. *ad conſuet.Pariſ.Tit.1.§.30.num.172.* & confirmat hanc ſententiam text. *in d. l. ult. C. de legat.* ubi Iuſtin. Imp.conſtituit, ut legata &

fidei

fideicommiſſa ad tempus data, poſt completum tempus illud ad heredes teſtatoris remeant.

Poteſt ergò huiuſmodi feudum ſtatim auferri vaſallo, nullo dato tempore judicatis conſtituto, ut alios ſequutus ſcribit Carol. Tapia ad *d.l.3. ff.de Conſtit. Princ. part.2.cap.6. num. 5.*

6 Cæterùm dubitari hîc poteſt, utrùm ipſa quoq; poſſeſſio rei feudalis elapſo illo tempore ad dominum æquè redeat ipſo Iure, ut feudum? Alij affirmant, alij negant, affirmantium opinionem adprobat Molinæ. ad *conſuet. Pariſ. d. Tit. 1. §. 30. num. 173.* At negantium ſententiam Iuri conſonam exiſtimo.

Modus enim adquirendi poſſeſſionem eſt factum, & actus aliquis naturalis, ipſa ſcil: rei apprehenſio *l. 1. §.1. l.3. §. ex contrario*, ibi contra naturam quippe eſt, *ff. de adq. vel. amitt. poſſ. l. Pomponius 35.* ibi quæ naturaliter agros tenuit, *ff. fam. erciſc. l. 1. §. Scæuola, ff. ſi is, qui teſtam. lib. eſſe iuſſ. eſt. l. deniq; 19. ff. ex quib. cauſ. maior.* Quò pertinet quod abſque corpore poſſeſſio non adquiritur, *d. l. 3. §. 1. l. quemadmodum 8. l. cum heredes 23. in princ. l. qui uniuerſas, 30. §. quod per colonum qui iure 41. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. l. ferè 153. ff. de Reg.*

Iur. Non ergò ipſo iure poſſeſſio feudi huius ad dominum reuertitur, ſed neceſſe eſt, ut ad eius adquiſitionem interueniat domini factum, ipſa ſcilicet naturalis apprehenſio.

7 Confert huc, quòd licet ſucceſſor feudalis defuncto vaſallo in feudum ipſo iure ſuccedat, ſiue filius ſiue agnatus ſit, *Tit. 50. de natura ſucceſſ. feudi lib. 2. Feud.* Et heres allodialis in uniuerſum Ius defuncti allodiale ſuccedat, *l. hereditatis, 62. ff. de reg. Iur.* eiusdemque poteſtatis & Iuris eſſe dicatur, cuius fuit defunctus, *l. heredem 59. ff. d. t.* poſſeſsionem tamen rerum feudalium, vel hereditariarum ipſo jure non adquirit, ſed ad eam adquirendam apprehenſione opus habet, Mynſ. *cent. 3. obſ. 38.* Andr. Gail *lib. 2. obſ. pract. obſ. 152.* & Henricus à Roſenthal *tract. feud. cap. 7. numero 17.*

8 Defenſat eandem hanc ſententiam, noſtram, quòd qui ad tempus precariò rem poſſidet, etiam finito illo tempore eandem rem poſſidere dicitur, *l. in rebus, 4. §. ult. ff. de precario,* quo loco ex verbis cum patitur eum poſſidere, obſeruandum, quòd qui tempore ipſi precario præfinito poſſidet, etiam poſt tempus illud adhuc poſſideat, ſed non precariò

cariò

cariò ſine concedentis tacitè continuatâ voluntate. Voluntas domini precariò concedentis non operatur poſſeſſionem nouam ſed eam precariò rogans ſuâ detentione retinet, operatur autem voluntas illa in eâdem poſſeſſione precarium nouum, ut ICtus Vlpianus eo loco oſtendit.

9 Quare Molinæi opinio eo textu non tàm extruitur, quàm planè diruitur. Non ergò permiſſum eſt Domino vi poſſeſſione rei illius feudalis deiicere vaſallum, ſed judicis authoritate eam repetere poteſt, *l. ſi quis 7. C. unde vi. & l. extat. 12. ff. quod metus cauſa.* & docet Carol. Tapia Matthæum de Afflictis ſequutus, ad *d.l. 3. ff. de conſtit. Princip. cap. 5. num. 6. part. 2.* vindicatione ſcil: ſiue in rem actione, *per text. in tit. 2. §. ſi verò vaſallus*, ibi Dominus rem ſuam petat, *& Tit. 8. de inveſtiturâ de re alienâ factâ, §. rei autem per beneficium, lib. 2. Feud. & l. in rem, 23. in princ. & tot. tit. ff. de rei vindic.*

10 Nihil prædictis obſtat enunciatum illud Dd. noſtrorum, quod rei feudalis poſſeſſio ciuilis, quam feudi Dominum ſemper retinuiſſe dicunt, ad ſe naturalem trahat poſſeſſionem, quæ ſola ad vaſallum tranſiit: Cuiuſmodi opinione imbuti ſunt,

quos citat Henric. à Roſenth. *tract. feud. d. cap. 7. concl. 60. in addit. ad lit.* N. Eſt enim erronea iſthæc Dd. ſententia, quâ volunt quod rei feudalis poſſeſſio ciuilis apud feud Dominum remaneat: quippe cum duo rem eandem in ſolidum poſſidere non poſſint, *l. duo 19. in princ. ff. de precario, l. 3. §. ex contrario, ff. de adquir. vel. amitt. poſſ. l. ſi ut certo 5. §. ult. ff. commodati*, & ne quidem ita, ut unus ciuiliter, alter naturaliter rem eandem poſſideat, per text. *in d. l. 3. §. ex contrario, & d. l. duo 19. in princ.* quibus locis negant ICti Paulus & Iulianus quod unus juſtè, alter injuſtè rem eandem poſſidere poſſit. Iniuſta poſſeſſio ſemper eſt poſſeſſio naturalis, Iuſta verò poſſeſſio plerumque eſt ciuilis, Donell. *lib. 5. comment. cap 7. circa fin. pag. 341.* & oſtendi tractatu meo de Iure, & commodo Senioris, itemq; vaſalli, *lib. 2. cap. 1. num. 18. & ſeq.* ubi latè concluſionem hanc tractaui, & ad contraria argumenta reſpondi.

11 Neque etiam refragatur Molinæi hæc ratio, quod poſſeſſio rei feudalis non niſi limitatè translata fuit, ſcil. ad certum uſque tempus, quo pendente vaſallus ſub qualitate & conditione limitatæ conceſſionis illius poſſidet. Primò enim malè confundit Molinæus poſſeſſionem rei feudalis ad certum

tempus

tempus translatam, cum eâ poſſeſſione feudali, quæ ſub conditione translata fuit, arg. *l. cedere diem, 213. ff. de verb. ſign.* Deinde licet vaſallus hoc caſu ſub qualitate limitatę conceſſionis poſſideat, non tamen ſolâ poteſtate venientis illius temporis, ad quod uſque conceſſa fuit poſſeſſio, amittit eam; cùm poſſeſſio non niſi animo & corpore amittatur, *l. quemadmodum 8. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. l. ferè quibuscunque 153. ff. de reg. Iur.* & maximè animus ad eam deſideratur, *l. 3. §. in amittenda 6. & l. peregrè, §. quibus, ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* Deniq; licet vaſallus poſt tempus illud nolit amplius rem feudalem poſſidere, atque ita amittat rei feudalis poſſeſſionem, *d. l. 3. §. in amittenda, & d. l. peregrè 45. §. quibus. ff. d. t.* Attamen Dominus feudi ipſo Iure non recipit poſſeſſionem illam, ſed ad eam recuperandam opus habet corporali apprehenſione, per textus ſupra adductos.

Amittitur quoque feudum abſque culpâ 12
& ad dominum reuertitur, generatione finitâ, ad quam uſque datum fuit: ut non modò arguit text. *in d. Tit. 2. lib. 2. Feud.* & patet ex eo, quod conceſſum ad tempus, cenſetur ademptum poſt tempus illud, *l. ſtatu liberum 11. §. ſtichum ff. de leg. 2. l. ſi in emptione 34. §. ſi emptio, ff. de contrah. empt.* Sed & docent præ-

ter alios Iulius Clarus *in §. feudum, quæſt. 66.* Nicol. Mozz. *tr. de feud. Rubr. ult. n. 2.* Schrad. *tr. feud. part. 9. part. 2. ſect. 8. n. 22.* Confert item ꝙ argumentum ab Emphyteuſi ductum ad feudum ꝓcedit, Euerhard. *in Topic. legal. in loco ab Emphyteuſi ad feudum.* Conrad. Schleifius *lib. ſingulari in periochā feudalem,* Matth. Weſemb. *cap. 14. n. 20.* & Mathias Stephani *lib. 2. Topicor. Iur. loco 109.* Emphyteuſis autem ad certam generationem conceſſa finitur & amittitur finitâ ipsâ generatione, Iul. Clar. *in §. Emphytheuſis quæſt. 28. n. 2.* Valent. Forſt. *lib. 3. de ſucceſſ. cap. 20. num. 3. & 4.* Iohan. Borcholt. *tr. de feud. cap. 3. n. 16.*

Hoc loco elegans & utilis quæſtio illa proponi & expediri poteſt. An feudum quod alicui & eius liberis maſculis uſque ad tertiam generationē cōceſſum eſt, intelligatur ita datum, ut adquirens pro generatione primâ, filii pro ſecundâ, nepotes pro tertiâ generatione habeantur? an vero primus adquirens non incluſiuè, ſed excluſiuè intelligatur vocatus, ut etiam pro nepotibus exiſtimetur feudum datum?

13 (line margin)

Incluſiuè hanc feudi conceſſionem exaudiendam eſſe poſt Bart. cenſet Bald. in *Auth. quas ruinas, num. 3. C. de SS. Eccleſ.* atque hæc opinio ab aliis approbatur, quos citant Ant. Gabriel.

Gabriel Roman. *lib. 3. comm. concl. Tit. 1. de Iure Emphyteutico, concl. 4. num. 1.* Valent. Forſter. *d. cap. 20. num. 5.* Schrad. *tr. feud. part. 7. cap. 7. num. 11. quæſt. 3.* & Henric. à Roſenth. *d. cap. 7. concl. 23. n. 3. & 4.*

Alii verò aliud ſentiunt, quos memorat idem Ant. Gabriel Roman. *d. concl. 4. num. 1. verſ. contrariam verò.* Atque horum opinionem veritati propiorem judico; Tùm quia adiectio illa certæ generationis in Domini commodum facta fuit, cùm aliàs in perpetuum intelligeretur conceſſum feudum, per text. in *Tit. 23. Ex quib. cauſ. feud. amitt. §. ult.* ibi ad eum heredesque ſuos maſculos in perpetuum pertineat, *lib. 2. Feud.* Quoties autem in alicuius commodum adiicitur contractui pactum, toties illud contra eundem interpretari conuenit, cùm in eius poteſtate fuerit pactum illud declarare apertius, *l. veteribus 39.* ubi Petr. Coſtal. *ff. de pact. l. Labeo ſcripſit, 21. ff. de contrab. empt. & vend. l. in contrahenda 172. ff. de reg. Iur.* Tùm etiam quia vox GENERATIO eſt relatiua, & reſpectum habet à generante ad generatos, ut proindè indicta feudi conceſſione ſub generationis voce ipſe adquirens neutiquam contineri poſſit, cùm nemo ſe ipſum generet. Tùm quia verbis, uſque ad tertiam generationē ſignifica- 14 15

tur

tur tres eiusdem cognationis gradus, ſiquidem generata perſona gradum ſemper adijciat, *§.namque ex his palam eſt, inſt. de gradib. & l. Iuriſconſultus 10. §. nam quoties. ff. d. t.*

16 Prima itaque ab adquirente generata perſona, filius ſcil. ut primum conſtituit gradum, ſic & primam generationem efficit, nepos ſecundam, pronepos tertiam. Tùm etiam, quia licet hîc in numerandis generationibus perſona ab adquirente patre generata ſit perſona à patre ſecunda, attamen adquirentis reſpectu generationis eſt primæ. Tùm poſtremò quia beneficia largè & plenè ſunt interpretanda contra eum, à quo profecta fuerunt, *c. cum dilecti, in fin. Extr. de donat.* maximè cum per cõtractum onerosum, & correlatiuum tributa fuerunt, Carol. Tapia *ad l. beneficium 3. ff. de conſtit. Princip. part. 2. cap. 3. num. 21. & cap. 3. num. 83.* cuiusmodi eſt conceſſio feudalis, quâ vaſallus Domino, & hic illi obligatur, *d Tit. 21. verſ. vel ſi dominus ſuis lib. 1. Feud. & Tit. 6. §. ult. lib. 2. Feud.*

17 Si tamen vaſallo hâc verborum conceptione datum ſit feudum, Ich vbergebe dir vnd deinen Kindern/ diſes Gutt zu einem rechten Manslehen/ auff drey Leiber/ (oder) biß auff drey Leibe/ tunc connumeratur quoque primi adquirentis perſona, & nepotes

perſo-

perſonam conſtituunt tertiam, ut alios ſequutus docet Henric. à Roſenth. *d. cap.* 7. *concl.*23. *in fin.& ibi in addit. ad lit.* I.

Eſt & illa huius loci quæſtio celebris, An Dominus de feudo ob finitam generationem amiſſo, conſanguineos prioris vaſalli præ aliis inueſtire teneatur? Bartolo affirmatiua placet in *l.* 1. §. *permittitur, ff. de aqua cottid.& aſtiua*, placet eadem& aliis, quos longâ citant ſerie Andr. Tiraquell. *de retract. proximit. in præfat. num.* 40. Baptiſta à Villalobos *in communib. opinion. ſub lit. V. verſ. vaſallo mortuo*, Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap.* 7. *concl.* 24. *in addit. ſub lit.* F. & hanc concluſionem quidam dicunt cõmunem, ut citati modò Dd. atteſtantur, ſubſcribunt eidem Bernhard. Wurmbſ. *in pract. obſ. tit.* 50. *de feud. obſ.* 7 Mynſing. *cent.* 5. *obſ.* 16. *& cent.* 6. *obſ.* 79. Valent. Forſter. *lib.* 3. *de ſucceſſ. ab inteſt. cap.* 22. *axiom.* 10. Vulteius *tr. de feud. lib.* 1. *cap.* 11. *n. ult.* & Iohann. Schoner. *lib.* 1. *diſp. feud. diſp. ult. theſ. ult.*

Vt autem procedat hæc concluſio, ad eius veritatem deſiderant, Primò ut conſanguinei ſiue cognati intra annum refirmationem feudi illius à Domino petant. Deinde ut petant eam re adhuc integra, antequàm alius de eo fuerit denuò inueſtitus. Tertiò requirunt

quirunt & illud, ut talis conſanguineus, vel cognatus ſit heres prioris vaſalli, quod poſtremum tamen aliis diſplicet, Mynſing. *d. cent.5.obſ.16. & d. cent.6. obſ. 79,*

Atq; adeò concluſionem hanc aientem Dd. veram dicunt, ut affirment, ſi cognatos ſiue conſanguineos vaſalli reinueſtire de iſthoc aperto feudo renuat Dominus, iniuriam ipſis inferat, Wurmbs. *d. obſ.7. &* Mynſing. *d. obſ.16. num.1.*

In primis autem, & præ cæteris conſanguineis defuncti vaſalli concedendum hoc eſſe feudũ, filialibus ipſius ſentiũt, Wurmbs. *d. obſ.7.* & Schoner. alios ſequutus *d. diſp. ult. theſ. ult.*

Et iuris remedium, quo Dominus ad refirmationem feudi huius cogi à conſanguineis poſſit, aiunt eſſe implorationem officii Iudicis, Mynſing. *d. cent.5. obſ.16, n.1.*

Si tamen Dominus feudum generatione finitâ ſibi apertum in proprium reſeruare uſum, nec alii cuiquam denuò in feudum concedere velit, arbitrium hoc ei relinquendum cenſent, Mynſing. alios referens *d. obſ. 16. in fin. & d. cent.6. obſ.79. in fin.*

20 Verùmenimverò licet aiens concluſio

iſthæc

Iſthæc de quâ hactenus, communis & recepta dicatur, & ab eâ recedendum non eſſe aliqui ſentiant, Dec. *conſ. 131. numero 2.* & eum ſequutus Mynſing. *cent. 6. obſ. 79. numero 2.* Attamen alii negans enunciatum veritati conſonum judicant, quòd ſcil: non teneatur Dominus conſanguineis defuncti vaſalli feudum generatione finitum denuò concedere, Andr. Gail. *lib. 2. obſ. pract. obſ. 148. numero 3. verſ. ſed verior opinio eſt*, ubi hanc in ſententiam adducit Curtium Seniorem, Zas. & Roman. ſentiunt idem Schrad. alios ſequutus *conſ. 12. num. 61. & ſeqq. vol. 1.* Fachin. *lib. 7. controverſ. Iur. cap. 73.* Henric. à Roſenthal *tract. feud. cap. 7. concl. 24. num. 21. & ſeq.* ut & Conrad. Rittershuſ. *in partit. Iuris feudal. lib. 2. cap. 6. numero 4.* Atque hanc concluſionem Iudico veriſſimam, Tùm quia nullo Iuris feudalis textu firmatur communis opinio, proindeque reiicienda, Nouell. *18. de trient. & ſemiſſ. cap. 5. conſideremus autem, in princ. & l. illam 19.* ibi quod nulla conſtitutio ſuper huiuſmodi collatione poſita eſſet, *C. de collat.* Tùm quia nemo alteri ad præſtandum aliqnid obligatur, niſi modis legitimis § *ſequens diuiſio, Inſtit. de obligat.* Cũ ergò Dominus neq; ex contractu vel quaſi cõtractu, neq; ex

delicto

delicto vel quaſi delicto, aut ullo alio modò conſanguineis defuncti vaſalli ſit obligatus ad concedendum feudum ſibi apertum, haud rectè dicitur, dominum ad illud cogi. Tùm quia feudum finitum amittitur, & liberè ad dominum in eius poteſtatem reuertitur, *Tit. 54. de allodiis in fin. & 55. §. callidis*, ibi àd dominum liberè reuertitur, *lib. 2. de feud.* proindeq; huius ſuæ rei moderator, & arbiter efficitur, *l. in re mandata 21. C. mandati*; nec inuitus cogi poteſt illud in quemuis alium transferre, *l. invitum, 11. C de contrah. empt. & vend. l. 2. C. ſi à parente quis manumiſſ. fuerit.* Tùm etiam, quia in poteſtate domini eſt, num feudum ad ſe reuerſum, aghatis vel cognatis, qui in illud non ſuccedunt, concedere velit, *Tit. 1. §. & quia vidimus, lib. 1. Feud. Tit. 11. de ſucceſſ. fratrum, §. his verò deficientibus & Tit. ſeq. lib. 2. Feud.* Tùm poſtremò quia feudum morte vaſalli finitum, nec ad eius filiam pertinet, niſi Dominus ſuâ ſponte propter ſeruitium, & amorem patris id ei dare voluerit, *Tit. 24. quemad. feud. ad filiam pertineat, lib. 2. Feud.* Et Iul. Clar. *in §. feudum, quaſt. 87.* ſe nunquam ait vidiſſe in praxi communem opinionem contrariam ſervari, ſubiiciens durum ſibi videri, ut Dominus cogatur proximos defuncti cognatos inueſtire de feudo ſibi aperto, & Vult. *de feud. lib. 1.*

lib.1.cap.10.in fin. teſtatur, in Germaniâ non uſurpari communem Dd. concluſionem illam.

Opinationi contrariæ auxilium adfert nullum text. *in d. l.1.§. permittitur, iunct. verſ. planè ei, ff. de aquâ cottid. & æſtiuâ,* horum etenim illius loci verborum, ei ad quem dominium tranſit, impetrabile eſt, non alius eſt ſenſus, quàm quòd is, ad quem tranſiit dominium prædii alienati, cujus aquæ ex caſtello, vel ex riuo, vel ex quo alio publico loco ducendæ debetur, à Principe idem Ius aquæ facilè impetrare poſſit: Et certè ideò illi nouo prædii domino impetrabile eſt jus aquæ, quòd illud jam ante ipſi prædio debetur, cùm prædia alienata cum jure ſuo tranſeant, Feudum verò quando finitâ generatione ad dominum reuertitur, non debetur conſanguineis defuncti vaſalli, ſed ad dominum pertinet, ad quem liberè fuit reuerſum. Non ergò rectè ducitur argumentum à Iure illius aquæ ad feudum generatione finitâ amiſſum. Ideò autem nouus prædii dominus jus illud aquæ ducendæ à Principe impetrare jubetur, quòd ille perſona eſt alia à priore prædii domino, nec quiſquã ex publico flumine, vel riuo aquam ducere poteſt, niſi jus illud à Principe impetrauerit, *d.* §. 21

C *permit-*

permittitur, verſ. idque à Principe, ff. de aquâ cottid & æſtivâ.

22 Nullum quoq; creat impedimentum concluſioni noſtræ text. *in Tit. 14. quemad. feud. ad filiam pertin. lib. 1. Feud.* cuius verba hęc ſunt: ſi quis ſine filio maſculo mortuus fuerit, & reliquerit filiam, filia non habeat beneficiũ patris, niſi à domino redimerit. Si autem dominus propter ſeruitium & amorem patris ei dare voluerit, non reuocetur ab ullo ex parentibus ſuis, neque damnetur. Notandum eſt, quòd ICtus Feudiſta niſi, ait, à domino redimerit, REDIMERE interdum quidem ſignificat emere, quod quis jam ante proprium habet, ut ex Ciceronis *vol. 2. orat. apparet.* Verùm hoc in textu feudum redimere ſignificat precio vel precibus à domino feudum ipſius factum, cõparare, ut præcedentia arguunt verba hæc: Filia non habeat beneficium patris, ſi non habet filia relictum à patre defuncto feudum, non dicitur illud tanquam ſuum redimere à domino, ſed redimit illud tanquam alienum, domini ſcil: Deinde notanda verba ſi dominus ei dare voluerit, eſt ergò in arbitrio domini, velit, nolitue apertum ſibi feudum filiæ defuncti vaſalli concedere, nec poteſt cogi, ut inuitus illud filiæ concedat.

Sed

Sed ſi dominus filiæ conceſſerit patris defuncti feudum, quæſtionis eſt, an ab eâ patris defuncti agnati id reuocare poſſint? ICtus Feudiſta id negat dicto loco his verbis: Non reuocetur ab ullo ex parentibus, parentum nomine ſignificat ICtus agnatos, qui feudorum in libris parentes dicuntur, ut hic & *Tit.33.lib.2.Feud.* tùm etiam in Conſtitutione Imperatoris Auguſti Henrici ſecundi, *ſub lib.5.Feudor.* Hartman. Piſtor. *lib.2.quæſt. Iur.part.poſter.quæſt.34.n.40.* 23

Adhęc non deſtruit ſententiam noſtram, aut iuuat contrariam Dd. opinionem text. *in l. congruit, 4. C.de locat. præd. ciuil. lib.11.* ubi Impp. Honor. & Theodoſ. congruit, aiunt, æquitati; ut veteres poſſeſſores fundorum publicorum nouis conductoribus præferantur. 24

Non enim agnati vel cognati defuncti vaſalli veteres dici poſſunt poſſeſſores feudi ad dominum finitâ generatione reuerſi, cum vaſallus defunctus poſſederit feudum illud, non eius agnati, vel cognati: Eſtq; ſpeciale in fundis publicis ad tempus alicui locatis, In aliis fundis ad tempus locatis ſecus eſt, *l. ne cui 32.verſ.ſed patere. C. de locat. conduct.*

Deniq; authoritatem Bartoli, quâ nituntur Dd. ꝙ attinet, is allegat falſè text. *in Tit.26. §.omnes filij, lib. 2. Feud. & text. in Tit. 22. §. 1.*

lib. 1 Feud. qui textus loquuntur de legitimis feudi ſucceſſoribus, quibus vigore primæ conceſſionis feudum debetur, quæſtio verò noſtra eſt de vaſalli defuncti conſanguineis, agnatis vel cognatis, quibus non competit jus ſuccedendi in feudum.

25 Agnoſco tamen, ſi dominus feudum generatione finitum; & ad ſe reuerſum in proprios uſus conuertere nolit, ſed denuò alicui in feudum concedere velit, æquum eſſe & juſtum, ut agnatos, vel cognatos defuncti vaſalli refirmationem petentes, extraneis præferat, ſi prædefuncti vaſalli poſſeſſores feudi illud melius, & fertilius reddiderint, *arg. d. l. congruit, 4. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11.* aut ipſorum ſingularem amorem, atque ſtudium in præſtandis ſeruitiis dominus abundè cognouerit, arg. *d. Tit. 24. lib. 1. Feud.* Quibus de caſibus intelligendos judico Molinæ. *in addit. ad Decium conſ. 131. in princ.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 148. num. 21.* Henric. à Roſenth. *d. c. 7 concl. 24. num. 21.* & alios, quando ſcribunt, quod tantùm æquitas quædam ſit, ut conſanguinei tãtundẽ offerentes extraneis præferãtur. Sed æquitas hæc cùm ſpeciali quodã Iure ciuili comprobata non ſit, ad ἀντίδωρα quidem proficit, ad actionem verò inefficax eſt, *l. ſed etſi 25. §. conſuluit 11. verſ. nec ſi donauerit, ff.*

rit, ff. de hered. petit. & l. ſi pignore 54. §. 1. verſ. ſpecies enim, ff. de furt. Donell. *lib. 12. comment. cap. 2. pag. 8. verſ. quæſitum eſt.* Et licet Dd. dicant, huius æquitatis nomine, officio Iudicis 26
cogi Dominum ad feudi huius refirmationem, nullo tamen Iure id probari poteſt, officium enim Iudicis verſatur vel circa actiones, in eo ſcil: quod ipſis actionibus congruum eſt, & Iudicis officium Dd. mercenarium appellant, Ioann. Schneid. *ad §. præterea quædam, num. 4. & 5. Inſt. de action.* Vel in Iure dicundo conſiſtit, putâ in dandis bonorum poſſeſſionibus, in mittẽdo in bonorum poſſeſſionẽ, in cõſtituendo pupillis tutores &c. *l. 1. ff. de iuriſd. l. 2. & l. 4. ff. de off. eius. cui mand. eſt iuriſd.* quod Iudicis officium Dd. nobile appellãt Iudicis officium. Verùm ut illud mercenarium ſcil: Iudicis officium circa actiones tantùm verſatur, ita hoc verſatur tantùm in his, quæ ut expediantur Iure cautum eſt, ut euincitur ex legibus modò citatis, & docet Ferrar. *in pract. aurea, in forma libelli in actione reali, in verb.* quatenus ex officio, *num. 3.* Ioann. Gœdd. *ad l. 3. §. 1. num. 8. l. 4. num. 1. & l. plus eſt in reſtitutione, 22. num. 18. ff. de verb. ſignif.* Sed nullo Iure cautum reperitur, quod dominus ſibi apertum feudum defuncti vaſalli conſanguineis refirmare cogatur.

27 Tertiò amittit vaſallus feudum abſque ſuâ culpâ, ſi feudum ſit Guardiæ, vel Caſtaldiæ; hæc enim feuda anno elapſo reuocare Dominus poteſt quandocunque voluerit, etiam precio, ſi quod pro eis datum fuerit, non reſtituto, *d. Tit. 2. lib. 1. Feud.* Guardiæ feudum eſt, quod pro cuſtodiâ palatii, Caſtri, ſiue domus conceſſum, ratione officii poſſidetur.
28 Gaſtaldiæ feudum dicitur, quod Gaſtaldo, id eſt, gubernatori Curtis ſiue diſtrictus, & territorii pro opera eius à Domino Curtis ſiue Diſtrictus conceſſum fuit, ut expoſui tract. meo de *ſubſtant. natur. & accident. feudi cap. 2. n. 9. & ſeq.* ubi oſtendi, quòd Gaſtaldiæ feudum ab aliis perperàm definiatur illud feudum, quod Dominus Procuratori, ſiue Oeconomo ſuo mercedis loco conceſſit.

29 Non autem ipſo jure feuda hæc amittuntur anno elapſo, ſed Domini revocatione interueniente, *d. Tit. 2. in princ.* ibi, tranſacto anno poteſt Iure auferri, *lib. 1. Feud.* Tempus enim non eſt modus tollendi ipſo Iure obligationem, *d. l. obligationum, 44. §. placet, ff. de obl. & act. l. nemo 55. ff. de leg. 1. l. eum qui 56. §. 3. qui ita, ff. de verb. obl.*

30 Reuocare autem poſt annum poteſt Dominus hæc feuda, quâcunq; horâ velit. *Tit. 11. de pignori*

de pignori dato feud. lib. 1. Feud. Quòd ſi non reuocet dominus feuda hæc poſt annum, morte eius demùm finiuntur & amittuntur, per text. *in l. 4. ff. locati*, ubi Pomponius ICtus, locatio, inquit, precariiuè rogatio ita facta Quoad is, qui eam locaſſet, dediſſetuè, vellet, morte eius, qui locauit, aut dedit tollitur. Confert item text. *in l. Lucius 32. ff. de donat.* maximè ſi ibi, pro quādiu volueris, cum Accurſio, & Ant. Fabro *lib. 2. coniectur. cap. 19.* legatur quamdiu voluerim, ne obſtare videatur text. *in l. Aquilius 27. ff. d. t.* quam tamen Cuiac. & alii intelligunt de habitatione remunerandi gratiâ datâ, ſed *d. l. Lucius* de habitatione gratis donatâ. De utrâque illâ lege conſuli poteſt Cuiac. *lib. 17. obſ. cap. 33. & Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. part. 3. num. 60. & ſeqq.*

31 Quartò abſq; culpâ vaſalli feudū Soldatæ finitur morte dantis, vel accipientis interueniēte, *Tit. 10. Quis dicatur Dux, Marchio &c. lib. 2 Feud.* Eſt autem Soldatæ feudum, quod vel in pecuniâ, vel annonâ, putâ frumēto, vino, oleo annuatim præſtando conceditur, ita dictum, quod plerumque in ſolidorum donatione conſiſtit, ut ex loco proximè citato apparet.

32 Eiuſmodi feudum eſt, quod Iura feudorum

appellant feudum Cameræ, itemque de Camerâ feudum, quando in pecuniâ annuatim ex Camerâ Domini præſtandâ conceſſum fuit: Item feudum Cauenæ ſiue de Cavenâ feudum, cum ex cellario, ſiue penuario Domini annuatim frumentum, vinum, vel quid ſimile vaſallo præſtandum eſt, ut patet ex coniunctione *d. Tit. 10. §. ult.* cum *Tit. 1. §. ult.* ibi, cum de Camerâ, aut de Cauenâ feudum datur, & *Tit. ſeq. §. ſi verò vaſallus, & Tit. 58. de notis feud. lib. 2. Feud.*

33 Cæterùm quò minus duo hæc feuda rectè poſſint dici Soldatæ feuda, obſtare videtur, quod dicuntur feuda recta in *Tit. 2. §. ſi verò vaſallus, lib. 2. Feud.* ſi recta ſunt feuda, id eſt, (ut interpretantur quidam Feudiſtæ) feuda propria, non finiuntur morte dantis vel accipientis, ſed ad heredes ſunt tranſitoria, per text. *in Tit. 23. in fin. lib. 2. Feud.* & ita ſentiunt Zaſ. *tract. feud. part. ult. num. 31.* Thomas de Marinis *de generib. & qualitalib. feuderũ Tit. 24.* Aluarot. *in prælud. feud. diuiſ. 17.* Sonsbec. *in comm. in uſus feud. part. 4. num. 35. &* Schrad. *tr. feud. cap 3. n. 81.* unde videtur dicendum, duo hæc feuda non eſſe ſpecies feudi Soldatæ, ſed aliud eſſe feudum Soldatæ, aliud item feudum de Camerâ, item de Cauenâ feudum. Verùm quia per Cameram Domini ſignificatur

catur ærarium Domini, ubi eius theſaurus reponitur, Zaſ. *tract. de feud. part. 4. numero 8.* Rebuff. *in 17. feudorum diuiſione.* Baro à Tautemberg *ad d. Tit. 58. de not. feud. in princ. lib. 2. Feud.* Schrad. *de feud. part. 2. cap. 3. num. 81.* Rittershuſ. *in partit. feudal. lib. 2. cap. 6. num. 9.* & feudum Soldatæ illud ſit feudum, quod in ſolidorum, id eſt, nummorum præſtatione conſiſtit, *d. tit. 10. in fin. libr. 2. Feud.* conſequens ei eſt, quòd Cameræ, ſiue de Camerâ feudum ſit feudum Soldatæ.

Idem quoque ſentiendum de feudo Caneuæ, ſiue cauenæ, ut alii legunt: Cauena enim, ſiue Caneua ſignificat cellarium, penuarium, vel horreum domini, ubi vinum, oleum frumentum, & cætera eiuſmodi reponuntur & reſeruantur, Feudiſtæ in *d. Tit. 1. §. ult. lib. 2. Feud.* Zaſ. *de feudis part. 4. numero 8.* Cuiac. ad *Tit. 2. lib. 2. Feud.* Schrad. *tract. de feud. d. part. 2. cap. 3. num. 82.* Rittershuſ. *d. cap. 6. n. 9.* Cùm itaque Soldatæ feudum etiam illud ſit, quod in vino, oleo, frumento conſiſtit, *d. Tit. 10. §. ult. lib. 2. Feud.* patet inde, quod & Cavenę, ſiue Caneuæ feudum ſit Soldatæ feudum, quippe cùm feuda hæc ex Caneuâ ſiue Cauenâ domini præſtentur. Vtrumque igitur feudum de Camerâ, & de Cauenâ feudum, eſt improprium feudum, cùm non ſit 34 35

perpetuum, cùm non tranſeat ad heredes vaſalli, ſed morte dantis, itemque accipientis morte finiatur, Id quod ſentiunt quoq; Andr. de Iſern. *ad Tit. 14. de feudo Marchiæ, num. 3. lib. 1. Feud.* Iacob. de Belluiſo *ad Tit. 1. §. fin.* & ibi Aluarot. *num. 3.* & Præpoſ. *n. 5. lib. 2. Feud.* Cuiac. *in præfat. in libros Feudor. pag. 17.* Borcholt *de feud. cap. 4. num. 29.*

16 Nec quicquam obſtat, quod eadem hæc feuda dicuntur feuda recta in *d. Tit. 2. §. ſi verò vaſallus, lib. 2. Feud.* Rectum enim feudum dicitur eo loco, feudum juſtum, & legitimum feudum, ut quod recto Iure, quod juſto, quod legitimo modo conſtitutum eſt: putà ſolenni inueſtiturâ interueniente, & poſſeſſione traditâ, *Tit. 3. §. 1.* ibi rectè fit, *Tit. 8. de Inueſtit. de re alien. fact. §. rei autem*, ibi, rei per beneficium rectè inueſtitæ, & *Tit. 20. de controuerſ. inter Epiſc. & Vaſall. verſ. opponit enim de ſuo recto feudo, Tit. 39. de alien. paterni feudi, §. ſi inter dominũ*, ibi recto feudo, item ibi, ſuum rectum feudum, *lib. 2. Feud.* Confert, quod Iuſtinianus Imp. *in § inprimis igitur, Inſt. de fideicommiſſ. heredit.* ſcribit, opus eſſe, ut aliquis recto jure teſtamento heres inſtituatur, Hotom. quoque *in dictionario feudali, in verbis* Rectum feudum, interpretatur hoc feudum de feudo quod juſto, & legitimo modo conſtitutum eſt, ut & Cuiac. *in Tit. 4. de Inueſtitura veteris & noui*

noui beneficij, mihi pag.199. Ioann. Borch. *de feud. c.4.n.29.* Et quamuis Vultei. *de feud. lib.1. cap.8. num.37.* alios ſequutus, Rectum feudum ſemper eſſe feudum propium affirmet, attamen *cap. eod. n. 14. & 15.* ſcribit, duo hæc feuda eſſe gratuita, & ſpecies feudi Soldatæ, ſi gratuita ſunt feuda, à ſeruitiis libera, & Soldatæ feuda, impropriis, non propriis feudis connumeranda ſunt, p text. *in Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud.*

Cæterùm Zaſ. *de feud. part. 12. n. 31.* & Nicol. Mozz. *de feud. cap. 2. de diuiſ. feud. numero 8.* Itemq; Baro à Tautenberg *in Tit ult. in princ. lib. 2. Feud.* tradunt feuda hæc dici recta, & propria feuda *in d. Tit. 2. §. ſi verò vaſallus lib. 2. Feud.* quod recta & propria ſint feuda præterquam ubi degenerant à feudo proprio, ut quod morte accipientis finiuntur.

Atqui feuda hæc non accipientis tantùm, ſed & dantis morte finiri hactenus oſtendi, 37
& hinc à Feudiſtis quibusdam perſonaliſſimum dicitur utrumq; hoc feudum. Aliqui verò perſonalia appellant hæc feuda, exiſtimantes ea non dantis, ſed tantùm accipientis morte finiri, atque hanc receptiorē dicit opinionem Henric. à Roſenth. *de feud. cap. 2. concl. 75 num. 5.* Sed opinioni huic repugnant quæ paulò ante ſunt prolata.

Autumat idem Roſenth. *d. loco n. 1.* Soldatę 38
præ-

præſtationem feudum non eſſe, ſed gratuitam eſſe quandam conceſſionem annuam ex gratiâ factam ein Jährlich Gnadengelt. Atqui non nego ſine feudi Iure Soldatam ita gratuitò dari poſſe, ut quælibet alia res, ſicuti arguit text. *in d. Tit. 10. §. nam illi, qui Soldatam, lib. 2. Feud.* verùm agimus hîc de Soldatâ in feudum cõceſsâ: quia igitur Soldatę ea eſt natura, ut morte dantis, vel accipientis finiatur, ut eodem *Tit. 10. §. Soldata autem*, definitur, certè feudum Soldatæ eodem finiri modo dicendum eſt. Cùm natura & qualitas feudi cenſeatur, & æſtimetur quoque ex re, quæ cõceſſa fuit in feudum, *d. Tit. 2. lib. 1. Feud. & Tit. 105. de feud. habitationum, lib. 4. Feud.*

39 Quod ſi tamen Cameræ & Caneuæ feudum non detur nominatim in Soldatam, putà gratuitò, ſed jure & naturâ feudi concedatur, nach rechter Lehensart / feudum hoc ex Camerâ, vel Cauenâ, propriis feudis rectè connumeratur, quo in caſu procedit illorum opinio, qui Cameræ & Caneuæ feudum dicunt eſſe feudum proprium, quod ad heredes quoque accipientis tranſit, nec morte dantis finitur.

Notandum eſt hoc loco & illud, quod reditus feudi Cameræ, aut Caneuæ ex aliis bonis præſtandi non ſunt.

Eſt &

Eſt & alius modus, quo Cameræ, & Caneuæ feuda finiuntur abſque vaſalli culpâ: putà ſi domini Camera vel Caneua ſine ipſius culpâ ita ſit exhauſta, ut amplius ex eâ præſtari non poſſit, quod feudi nomine debetur, *d. Tit. de not. feud. in princ. lib. 2. Feud.* Vt autem cognoſcatur ſitne ſoluendo Camera, vel Caneua, nec ne, deducendum eſt prius æs alienum domini, ut ICtus Feudiſta d. loco ſubiicit, & cautum eſt *in l. ſubſignatum 39. §. bona intelliguntur, ff. de verb. ſign.* Et deducendum eſt æs alienum non modò quod ante conceſſionem feudi huius contractum fuit, de quo ſolo tamen Thomas de Marinis *Tit. 24. num. 16.* ICtum Feudiſtam dicto loco intelligit, ſed & illud æs alienum, quod poſtea fuit contractum, ut arguit generalitas textus illius, & generaliter ſine ullâ diſtinctione Interpretes omnes textum eundem ita accipiunt. 40

Ratio autem cur feudi dominus non ſit hoc caſu obligatus ad præſtationem eius, quod vaſallo ex Camerâ, aut Caneuâ nomine feudi debetur à ICto Feudiſtâ in *d. Tit. 58. in princ.* his adfertur verbis: Nô enim æquum eſt, videre egentem, quem prius habuit in coniugem, vel amicum. Quæ ratio à ſimili hoc denotat; quemadmodum coniux non 41

tenetur

tenetur coniugi ultra id, quod facere poteſt, *§. item ſi de dote Inſtit. de action. l. maritum, 12. ff. ſolut. matrim. l. non tantum 20. ff. de re iud.* Ita nec dominus vaſallo, amico & fideli ſuo, ultra id quod facere poteſt, obligatus eſt.

Cui rationi & hæc addi poteſt, quod feudum ex Camerâ, vel Caneuâ eſt beneficium aliquod, *Tit. 23. §. fin. lib. 2. Feud.* & quidem beneficium ex liberalitate domini profectum, *d. Tit. 10. §. ult. lib. eod. Feud.* Cuiuſmodi beneficio non obligatur quis ultra id, quod facere poteſt, *d. §. & ſi quis cum parente, verſ. idem eſt, Inſt. de action. & l. inter eos 19. §. is quoque, ff. de re iud.*

42 Quid verò ſi Camera aut Caneua domini culpâ ipſius euacuata ſit, ut ſi prouentus, reditus, & fructus ſuâ profuſione, atq; luxuriâ diſſipauerit, aut in fraudem vaſalli alienauerit, vel impignorauerit, numquid finitum erit feudum? Hoc caſu aliundè quàm ex Camerâ, vel Caneuâ dominus cogi poteſt ſatisfacere vaſallo, ut ex cõtrario intelligim9 ſenſu textus in *d. Tit. de not. feud. in princ.* & poſt Aluarot. Andr. de Iſern. Bald. Afflict. & alios docet ibidem Baro à Tautenberg, Item Zaſ. *de feud. part 12.* Thomas de Marinis *Tit. 24. n. 15. & 16.* & Conrad. Rittersh. *in partit. feud. lib. 2. cap. 6. num. 9.*

Sed

Sed quæri hoc loco poteſt, an Camerâ, 43
vel Caneuâ abſque culpâ domini euacuatâ,
cogi poſſit dominus ex aliis bonis reditus
feudi huius præſtare? Expedienda eſt quæ-
ſtio hæc per diſtinctionem, In feudi hujus
conceſſione facta fuit mentio Cameræ, vel
Cauenæ loco ſaltem demonſtrationis, aut
per taxatiuam, priori caſu affirmatiua placet,
poſteriori verò caſu negatiua arridet, per
text. *in l. quidam in teſtamento 96. ff. de legat. 1.* &
notatur *in l. ult. §. ult. ff. de contrah. empt. & vend.*
& docet Andr. de Iſern. *in d. Tit. de not. feud.* &
ibi Matth. de Afflict *n. 2. lib. 2 Feud.* & Thom.
de Marinis *d. tit. 24. n. 12. & 18.* Henric. à Ro-
ſenth. *cap. 12. concl. 76. num. 2.* Non poteſt ta-
men vaſallus cogere dominum, ut certum ei
prædium aſſignet, ex quo annuatim feuda-
lem hunc reditum percipere poſſit, ut ſen-
tiunt Feudiſtæ, quos citat, & ſequitur Schrad.
de feud. part. 2. c. 3. n. 90. & ſeq. Roſenth. *de feud.
cap. 2. concluſ. 76. num. ult.*

Etſi verò Cameræ, ut & Caneuæ feudum
finiatur, ipsâ Camerâ, vel Caneuâ exhauſtâ; 44
attamen ſi dominus poſtea ad pinguiorē ſit
reuerſus fortunā, & quid denuò eſſe cœpe-
rit in Camerâ, vel Caneuâ, vnde poſſit
præſtari, quod feudi nomine debetur va-
ſallo, non ſolùm futuros, ſed & præteriti

tem-

temporis prouentus præſtare vaſallo dominus tenetur *dict. tit. de not. feud. in princ.* ibi, expectandum eſt donec interim de Caneuâ vel de Camerâ dari poſſit, ubi Baro à Tautenberg idem ſcribit, ut & Andr. de Iſern. *num.1.* Bald. *num.2.* Aluarot. *num.2.* Matth. de Afflict. *num.1.* Schrad. *tract. feud. part.2. cap.3. num.86. & 87.* Henric. à Roſenth. *cap.2. concl. 76. num. 4.* Conrad. Rittersh. *d. cap. 6. num.9.* Confert. text. *in l. ex eo, 13.* ubi Bart. & alii, *ff. de tritic. vin. vel oleo leg. l. legatum, 17. §. vini Falerni. ff. de annuis legat.*

45 Eſt & illud hîc notandum, quod Cameræ aut Caueñæ feudo morte accipientis vaſalli finito, fructus totius anni cœpti ad heredes defuncti vaſalli pertinent, cùm annua debita initio anni cedant, *l. nec ſemel 12. ff. quando dies leg. ced.* Et ſentit ita Thom. de Marinis *d. Tit. 24. numero 12.* Mynſ. *cent. 3. obſ. 8.* & Henric. à Roſenth. *de feud. cap.2. concl. 76. num. 6.*

46 Quintò abſque ſuâ culpâ vaſallus emenſo & tranſacto anni ſpacio amittit feudum pro mercede datum, *Tit.2. lib.1. Feud.* Cuiuſmodi feudum eſt, quod loco mercedis cōceditur pro operâ vaſalli domino præſtādâ: ut ſi cōcedatur ICto cauſæ Aduocato pro patrocinio, vel cauſæ Procuratori judiciali, remunerationis causâ, vel Cancellario pro Cancellariatus officio-

ficio, vel cuiuis alii ratione alterius cuiuſdam honeſti officii, Andr. de Iſern. *ad d. tit. 2. in princ. num. 3.* Matth. de Afflict. *num. 2. & 3.* Aluarot. *num. 6.* Baro à Tautenberg, *num. 1.* Schrad. *tr. feud. part. 2. cap. 4. num. 24.* Zaſ. *de feud. part. 12. num. 9.* Ioann. Borcholt. *de feud. cap. 4. num. 21.*

Eſt ergò huius quoque generis feudum, quod dominus Actori ſuo pro mercede officii conceſſit, de quo feudo textus eſt *in Tit. 10. de content. int. domin. & fidel. de inueſt. feudi, §. caterùm ſi dominus*, ibi, niſi clientulus ſit Gaſtaldus vel actor domini, *lib. 1. Feud.* quo loco ICtus Feudiſta cùm coniungat Gaſtaldum & Actorem, rectè argui ex eo poteſt, quòd & feudum Actori datum ſit ſolummodò annuum, ut Gaſtaldiæ feudum, quod tantùm annale eſt, *d. Tit. 2. in princ. lib. 1. Feud.* Actor eſt, cui Dominus bona ſua adminiſtranda commiſit, *l. decreto 24. ff. de adminiſtr. & peric. tut. l. unic. C. de ſolut. & liberat. debit. ciuil. lib. 11. l. unic. C. de actore à tutore vel curatore dando.*

Sextò abſque vaſalli culpâ amittitur feudum interitu feudalis fortuito, quod licet nullo Iuris feudorum textu cautum videatur, ex rationum tamen identitate haud ineptè colligi poteſt. Primò enim feudum uſui- 47

D fructui

fructui ſimile eſt, ut arguit text. *in Tit. 23 in quib. cauſ. feud. amitt.* §. *ult.* ibi, uſusfructus verò illius, *lib. 2. Feu.* Vſusfructus autem finitur re fructuariâ peremptâ, *l. 2. ff. de uſufr. & §. 1. iunct. §. ult. Inſt. d. t.* Deinde quia feudum quædam eſt adiuncta qualitas ſubiectæ rei feudalis, ut apparet ex *Tit. 8. de inueſtit. de re alien. fact. & d. Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud.* conſequens eſt ſublatâ eâ re ſubiectâ, eius quoque adiunctum tolli, ex Logicorum regulâ, quâ dicitur, deſtructo ſubiecto, interire & eius adiunctum, accidens & qualitatem. Pertinet huc & illa Iuris Regula, cùm principalis cauſa non cõſiſtit, nec ea quæ ſequuntur locum habent, *l. cum principalis cauſa, 139. ff. de reg. Iur. & c. acceſſorium, Tit. eod. in 6.*

48 Denique confert eòdem quòd Emphyteuſis finitur & amittitur extinctâ re emphyteuticâ in emphyteuſin datâ, *l. 1. C. de Iur. emphyteut.* ab Emphyteuſi autem ad feudum, ubi par, & eadem utrinque militat ratio, nec jus commune aduerſatur, rectè argui oſtendit Euerhard. *in Topic. legal. in loco ab Emphyteuſi ad feud.* Henric. à Roſenth. *tr. feud. c. 1. concl. 10. num. 5. & ſeqq. & ibi in addit. ſub lit. E.* Conrad. Schleiffius *libro ſingulari illuſtrium notarum in Weſembecij periocham feudalem, cap. 14. num. 20.* Matthias Stephani *lib. 2. Topicor. iur. cap. 109.*

49 Si ergò prædium feudale terræmotu planè euer-

euertatur, finitur quoque & amittitur feudum, per rationes modò adductas. Cū enim patefactis ſubitò voratrinis terrarum pars feudalis per hiatum abſorbetur, deſtructo ita feudi ſubjecto, eius adiunctum feudum ſcil: ipſum conſiſtere amplius, & ſaluum manere non poteſt.

Idem quoq; ſentiendum de prædio feu-
dali inundatione obruto, tùm quia uſusfru- 50
ctus quoque amittitur inundato fructuario prædio, *l. quid tamen, 10. §. agri vel loci, & l. ſi ager 23. ff. quib. mod. uſusfr. vel uſus amitt.* Tùm etiam quia poſſidere quoque deſinimus locum mari aut flumine occupatum, *l. cum unus 12. §. ult. ff. de reb. auth. iud. poßid. l. 3. §. Labeo, & Nerua, 17. & l. qui univerſas, 30. §. item quod mari ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* quâ poſteriori lege pro NON legendum eſt nos, ſicuti arguit non modò ſequens verſ. *aut ſi is qui poßidet, iunct. l. cum heredes 23. §. 1. ff. eod. tit.* ſed & text. *in d. l. 3. §. Labeo & Nerva 17. ff. eod. tit.* Quando autem eodem impetu aqua diſcedit, quo venit, reſtituitur quoque ut poſſeſſio, & proprietas; ſic & feudum ipſum, arg. *d. l. ſi ager, 23. verſ. ſed quemadmodum, ff. quib. mod. uſusfr. vel uſus amitt.* ubi Pomponius ICtus, quemadmodum ait, ſi eodem impetu diſceſſerit aqua, quo venit, reſtituitur proprietas, ita & uſumfructum reſtituendum, dicendum eſt.

51 Quod de inundatione dicimus, exaudiendum quoq; de vi hoſtili, ut cum prædia feudalia ab hoſte, vel prædonibus occupantur, per text. *in d.l.cum unus 12.§.ult. ff. de reb. auth. iud.poſſ.* ubi Paulus ICtus ſi, ait, prædium inundatum ſit, aut propter latronum potentiam non poteſt poſſideri, rectè dicitur, non eſſe quod poſſideatur.

Quando autem feudale prædium à latronibus occupatum poſtliminio redit, ut domino feudi reſtituitur ipſa proprietas, ita & vaſallo feudum redditur, per text. *in l.ſi captivus 20. §. 1. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & d. l. ſi ager 23 § ult. ff quib. mod. uſusfr. vel uſus amitt.*

52 Cæterum de feudali ædificio, ſi illud chaſmate, vel incendio perierit, quæri poteſt, an vaſallus in eo feudum amittat, nec ne? Sunt qui affirmant ut Weſemb. *tr. de feud. cap. 15. num. 2.* Vultei. *lib. 1 de feud. cap. 11. num. 5. verſ. multis modis*, Rittersh. *in partit. feudalib. lib. 2. cap. 6. num 9.* Ioann Niell. *diſp. feud. 8. in addit. ad theſ. 1. ſub lit. A.* & Conrad. Schleif. *libr. illuſtr. notar. in perioch. Weſembecij cap. 15. num. 4.*

53 Verùm contraria mihi magis arridet opinio, Tùm quia licet feudale ædificiũ ſit exuſtum, eius tamen area manet feudalis, cum ipſa ſit pars altera ædificii, *l. eum qui ædes 23. in princ. verſ. utputà cum ædes, ff. de uſurp. & uſucap.*

proin

proindeq; in feudum quoque data cenſeatur, Henric. à Roſenthal *tract. feud. cap. 12. concluſ. 15. num. 11.* Tùm quia domo pignoris nexui ſubiectâ, incendio perempt , area ipſius pignori ſuppoſita manet, *l. Paulus 29. §. domus 2. ff. de pignor. & hypoth. & l. domo 21. ff. de pignoratit. act.* Vaſallus autem plus habet Iuris in feudali prædio, quàm creditor in pignore; cùm ille perceptos fructus ſuos faciat, *Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud.* hic verò prædii fructus in ſortem computare teneatur *l. 1. 2. & 3. C. de pignorat. act. & l. ſi dominium 9 C. de pign. & hypoth.* Tùm etiam quia licet inſula ſiue domus legata, ſit combuſta, ipſa tamen area debetur, *l. ſi grege 22. in fin. ff. de leg. 1.* Tùm poſtremò quia ex recentioribus quoque Iuriſconſulti quidam ſentiunt, domo feudali incendio extinctâ abſque vaſalli culpâ, ipſe vaſallus feudum in areâ retineat, Weſemb. *conſ. 57. num. 14.* Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 2. ſect. 7. num. 61. in fin. & num. ſeq. &* Henric. à Roſenthal, *tr. feud. cap. 10. concl. 33. n. 43.*

Non obſtat, quod fructuariâ domo exuſtâ ipſe quoque uſusfructus periiſſe dicitur, 54
ut nec ex areâ amplius debeatur, *l. repeti 5. §. rei mutatione 2. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. & §. pen. Inſtit. de uſusfr.* Etſi enim feudum ſit quidam uſusfructus, *Tit. 23. in fin. lib. 2. Feud.*

D 3 differt

differt tamen ſpecialiter à ſimplici uſufru-ctu. Feudum eſt perpetuum,&ad liberos maſculos tranſitorium, *d. Tit. 23. in fin.* ſimplex verò uſusfructus morte fructuarii extinguitur, *§. finitur Inſtit. de uſufr.* Feudale prædium vaſallus à poſſeſſore quaſi vindicare poteſt, *Tit. 8. §. rei autem, lib. 2. Feud.* uſufructuarius verò non vindicat fructuarium prædium, ne utili quidem vindicatione, Cuiac. *lib. 1. obſ. cap. 16. & ad Tit. 9. lib. 2. Feud.* Non ergò à ſimplici uſufructu ad feudalem uſumfructum argumentum ductum hîc procedit, cùm non utrinque par militet ratio.

55 In quæſtionem hoc loco & illud vocari poteſt, quando ſalvâ areâ feudali ipſa ſuperficies ſiue ædificium feudale incendio periit, an vaſallus pro parte ſaltem feudi ſaluâ præſtare domino ſeruitia teneatur? Hæc quæſtio cum feudorum placitis non ſit expreſsè deciſa, ex Iure cummuni definienda videtur, per text. *in Tit. 1. in princ. verſ. ſtrenuus autem, lib. 2. Feud.* Iure autem communi Emphyteuta integrum præſtare canonē jubetur, quando particulare ſolummodò Emphyteutico in prædio contigit damnum, ex quo non ipſa rei penitus læditur ſubſtantia, *l. 1. in fin.* ubi Ioann. Coras. *n. 15. C. de Iure Emphyteut.* Idem ergò dicendum quoque videtur de vaſallo, cuius

cuius feudale ædificium incendio periit, areâ feudali ſaluâ, ſiquidem argumentum ab Emphyteuſi ad feudum probabile à Dd. noſtris judicetur, ut ſupra oſtendi.

Inſuper & illud huc facit, quòd integrum eſt vaſallo neceſſariò vel utiliter ædificare in feudali areâ, cuius ædificationis impendia feudo ſine culpâ vaſalli finito, ipſi aut eius heredibus à domino refundenda ſunt; per text. *in Tit. 21. Hic fin. lex, §. ſi vaſallus, lib. 2. Feud. l. eum 7. C. de uſufructu, l. ſed ſi vir, 31. §. ſi vir uxori, ff. de donat. int. vir. & uxor.* Henric. à Roſenthal. *tr. feud. cap. 10. concl. 43. num. 151. & ſeqq.* Cùm igitur ipſi vaſallo, quoad feudi Ius per fatalem interitum ædificii feudalis parum decedat, æquum eſt, ut nihilominus ipſe Domino ſeruitia debeat. Adhæc confert eòdē, quòd vaſallus non omni tempore ſeruitia præſtat, ſed cum ea per dominum exiguntur ab ipſo, text. *eſt in Tit. 21. de feud. ſine culp. non amitt. verſ. nam ſi ſteterit. lib. 1. Feud. & Tit. 26. ſi de feudo defuncti cont. ſit int. dom. & agn. §. licet vaſallus. lib. 2. Feud.* quibus locis dicitur, quòd licet vaſallus non offerat domino ſervitia, ſed viginti annis, & ultra ſteterit, ac non ſeruierit domino, feudum tamen non amittat, dummodò petenti domino ſeruire paratus ſit, non ægrè igitur vaſallus 15 17

interdum & maximè rarò vocatus præſtabit domino ſeruitia, quamuis feudale ædificium combuſtum ſit, area verò ſalua manſerit, atque ita non omne feudi emolumentum ei

58 ſit ipſo incendio ablatum. Poſtremò Dominus feudi non niſi moderatè à vaſallo ſeruitia pro feudi conditione exigere poteſt. *arg. l. ſi libertus 30. in princ. ff. de oper. libert.* Laudens. *in Tit. 25. num. 14. lib. 2. Feud.* Iacob. de Ardiz. *Tr. de feud. c. 67. verſ. Et licet debeant ſeruire, & verſ. ſeqq.* Ioann. Borcholt. *in comm. in conſued. feud. cap. 1. num. 28.* Pro commodo igitur areæ domus exuſtæ ſeruitia exigere poteſt dominus, non ultra, proindè conqueri Iure non poteſt vaſallus ſi moderata ſaltem ſeruitia ex ſolâ etiam areâ, quam poſſidet, quâque fruitur, præſtare domino cogatur.

59 Septimò vaſallus abſque culpâ ſuâ amittit feudum refutatione ipſius, *Tit. 9. qual. olim feud. poter. alien. §. 1.* ibi, vel feudum in manu domini refutabat, *& Tit. 14. De uaſallo decrepita ætat.* ibi, vaſallus feudum ſuum in manu domini refutauit, & *Tit. 49. de eo qui fin. fecit agnato de feud. patern.* ibi, finem & refutationem ei, ſuiſquè heredibus fecit, *verſ. alter*, ibi, qui non refutauit, *verſ. alter verò*, ibi, qui refutationem fecit, & *verſ. ſapientes quidam*, ibi, niſi feudum omninò refutauerit, vel niſi ad hoc refutauerit *lib. 2. Feud.*

Eſt

Eſt autem refutare feudum nihil aliud, 60
quàm abdicare ſe feudo, ſiue ſuum alii cedere feudum, daß Lehen vffſagen / vnd vffkünden: In feudi autẽ refutatione eædem ſolennitates interueniunt, quæ in ipsâ Inveſtiturâ adhibitæ fuerunt, Hotom. *in diſp. feud. cap. 38.* Cuiac. *de feud. lib. 2. Tit. 14.* Quæ feudi refutatio fit vel domino feudi, vel feudi ſucceſſoribus. De refutatione feudi Domino ſiue in manu Domini factâ, eſt text. *in d. tit. 9 §. 1. & d. tit. 14. De vaſallo decrep. ætat. & Tit. 44. in fin. lib. 2. Feud.* De refutatione, quæ fit ſucceſſorib. feudi, putâ filiis, aut agnatis ſi paternum ſit feudum, eſt textus *in Tit. 49. De eo, qui fin. ſec. agn. lib. 2. Feud.* Poteſt autem vaſallus domino etiam inuito feudum refutare, per textum *in tit. 38. de vaſallo, qui cõtra Conſtit. Loth. Regis beneficium alienauit, verſ. quia vaſallus, lib. 2. Feud.* Mynſing. *cent. 5. obſ. 65.* Roſenth. *tract. feud. lib. 9. concl. 50.* Vultei. *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 76.*

Non obſtat, quod aiunt nonnulli, qui 61
diſſentiunt, feudum eſſe contractum nominatum, in quo non ſit pœnitentiæ locus, *l. ſicut initio, 5. C. de oblig. & act.* Feudum enim per ſe contractus non eſt, ſed jus quoddam contractu feudali conſtitutum, qui contractus eſt innominatus, do, ut facias, ut arguit

text. *in Tit. 21. de feud. ſine culp. non amitt. verſ. vel ſi dominus ſuis, lib. 1. Feud.*

Et licet in contractu etiam innominato pœnitẽtiæ locus non ſit, quando utrinq; impletio ſequuta fuit, *l. 3. §. 1. & §. ſeq. l. ſi pecuniam 5. in princ. & verſ. ſed cum liceat pœnitere, & §. 1. cum ſeq. ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſequuta*, Anton. Faber *Decad. 45. error. pragmat. error. 9. pag. 1069.* ut quando non ſolùm dominus tradidit vaſallo rem feudalem, ſed & vaſallus fidelitatem viciſſim promiſit. Attamen quia feudum quoddam eſt beneficium, *Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud.* non poteſt vaſallus illud invitus retinere per *l. invito 69. ff. de reg. Iur. l. hoc Iure, 19. §. non poteſt, ff. de donat.*

62 Neque etiam obſtat, quòd dominus feudum inuito vaſallo abſque eius culpâ auferre non poteſt, *Tit. 21. in princ. lib. 1. Feud.* Nõ enim ex eo rectè infertur, quod nec vaſallus, domino inuito refutare feudum queat. Tùm quia vaſall' refutãdo feudum, Domino nullum adfert damnum, dominus verò privando vaſallum Iure feudi, incommodum ei importat. Tùm quia vaſallus ad ſeruitia, & fidelitatẽ obligatus eſt domino propter commodum feudi, *d. Tit. 21. verſ. vel ſi dominus ſuis,*

lib. 1.

lib. 1. Feud. & Tit. 54. de allodijs in fin. lib. 2. Feud. feudi igitur uſum, & commodum dimittere poteſt vaſallus, & feudum refutando, liberat ſe ab hac obligatione, cùm quiſque ſuo renunciare poſſit commodo, ac ſublatâ cauſâ, ipſe quoque effectus, obligatio ſcilicet tollatur.

Tùm quia dominus, quamdiu vaſallus ipſi ſeruit, & fidelis eſt, feudum ei auferre non poteſt, hâc de cauſâ, quòd ſemel conſtitutæ obligationi aduerſario non conſentiente nemo renunciare poteſt, *d. l. ſicut initio 5. C. de oblig. & act.* quodque nemini inuito jus ſuum auferri debet, *l. ſi dominus 2. verſ. dominorum quidem, ff. de his qui ſui vel alien. iur. & §. ſed & maior, verſ. cuius reſcripto, Inſtit. eod. tit.* Tùm etiam quia non ubique dominus feudi & vaſallus ad paria iudicantur aſa. Vllus enim Domino fidelitatem jurare tenetur; dominus verò ipſi vaſallo non item; vaſallus feudum poſſidet, & fructus prædii feudalis percipit, ac ſuos facit, dominus verò non æquè: vaſallus domino non ſolùm ad fidelitatem, ſed & ſervitia tenetur, at dominus vaſallo tãtùm fidelis eſſe, nõ etiã ſeruire cogitur, quoad ipsã tãtùm fidelitatẽ judicãtur ad paria dominus, & vaſallus, *Tit. 6. de form. fidel. §. ult. lib. 2. Feud.*

Tùm poſtremò quia, ut Iure communi cautum eſt, quòd uſufructuarius etiam inuito domino uſumfructum derelinquere poteſt, *l.cum fructuarius 64.ff.de uſufr.* ita quoque feudorum Iure diſpoſitum eſt expreſsè, quòd feudum ſuum vaſallus domino etiam inuito refutare poſſit, *d.Tit.38.verſ.quia vaſallus lib.2. Feud.* Quocirca argumentum ex naturâ correlatiuorum contra Iuris fæudalis diſpoſitionem hîc meritò ceſſat, maximè cùm non eadem hîc ſubſit cauſa in utroque, ſed diſpar ſit horum correlatiuorũ ratio, Domini conditio (ut dixi) melior efficitur per refutationem, cum ipſe feudum recipiat, & utile dominium cum proprietate conſolidetur, ac facilè alium, ſi velit, vaſallum invenire poſſit. At vaſallus commodum feudi amittit, nec ita facilè aliud feudum adquirit.

Quoties autem in uno correlatiuorũ cauſa deprehenditur, quæ non eſt in altero, tunc malè ex uno ad alterum infertur, *per l.ſi debitor 55.ff. de pact. & l. obſeruandum 49. ff. de rit. nupt.* Euerhard. *in Topic. legal. in loco à correlatiuis, num. 12. verſ. hoc tamen quod dixi,* & Matthias Stephan. *lib. 2. Topicor. in loco 32. numero 9.*

Cæterùm Dd. inter quos etiam Iul. Clar.
63 *in § feudum quæſt. 34. num. 1. verſ. contrariam autem,*

tem, diſtinguunt inter feudum pro certo ſeruitio datum, & illud feudum, pro quo in genere & indefinitè ſeruitia ſunt promiſſa, In illo refutationem non admittunt, in hoc verò eam concedunt. Sed hanc diſtinctionem Zaſius *tr. de feud. part. 10. n. 86. & part. 11. n. 14.* tùm etiam Sonsbec. *in comment. in uſu feud. part. 12. num. 115. & ſeq.* & Myńſ. *cent. 5. obſ. 65. num. 5.* & alii plures, quos refert Vultei. *d. cap. 10. num. 76. pag. 671. verſ. ſiue autem volente*, non immeritò reiiciunt, eo quod text. *in d. tit. 38. lib. 2. Feud.* nó diſtinguit, ſed generaliter conceptus eſt. Et quia vaſallus, qui indefinitè ſeruitia promiſit, æquè obligatus eſt ad ſeruitia omnia, quæ domin⁹ moderatè boni viri arbitratu ab ipſo exigit, *Tit. 23. §. ult. in fin.* ubi, Bald. Matth. de Afflict. & alii *lib. 2. Feud.* non video, quâ ullâ juſtâ ratione ſuſtineri hæc diſtinctio poſſit.

Et quæ dicta ſunt hactenus, æquè ſtringunt in feudis ad certa ſeruitia conceſſis, quàm ex quibus indeterminatè ſeruitia debentur; & cùm ex indefinitis ſeruitiis certa exiguntur, non minus ad ea præſtanda obligatus eſt vaſallus, ac ſi in obligatione ſeruitia venerint certa, cùm ex generis obligatione non niſi ſpecies ſoluenda ſit, *l. cùm in certis 13. ff. de legat. 1.* Et generalia, & incerta ſeruitia

ſeruitia non niſi per certa expediri poſſint, Gl. *in l. ſi non ſortem 26. §. libertus 12. ad verb.* operæ *ff. de condict. indeb.*

64 Eſt & illa huius loci non contemnenda quæſtio, num in paterni feudi refutatione, quæ domino fit, conſenſus etiam filiorum, & agnatorum exigatur? Cuiac. negat *ad Tit. 14. de refutat. feudi, Libr. 2. Feud.* plerique verò alii feudiſtæ ſimpliciter affirmant, quib. ſubſcribunt Sonsbec. *in comment. in uſus feud. part. 12. num. 121.* Roſenth. *de feud. cap. 9. membr. 1. concl. 52. n. 2.* Aliqui verò aientem hanc opinionem intelligunt de refutatione, quæ perpetuum agnatis præiudicium adfert, etiam poſt mortem vaſalli refutantis, ità Ritterſhus. *in partit. Iur. feud. lib. 2. cap. 2. num. 20. pag. 329.* intelligit Zaſ. *2. de feud part. 16. numero 88.* Sonsbec. *comment. in uſus feud. d. part. 12. n. 122.* & Weſemb. *tr. de feud. cap. 11. num. 11.*

Sed veriſſima videtur mihi Cuiacii opinio exiſtimantis, refutationem feudi paterni domino licitè fieri etiã abſq; filiorum & agnatorum conſenſu: Tum quia feudi refutatio non eſt alienatio feudi, ut & Ioann. Borcholt agnoſcit *tr. de feud. cap. 8. num. 53.* in quã alienatione neceſſarius eſt agnatorum conſenſus, *Tit. 39. de alien. patern. feud. lib. 2. Feud.* Tùm etiam quia refutatio feudi, licet in eam non

con-

conſenſerint agnati, ipſis tamen neutiquam præiudicat, ſed jus ſuccedendi ſaluum eis relinquit, *Tit. 49. de eo, qui fin. ſec. agn. de feud pater-no, verſ. alter qui non refutauit, lib. 2. Feud.* & facit text. *in Tit. 39. de alien. feud. paterni lib. eod.* Et ſentiunt ita Feudiſtæ omnes, ad quid ergò hîc opus filiorum & agnatorum conſenſu: cùm nihil omninò operetur?

Cæterùm de refutatione feudi noui domino fact haud immeritò quæritur, an ea filiis vaſalli noceat, ut mortuo refutante patre vaſallo, in illud filii ſuccedere nequeāt? Feudorum Interpretes aienti ſententiæ inhærent, quòd ſcil. filiis refutantis patris præiudicet huiuſmodi feudi refutatio, ut nec mortuo patre ſuccedere in refutatum feudum poſſint, Mynſing. *cent. 6. obſ. 23. num. 2.* Zaſ. *de feud. part. 10.* Arius Pinel. *in l. 1. C. de bon. matern. part. 3. numero 97. verſ. inde etiam ſequitur, & num. 98.* Sonsbec. *d. part. 12. numero 121.* Vultei *lib. 1. de feud. cap. 10. n. 76. pag. 671.* Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 52 2. numero 2.* 65

Verùm opinionem hāc erroneā iudico, ac ſentio, nec huius feudi refutationem obeſſe filiis vaſalli refutātis, quomin' ipſo refutatore mortuo in feudū ſuccedere poſſint. Tùm qa nuſquā feudorum placita robur tribuunt Interpretū huic opinioni. Tùm quia feudum

etiamſi

etiamſi nouum ſit, ad filios quoque noui vaſalli pertinet, *Tit.23. In quib. cauſ. feud. amitt. §. ult.* ibi, ut ad eum, heredeſque ſuos maſculos pertineat, *lib.2. Feud* , pindè ipſis inuitis adimi non poteſt; *l. ſi dominus 2. verſ. dominorum quidem, ff. de his, qui ſui, vel alien. Iur. ſunt. § ſed & maior, verſ. cuius reſcripto, Inſtit. d. t.* Tùm quia renunciatio parentis non præjudicat filiis in Iure ipſorum proprio, per legis beneficium adquiſito; *l. ſi conſtante 19. in fin. ubi Bald. C. de donat. ant. nupt.* M. Ant. Peregrin. *tr. de fideicommiſſ. artic. 51. num. 48. in fin. Gloſſ. in l. iubemus 14. §. ſcientes, in verb.* conſentiant *C. de SS. Eccleſ.* Ruin. *conſ. 38. num. 10. lib. 1. & conſ. 138. num. 10. lib. 2.* Alban. *conſ. 74. num. 1.* Decian. *conſ. 33. num. 109. lib. 1.* Natta *conſ. 470. num. 12. & 13.* M. Anthon. Peregrin. *de fideicomm. art. 52. num. 92.* Cùm ergò legis feudalis beneficio feudum pertineat quoque ad filios adquirentis, ut modò oſtendi, conſequens ei eſt, quod pater refutando feudum domino filiis ſuis in ſucceſſionis Iure nihil præiudicet. Tùm etiam quia nullum patris factum filiis in feudo præiudicat, *Tit. 8. de ſucceſſ. feud. in fin. princ. lib. 1. Feud*, Tùm poſtremò, quia de feudi paterni refutatione quod dicitur *in Tit. 14. de vaſall. decrep. ætat. lib. 2. Feud.* quòd ſcil: ipſa filiis refutantis nihil noceat, æquè procedit in filiis

in filiis primi gradus, & feudo nouo, ac in agnatis, & feudo veteri; cùm agnati non ut agnati, ſed ut filii primi adquirentis in feudo cōſiderentur, *Tit. 11. de ſucceſſ. fratr. §. his verò deficientib. verſ. quod ita, & Tit. 50. de naturâ ſucceſſ. feudi, §. paternum autē, lib. 2. Feud.* Atq; feudum ipſis quoque primi gradus filiis legis feudalis beneficio adquiratur *Tit. 1. §. Et quia vidimus verſ. ſic progreſſum eſt. lib. 1. Feud. & d. Tit. 23. §. ult. lib. eod. Feud.*

Non obſtat *text. in l. 3. ff. de ſerv. exportand.* ubi Paulus ICtus oſtendit, quòd pactum contractui in commodum & favorem tertii cuiusdam adiectum, ab utroque contrahente mutari poſſit, Id quod notat quoq; Bart. *in l. qui Romæ 122. §. Flauius Hermes, num. 1. in fin. ff. de verb. oblig.* & tradunt Dd. quos refert, & ſequitur M. Anthon. Peregrin. *de fideicomm. art. 51. num. 48. & ſeq.* 66

Eſt enim d. lex de commodo quod per ſolum pactum contractui adiectum tertio alicui fuit quæſitum. Sed commodum feudale primi adquirentis adquiſitum quoque filiis, non ſolâ conventione domini cōcedentis, ſed & legis feudalis beneficio ipſis eſt comparatum, *per text. in Tit. 23. in quib. cauſ. feud. amitt. §. ult. lib. 2. Feud.* Ius a. legis diſpoſitione alteri adquiſitum, contrario hominis

facto tolli non poteſt, ut paulò ante oſtendi. Vnde fit, quòd vaſallus pater nullâ ordinatione filiis ſuis præiudicare poteſt, *d. Tit. 8. in fin princ. lib. 1. Feud.*

Limitant autem feudorum Interpretes opinionem ſuam de feudo nouo in manu domini refutato, limitant inquam in illis filiis, quorum etiam intuitu, & contemplatione expreſsè ac nominatim cõceſſum fuit feudum, Ang. *in l. cum ſervus 39 §. ſi quis alicui, ff. de legat. 1.* Matth. de Afflict. *ad Tit. de alien. feud. patern. num. 10. lib. 3. Feud.* Zaſ. *de feud. part. 10. num. 87. verſ. in hac porrò materiâ.* Franſc. Sonſbec. *in comm. in uſus feud. part. 10. num. 121.* & alii, quos citat Henric. à Roſenth. *d. cap. 9. membr. 1. concl. 52. in addit. ſub lit. A.*

67 Sed hâc limitatione opus eſt nihil, cùm expreſsâ cõuentione Ius ſuccedendi in feudum tribui illis tantùm neceſsè ſit, quibus lege feudali ius illud tributum non eſt, *Tit. 1. §. cum verò Conradus, verſ. niſi hoc nominatim, & Tit. 8. de ſucceſſ. feud. §. filia verò lib. 1. Feud.* & facit text. *in l. cum ſervus 39. §. ſi quis alicui, ff. de leg. 1.* Filiis autem primi adquirentis Ius ſuccedendi in feudum ipsâ lege feudali tribuitur, ut anteà oſtendi ex *Tit. 1. §. Et quia vidimus, verſ. ſic progreſſum eſt, lib. 1. Feud. & Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud.* quòd Ius ipſis nullâ paternâ refu-

refutatione adimi poteſt, *d. Tit. 8. de ſucceſſ. feud. in princ. lib. 1. Feud.* & facit *l. ult. ff. de pact.* ubi eleganter ICtus docet, quòd & tacitè adquiſitum alicui Ius, invito ipſi extorqueri non poſſit per eum, cuius operâ & facto cõparatum fuit.

Vlterius & illud hîc quæri poteſt: Num vaſallus etiam partem feudi ſui refutare invito domino poſſit? Cuiac. affirmat in *comment. ad Tit. 14. lib. 2. Feud.* Affirmat item Mynſing. *cent. 6. obſ. 23. num. ult.* ut & Hotom. *ad d. Tit. 38. in verb.* feudum refutare. *lib. 2. feud. & in diſp. de feud. cap. 38. per text. in Tit. 38. de vaſallo, qui contra Conſtit. Loth. lib. 2. Feud.* Negat verò Conrad. Rittersh. *lib. 2. partit. feudal. cap. 2. num. 11. arg. l. legatarius 38. in princ. ff. de legat. 1. l. 4. ff. de legat. 2. & l. 1. ff. de adquir. vel amitt. hered.* 68

Cuiacii ſententia veritati omninò conſona putari debet, per apertiſſimum text. *in d. Tit. 38. verſ. Et ſi voluerit lib. 2. Feud.* Accedit in confirmationem ſententiæ huius, quòd vaſallus conſentiente domino alienare quoq; poteſt feudi partem unam, per text. *in d. Tit. 38, Tit. 55. de prohib. feud. alien. per Frid. §. habito ergò conſilio*, ibi, ut nulli liceat feudum totum vel partem aliquam alienare, ſine permiſſione illius domini, ad quē feudum ſpectare dignoſcitur, Si 2. alienare, multò magis domino

refutare poteſt partem vaſallus; cùm alienatio feudi regulariter ſit prohibita, refutatio verò Iure permiſſa. Cõfert eòdem, quod idem Iuris eſt in parte, quoad partem, quod eſt in toto, quoad totum, *l. quæ de totâ 75. in princ. ff. de rei vind. l. 1. in princ. ff. de euict. l. ſi ſeruum 18. ff. de adquir hered. l. ſi duo 50. in fin. ff. de offic. & admin. tut. l. Iurigentium 7. §. adeò, ff. de pact.*

69 Non tuetur Rittershuſii opinionem argumentum ab hereditate, & legato, quorum pars tantùm adquiri, & pars repudiari non poteſt, *d. l. 1. ff. de adquir. vel amitt hered. & l. legatarius 38. in princ. de leg. 1. & l. 4. ff. de leg. 2.* Eſt enim alia ratio in hereditate, & legato, uni alicui relicto: alia item in feudo. Abſurdum eſt euisdem hereditatis partem agnoſcere, partem verò repudiare, *l. unic. §. his ità, 10. C. de caduc. toll.* cùm heres perſonam defuncti ſuſtineat, eademque perſona cum defuncto cenſeatur, Nouell. *48. de Iureiur. à moriente præſtito, in princ.* unde fit, quod hereditas unius defuncti ſcil: hominis vicem ſuſtinet, fieri autem non poteſt, ut unus idemque homo ſit pro parte, pro parte verò non ſit. Et fieri non poteſt, ut hereditas, quæ perſonæ eſt imago, vel heres ſit ꝓ parte, ſiue ut hereditas pro parte vacet. Eadem eſt ratio legatarii cui uni in ſolidum palàm, & expreſsè re-

ſe relictum eſt. Hic enim legatarius heredi comparatur, & quoad legatum exemplo heredis eſt, ut ait Iul. Paul. *lib. 3. ſentent. Tit. 6. de legat. §. eius rei, quæ legata eſt.* Diuerſa ratio eſt in feudo, & vaſallo, feudum refutatum domino non dicitur uſquam vicem refutantis vaſalli ſuſtinere: nec dominus cui refutatum eſt feudum, dicitur uſpiã cenſeri eadem perſona cum vaſallo refutante feudum; ſiquidem perſona utriuſque per ſe eodem refutationis tempore conſiſtat, & una alterius vicem non ſuſtineat.

Eſt & illud hîc notandum, quòd feudi refutatio in manus domini fit aut ſimpliciter, 70 aut certâ quâdam lege, nempè ut dominus filios refutantis vaſalli de feudo eodem confeſtim inueſtiat, *d. Tit. 14. de vaſall. decrep. ætat. lib. 2. Feud.*

Vnde quæritur, an feudum à vaſallo refutatum, & eius filiis per inueſtituram redditum, pro nouo, aut paterno feudo habendum ſit? 71 Verius eſt autem quòd paternum maneat feudum, ut apertè oſtendit text. *in d. Tit. 14. in fin. lib. 2. Feud.* Cùm enim pater vaſallus refutat feudum ſuum domino in filiorum gratiam, qui omninò illud habituri ſunt non eſt ipſi mens immutandæ qualitatis feudi; proindeque filii id percipient quaſi ex

E 3 inve-

inueſtiturâ beneficii, veteris, non noui, nec opus eſt poſt mortem patris aliâ inveſtiturâ, Cuiac. *ad eundem Tit. 14. lib. 2. Feud.*

72 Etſi verò vaſallus domino etiam inuito refutare feudum poſſit, attamen refutationem illam, ſi fiat intempeſtiuè, admittere dominus non cogitur, putâ ſi refutet vaſallus feudum ob præſens, vel imminens periculum, ad quod repellendum dominus ſervitiis & conſilio vaſalli indiget, per text. in Aureâ Bullâ Caroli IV. cap. von denen / als unwürdigen/Ihr Lehen Gut benommen werden/*pag. 9. fac. 2.* & facit, quòd intempeſtiua mandati renunciatio fieri prohibetur, §. *mandatum non ſuſcipere, Inſtit. mandati.* Et de refutatione intempeſtiuâ ſentiunt ita poſt alios Mynſ. *cent. 5. obſ. 65. num. 12.* Sonsbec. *in comment. in uſu feud. part. 12. n. 117.* Weſemb. *de feud. cap. 11. num. 11.*

73 Non admittitur quoq; refutatio feudi in fraudē domini; ut ſi vaſall⁹ in domini manus feudū refutet, ut mox aperto Marte cum domino confligat, atque ita feudum, quod verbotenus, falſo colore quæſito, refutat, vi occupet, aut retineat. Huic enim malitiæ indulgendum non eſt, ſed pro infectâ refutatione habitâ, feudum Iure commiſſi domino defertur, nec unquā ad huiuſmodi vaſallum

reuer-

reuertitur, ut cautum legimus in Aur. Bull. Caroli IV. *d. cap.* von den / als vnwürdigen / ihr Lehengut benommen werden. Tradit idem Cuiac. ad *Tit. 14. lib. 2. Feud.* & Rittersh. *d. cap. 3. num. 11.*

Qaumuis autem feudi refutatio vaſallum à ſeruitiis liberet, non tamen liberat ipſum ab honore, & reuerentiâ, quam domino vaſallus præſtare tenetur, *Tit. 38. in fin. lib. 2. Feud.* ubi Cuiac. idem Cuiac. ad *Tit. 14. lib. eod. feud.* 74

Quid ſi vaſallus decem, viginti aut plurib. annis fructus feudi perceperit, an domino inuito refutare feudum poſſit, nullis reſtitutis pceptis fructibus, quæri hîc poteſt? Sonſbec. *in Comm. in uſus feud. part. 12. n. 17.* affirmat, & quidem rectè. Tùm quia uſufructuarius licet derelinquere uſumfrctū intendat, natos tamen fructus etiam nondum maturos percipere poteſt, per text. *in l ſi abſente 48. in princ. verſ. ſed ſi paratus, & l. cum fructuarius 64. ff. de uſufr.* Tùm etiam quia ICtus in *d. Tit. 38. de vaſallo, qui contra Conſtit Lothar. Reg. benef. alien. lib. 2. Feud.* agit quidem expreſsè de refutatione feudi domino etiam inuito facto, ſed nihil addit de fructuum reſtitutione Tùm poſtremò, quia vaſallus perceptos fructus ſuos facit, per text. *in Tit. 23. In quib. cauſ feud. amitt. §. ultim. libro ſecundo Feud.* Cum ſit bonæ fidei poſſeſſor, *Tit. 2. §. 1. Tit. 10. & Tit. 12. lib. 1.* 75

Feud. Tit. 8. §. ult. lib. 2. Feud. qui fructus, quos percepit facit ſuos, *§. ſi quis à non domino, Inſtit. de rer. diuiſ. l. bona fidei 48 ff. de adq. rer. dom. l. fructum 45. ff. de uſur.* Et licet bonæ fidei poſſeſſor extantes adhuc & nondum conſumptos fructus, quos perceptione ſuos fecit, ipsâ re à domino euictâ, reſtituere teneatur, *d. §. ſi quis à non domino, verſ. & ideò Inſt. de rer. diuiſ. & adq. rer. dom. §. Et ſi in rem, verſ. ſi verò bonæ fidei*, ibi, neque conſumptorum, *Inſt. de offic. iud. l. certum 22.* ibi, bonæ fidei verò extantes, *C. de rei vind.* vaſallus tamen reddito per refutationẽ feudo, ipſos perceptos fructus nondum conſumptos reddere non cogitur, cùm ab ipſomet domino ei tradita ſint feudalia prædia, ut fructus ipſorum perceptione ſuos omninò faceret in perpetuum, *d. Tit. 23. in fin. lib. 2. Feud.*

76 De fructibus tempore refutationis adhuc pendentibus ſimiliter quæri poteſt, num ad dominum pertineant, cui feudum refutatur, an verò eius anni fructus extantes, & ſolo cohærentes ad vaſallum ſpectent? Hæc quæſtio non eſt, quod ſcirem à quoquam hactenus mota, fortè quòd raro contingat, ut vaſallus feudum refutet, antequam pendentes adhuc fructus percipiat: Quia tamen fieri poteſt, ut etiam fructibus adhuc ſtanti-

bus

bus refutet feudum vaſallus exiſtimans ipſos nihilominus ad ſe pertinere, idcircò negligenda non eſt hæc quæſtio. Dicendum autem videtur, ſi vaſallus ante Kalendas Martias, vel poſt Auguſtum domino refutauerit feudum, omnes illius anni pendentes fructus ad dominum pertinere: ſi verò feudum refutauerit poſt Kalēdas Martias, ſed ante Kalendas Septembris, fructus adhuc pendentes ad vaſallum refutantem pertinere, hæc diſtinctio adhibetur in caſu, quo ob uaſalli mortem nullo feudali ſucceſſore relicto, feudum redit ad dominum, *Tit. 28. hic fin. lex, §. his conſequenter, lib. 2. Feud.* Vt autem in propoſitâ quæſtione utamur eâdem diſtinctione, diuerſitatis ratio idonea prohibet nulla, & notum eſt, quòd ad ſimilia procedere & de caſu ad ſimilem caſum argumentari in Iure licet, *l. non poſſunt 13. & l. ſeq. ff. de legib.*

Non obſtat text. in *d. §. his conſequenter, verſ. quidam tamen*, ubi dicitur, quòd quidam feudiſtici Iuris authores ſentiant, quocunq; tempore anni decedat vaſallus, omnes pendentes fructus ad dominum pertineant: Eſt enim ea paucorum opinio propoſita ultimo loco. In libris autem feudorum regulariter ultimo loco propoſita opinio pro reiectâ habetur, Camerar. in *l. Imperialē Tit. 55. lib. 2. Feud. pag. 246.* 77

pag.246. Hart.Piſtor.*lib.2.quaſt.Iur.part.poſtr. quaſt.25.num.30.& quaſt.32.num.2.*

Neque etiam obſiſtit; quòd feudum uſui-
78 fructui ſimile eſt, *Tit.23.§.ult.lib.2.Feud.* Finito autem uſufructu omnes fructus adhuc pendentes ad proprietarium pertinent, non ad fructuarium, vel eius heredes, *§. ii verò, Inſtit. de rer.diviſ.* Hâc enim in re differt feudum ab uſufructu, cùm plenius ius in feudo competat vaſallo, quàm in uſufructu ipſi fructuario. Vaſallo utilis vindicatio cõpetit, *Tit.8. §. Rei a.lib.2.Feud.* uſufructuario ea nõ competit actio, Cuiac.*lib.1.obſ.c.16. & ad Tit.9.in princ.lib.2.Feud.* Vaſallus rem feudalẽ poſſidet ut paulò ante oſtẽdi; uſufructuarius verò licet poſſidere naturaliter rem fructuariã dicatur in *l. naturaliter 12.in princ.ff.de a 1q.vel amitt.poſ.* verè tamen non poſſidet, ſed detinet eã, *l. certò 6.§.is qui rogauit.ff.de precario,l pen. §. 1.in fin.ff. qui ſatiſd. cog.l. adquiritur 10.§.ult.ff.de adq.rer. dom.§. fructuarius verò, Inſtit. per quas perſ.cuiq. adquir.* Deniq; feudum ad filios vaſalli, itemque agnatos, ſi paternum ſit, tranſit *Tit.8.lib.1. Feud.& Tit.11.lib.2.Feud.* uſusfructus verò morte fructuarii extinguitur, *§.finitur,Inſt.de uſufruct.*

Etſi verò pendentes fructus feudi refutati
79 cum ipſo feudo interdum ad dominũ tranſeant, ſumptus tamen, & expenſas in ſationem,

& cul-

& culturam factas vaſallo rependere tenetur dominus, cùm fructus non intelligantur, niſi deductis impēſis, *l. qui fructus 46. ff. de uſur. l. fundus 51. in fin. princ. ff. fam. erciſc. l. 1. C. de fructib. & litium impenſ.*

80 Poteſt & illa hîc moueri quæſtio, an refutatione feudi paterni factâ domino, agnatis ius πϱοθιμήσεως cōpetat, nec ne? Et non competere rectè ſentit Cuiac. ad *Tit. 14. de vaſallo decrep. ætat. lib. 2. Feud.* Eſt enim πϱοθιμήσις privilegium aliquod, quod non competit privilegiario contra priuilegiarium, Auth. *quas actiones, ubi Dd. C. de S S. Eccleſ. c. in præſentiâ, Extr. de probat. l. ſed & milites, §. 1.* ibi coæqualitas enim honoris, *ff. de exeuſ. tutor.* Sed hæc eſt Cuiacii ratio, certior autem & verior eſt illa, quòd Ius prothimiſeos non in alio cōtractu, quàm quo precium interuenit, locum habet, *Tit. 26. ſi de feud. defuncti cont. ſit int. dom. & agn. §. Titius filios, lib. 2. Feud.* & oſtendi in diſputatione meâ de Iure retractus, ſub claſſe tertiâ. Quòd ſi precio interveniente vaſallus refutauerit domino feudum, retractui locum eſſe ſentit Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 52. num. 6.*

81 Quamvis a. filii vel agnati retrahere non poſſint feudum paternum domino refutatum, mortuo tamen refutatore vaſallo feudū illud ad liberos vel agnatos à primo adquirente

deſcen-

deſcendentes deuoluitur, ut arguit partim text. *in Tit. 14. verſ. ult. & Tit. 49 lib. 2. Feud.* partim etiã regula illa vulgaris, reſoluto jure dãtis, reſoluitur jus accipientis, Hotom. *conſ. 31. num. ult.* ubi alios citat, & tradunt Zaſ. *in Epit. feud. part. 10. num. 88.* Sonsbec. *in comm. in uſus feud. part. 12. num. 122.* Frider. Schenck Baro à Tautenberg ad *Tit. 38. de vaſallo, qui contr. Conſtit. Lothar. Reg. benef. alienav.* Hotoman, *conſ. 31. num. 19.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 23. n. 2.* Ioann. Borcholt *in comment. in conſuet. feud. cap. 8. numero 54.* Vultei. *tr. de feud. lib. 1. cap. 10. num. 76. verſ. ſiue autem volente, pag. 671.* ubi plures alios in hanc ſententiam allegat.

82 Hactenus de refutatione feudi domino factâ; ſequitur paucis de eâ, quæ aliis fit, quàm domino. Nulli tamen alii refutare feudum poteſt vaſallus, niſi filiis ſuis, vel illis deficientibus, agnatis à primo adquirente deſcendentibus, & ipſi refutanti in idem feudum ſucceſſuris *Tit. 14. de vaſallo decrep. atat. & Tit. 39. in princ. verſ. Et licet prohibeatur, lib. 2. Feud.* confert. *text. in Tit. 11. de ſucceſſ. fratr. lib. eod. Feud.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 23. n. 3. & 4.* Extraneo ſi fiat feudi refutatio, pro alienatione habetur prohibitâ, ob quam vaſallus feudum amittit, Hotom. *conſ. 31. num. 7.* Mynſing. *d. cent. 6. obſ. 23. num. 5.* Borcholt

d. cap.

d. cap. 8. numero 57. Vultei. *de feud. dict. cap. 10. num. 78.*

Cæterùm quæri hîc poteſt, an pater filiis ſuis, aut agnatus ſuis agnatis refutare ita poſſit feudum ſuum, ut ſibi uſumfructum feudi reſeruet. negat Thomas de Marinis *tr. de generib. & qualit. feud. Tit. 2. num. 122.* Affirmant verò Sonsbec. *in cõm. in uſu feud. part. 12. n. 121.* & Weſemb. *tr. de feud. cap. 8. n. 3. verſ. etiamſi is, qui refutauit,* & Henric. à Roſenth. *tract. feud. cap. 9. membr. 1. concl. ſ 2. num. 18.* Ego diſtinguendum puto inter uſumfructum, & Ius percipiendi fructus feudales: inter quæ duo Iura noſtra diſtinguunt, *l. dotis fructum 7. §. 2. & l. ſi. uſusfructus 64. ff. de iur. dot.* Vſumfructum feudalem retinere non poteſt, qui feudum refutat: Eſt enim feudum nihil aliud, quàm uſusfructus, *Tit. 23. In quib. cauſ. feud. amitt. §. ult. lib. 1. Feud.* Qui ergo refutat feudum, refutat quoque ipſum uſumfructum feudalem. Ius autem percipiendi fructus ex feudali prædio retineri poteſt, & feudum ipſum filiis, aut agnatis refutari, cùm hanc refutationis conuentionem impediat nihil. 83

Non obſtat, quòd uſusfructus, qualis etiam eſt feudum. *d. Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud.* proprietario cedi poteſt, non etiam extraneo,

neo, §. *item. finitur, Inſtit. de uſufr.* & *d. l. ſi uſusfructus 66. ff. de Iur. dot.* Non, inquam, id obſtat, in hoc enim refutationis argumento, feudi ſucceſſores non ſunt extranei, ſed ut ipſi domino, ſic & legitimis feudi ſucceſſoribus refutari feudum poteſt, ut oſtendi.

Nihil quoque obſiſtit, quòd fructu feudali apud refutantem remanente, ineptus ad ſerviendum videtur filius, aut agnatus, cui refutatum eſt feudum ſine fructu, arg. text. *Tit. 32. verſ. permultas enim*, & *Tit. 55. in princ.* ibi, unde ſeruitia amittebāt, *lib. 2. Feud.* Non inquam, id obſiſtit; cùm enim vaſallus debita ſeruitia præſtare poſſit per alium, *per text. in d. tit. 55. §. firmiter etiam, lib. 2. Feud.* cur non poſſet etiā præſtare ſeruitia ſuo ſumptu aliundè, quàm ex feudi fructib. petito? Textus in contrarium adducti, loquuntur de fructibus feudi per vaſallum alienatis, nobis autem hîc ſermo eſt de fructibus feudi, quos vaſallus ex refutatione adquiſiuit & poſſidet, & cuius feudi fructum mortuo refutatore adipiſcetur.

84 Quæritur & illud, an filius agnatus, cui vaſallus feudum retento Iure percipiendi fructus, refutauit, inueſtiturā intra tempus legitimum petere à domino teneatur? Andr. de Iſern. & alii in *in Tit. 3. § ſed etiam res. n. 6. verſ. ſi unus poſtea alter, lib. 2. Feud.* Chaſſenæus

in con-

rg. Rubr. 3. §. octaui. n. 46. & 47. Sonſ-
1. in uſus feud. part. 12. n. 120. verſ. ſed
filio, & Weſemb. ind. cap. 8. n. 3. verſ.
dum, rectè affirmatiuæ inhærent,
intra annum & diem inueſtituram
o petere teneatur, cui hoc modo
eſt refutatum. Cùm enim refutator
eſſe vaſallus per refutationem, & fi-
el agnatus, cui refutatum eſt feu-
vaſallus eſſe cœperit, neceſſè eſt, ut
ra annum & diem inueſtituram petat,
is, qui ſucceſſit in feudum, cùm à regu-
n excipiatur propoſitâ in Tit. 24 in princ.
o in princ Tit. 52. §. ult. Tit. 55. §. præterea ſi
lib. 2. Feud.

Nihil huic renititur ſententiæ, quòd re- 25
ator Ius percipiendi fructus ex prædiis
udalibus ſibi retinuit; Ius enim percipien-
fructus non eſt ipſe uſusfructus, ut anteà
ſi edi ex l. doti fructũ 7. §. 2. & l. ſi uſusfructum 64.
de lur. dot. proindeq; nec feudum, cùm feu-
dum ſit quidam uſusfructus, Tit 23. §. ult. lib. 2
Feud. Cùm ergò non amplius ſit vaſallus ipſe
refutator feudi, ſed filius aut agnatus cui re-
futatũ eſt feudum, iam cœperit eſſe vaſallus,
ad pſtandá fidelitatẽ domino ſe offerre, atq;
ita petere inueſtiturá tenetur. Confert quòd
is, qui refutauit feudum, amplius ad ſerui-
endum non tenetur d. Tit. 38. de vaſallo qui con-
tra Cõſit. Loth. lib. 2. Feud. Cùm ergò iam ſerui-

domino teneatur is cui refutatum eſt feudum, ſequitur eundem etiam ad hoc eſſe obſtrictum, ut inueſtituram à domino petat, eique fidelitatem præſtet. Et hoc benè notandum eſſe ſcribit Sonsbec. *d. part. 12 numero 120.*

86 Quoniam verò vaſallus etiam abſque domini permiſſu in agnatum refutare feudum poteſt, per text. *in Tit. 39. de alien. feud. patern. lib. 2. Feud.* & docet Franciſ. Hotom. *d. conſ. 31. numero 1. 2. & 4.* in dubium vocatur, num id procedat tantùm in agnato proximiori qui refutatore defuncto, in illud ſucceſſurus erat; An verò etiam in agnato remotiori, ut nec refutatio ei facta, indigeat vel domini, vel proximiorum agnatorum conſenſu? Quidam putant ad feudi refutationem remotiori agnato quæ fit, & domini, & agnatorum proximiorum permiſſu opus eſſe. Ita ſentiunt Thom. de Marinis *tr. de generib. & qualit. feud. Tit. 2. num. 123. & Tit. 3. num. 33.* Cuiac. ad *Tit. 45. verſ. idem ſi in ulteriorem agnatum, lib. 2. Feud.* Camerar. *in l. Imperialem, Tit. 55. lib. 2. Feud. pag. 17. & pag. 107.* & Mynſing. *cent. 6. obſ. 23. num. 4.* Hotom. *d. conſ. 31. num. 2. 11. 12. & 13.* Ioann. Borcholt *de feud. cap. 8. n. 56.* Contrarium verò ſentiunt plerique alii, Martin Laudens. in *Tit. 26. §. totiens,*

. *lib.2. Feud.* Curt. jun. *tr. de feud.*
.Herm. Vultei. *de feud. lib.1. cap.10.*
c dubitatur, & Henric. à Roſenth.
.*9. membr.1. concl.52. num.10. & ſeqq.*
ſententiam judico veriſſimam,
n Tit.39. de alien. feud. patern. lib.2. Feud
s Feudiſta loquitur de agnatis indiſ-
, nec diſtinguit inter proximiores, &
ores agnatos. Robur addit ſimiliter
nclusioni text. in *d. Tit. 26. ſi de feudo*
content. fit int. dom. & agn. §. Titius, lib.2.
ubi diſertè oſtenditur, quòd in remo-
m agnatum feudi alienatio facta, niſi in-
rtum tempus revocetur per proximio-
agnatum, jure conſiſtat. Idque procedit,
domini, aut agnatorum conſenſus non
ervenerit, ut qui neceſſarius non eſt in
terni feudi alienatione in agnatum factâ,
r text. *in d. Tit. 39. de alien. feud. patern. lib.2.*
ud. Idem ergò multò magis de feudi refu-
atione dicendum eſt, cùm alienatio feudi
gnato ex primo adquirente deſcendenti fa-
cta, ſit quaſi refutatio feudi, textus eſt ex-
preſſus in *d. Tit.39. de alien. feud. patern. in fin.*
lib.2. Feud.

Quoniam autem vaſallus etiam abſque 87
domini, & proximiorum agnatorum con-
ſenſu paternum feudum remotiori quoque

agnato refutare poteſt, in dubium vocatur, an proximiori agnato jus prothimiſeos contra agnatum illum remotiorem competat, ut ab illo feudum refutatum revocare poſſit? Diſtinguendum hîc eſt inter refutationem precio interveniente factam, & eam, quæ fuit facta abſque precio. Si facta ſit refutatiō feudi paterni interveniente precio, locus eſt juri prothimiſeos, & poteſt agnatus proximior intra annum revocare feudum à remotiore agnato, reddito precio, *per text. in d. Tit. 26. §. Titius filios, lib. 2. Feud.* & tradit alios ſecutus Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 52. n. 17. & membr. 2. concl. 90.* Si abſq; precio ſit facta refutatio, ceſſat quidem prothimiſeos Ius, mortuo tamē refutatore agnatus proximior Iure ſucceſſionis feudum refutatum revocare à remotiore agnato poteſt, per text. *in d. §. Titius filios*, & ſentit ita poſt alios quos citat ſub lit. H. Henricus à Roſenth. *d. concl. 52. n. 14.* ubi addit, quòd Camera Imperialis ita ſæpius determinaverit. Ex allegato *§. Titius* apparet & illud, quòd agnatus proximior, qui intra annum non fuit uſus prothimiſeos Iure, feudum precio interveniente refutatum, mortuo refutatore à remotiori agnato revocare poſſit, nullo precio reddito. Quòd ſi agnatus proximior conſenſerit in refutationem remotiori agnato factam, vel intra annū non revocaverit feudum refuta-

tum, removetur à prothimiſeos Iure, per text. *in d.* §. *Titius filios.*

Sed an mortuo refutatore, & remotiore agnato, proximior, qui cōſenſit refutationi, in refutatum ſuccedat feudum, quæri hîc poteſt? Textus proximè citatus in fine, ut & textus *in Tit. 5. §. præterea ſi ille, lib. 1. Feud.* negativam ſuadere videntur: niſi dicamus, aliud eſſe in agnato proximiore conſentiente alienationi feudi, de qua alienatione dictis locis agitur, aliud verò eſſe in conſentiente refutationi feudi, licet quis agnatus refutet paternum feudum, ſuccedit tamē in illud caſu ſucceſſionis eveniente, niſi omninò & in perpetuum refutaverit feudum, *Tit. 49. de eo, qui fin. fec. agnato de feud. patern. lib. 2. Feud.* Ergò ſuccedit etiam in illud, quamvis refutationi ab agnato ſimpliciter factę conſenſerit. 88

Præmiſſæ quæſtioni ꝓxima eſt illa, ſi agnatus refutet paternū feudum agnato remotiori, conſentiente agnato ꝓximiore, ſed medii gradus agnato ignorāte, vel diſſentiente, an hîc agnat⁹ medii gradus Iure ꝓthimiſeos cōtra agnatum remotiorē uti poſſit? Aiens opinio veritati propior exiſtimari debet, placita enim feudorum proximiori agnato contra remotiorem agnatum, in quem feudi alienatio facta eſt, jus prothimiſeos largiuntur, nec diſtinguunt inter gradus proximitatis. 89

Et dicitur proximior reſpectu remotioris ſive proximior ſit primi, vel ſecundi, vel tertij gradus ab eo, qui alienavit, vel refutavit paternum feudum *Tit. 3. §. ſed etiam res, ibi* niſi tibi, vel alii proximiori, *& Tit. 26. §. Titius filios*, ibi proximior agnatus, & *Tit. 9. §. pen.* ibi, in redimendo potior erat proximi agnati conditio, *lib. 2. Feud.* De hac quæſtione videri quoque poteſt Curt. Iun. *tr. feud. part. 4. numero 146.*

90 Quæritur de feudo Franco à ſervitiis libero, an illud vaſallus refutare poſſit? Bald. negat *in c. cæterùm. col. 8. Ext. de iudic.* negare etiã videtur Conrad. Rittersh. *lib. 2. partit. feudal. cap. 2. n. 20.* At Curt. Iun. de hac negatione dubitat *tr. feud. part. 1. quæſt. 8. num. 30.* pro affirmativâ hanc adducit rationem, quòd vaſallus plus habeat Iuris in franco ſiue libero feudo, quàm in feudo ſervitorio; proindeq; multò facilius frãcum refutare feudum poſſit. In confirmationem negantis ſententiæ aſportat hanc rationem, quòd feudum ſervitiis obnoxium ſervitutis redoleat ſpeciem, à quâ ut ſe liberet vaſallus impediri non debeat, ſecus eſſe in feudo franco. Cæterùm negante opinione rejectâ, patrocinari affirmativæ dubito nihil, his rationum momentis, quòd nuſquam in feudorum libris feudum

dum francum excipitur à Regulâ de refutatione feudi; quòd item feudum francum in nullo differt ab aliis feudis, quàm quòd à ſervitiis liberum eſt, per text. *in Tit. 48. de feud. non habente propriam feud. natur. verſ. ſed qualitercunque lib. 2. Feud.* quòd denique feudum omne, & maximè francum feudum eſt beneficium, *Tit. 23. in quib. cauſ. feud. amitt. lib. eod. Feud.* Nemo autem beneficio, & commodo ſuo renunciare prohibendus eſt, *l. ſi quis in conſcribendo, 51. C. de Epiſc. & Cler. l. pen. C. de pact. & l. ſi Iudex 41. ff. de minoribus.*

Non imminuit hoc aiens pronunciatum 91
noſtrum ratio, quâ Curtius utitur, etſi enim feudum francum à ſervitiis ſit liberum, attamen liberum non eſt à fidelitatis obligatione, quoties enim feudum in uno alteratur, naturam ſuam propriam in cæteris omnibus retinet, *d. Tit. 48. verſ. ſed qualitercunque ubi Feudiſtæ lib. 2. Feud.*

In quæſtionem vocatur & illud, an etiam 92
ligium feudum, domino invito, vel proximo agnato domino inconſulto refutari poſſit? Doctores negant, quos ſequitur Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 2. concl. 4. num. 4. & cap. 9. membr. 1. concl. 51. num. 10.* Ratione utuntur hâc, quod vaſalli ligii perſona ſpecialiter ſit obligata. At quia nec feudum ligium uſquã in feu-

in feudorum libris excipitur à regulâ de feudi refutatione, conſequens ei eſt, quòd & hoc feudum contineatur ſub textu *in Tit. 38. & Tit. ſeq. in princ. lib. 2. Feud.*

Non tuetur interpretum opinionē ratio, quâ ipſi nituntur: Etſi enim ligius vaſallus contra omnē hominem nullo excepto fidelitatem domino debeat, & unius tantùm domini non pluriũ eſſe poſſit vaſallus, per text. *in Tit. 99. in extraord. cap.* Ex eo tamen non ſequitur, quòd ſuum hoc feudum refutare nequeat per regulā: cum feudum in uno alteratur, retinet propriam ſuam naturam in cęteris omnibus, *d. Tit. 48. lib. 2. Feud.*

93 Poſtremò non eſt hoc loco omittenda quęſtio hæc; ſi vaſall⁹ domino, vel agnato omnia ſua refutet feuda, an impropria quoq; feuda ſua refutare intelligatur? Schrad. *tr. feud. part. 2. c. 4. n. 69.* negativæ inhæret, arg. *c. cum. dilecti, Extr. de donationib.* Cui ſentētiæ lubēs ſubſcribo, quoad feudũ francum, & cætera feuda impropria, quæ ipſi vaſallo chariora ſunt. In generali enim ſermone & obligatione non cōtinentur ea, quæ veriſimiliter quis translatur⁹ nō eſſet, *l. obligatione. 6. ff. de pign. & hypoth. & Tit. 26. ſi de feud. defunct. content. ſit int. dom. & agn. §. in generali, lib. 2. Feud.* In cæteris feudis impropriis Schraderi opinionem generalem non admitto.

Nec

Nec movet me text.*in d.c.cum dilecti, Extr.de donationib.* nam eo tantùm probatur hæc noſtra ſentẽtia de feudo franco, his verbis: Hæc fuit mens, & intentio donatoris, ut clauſula inſtrumenti de foreſta non ad ſuperiorem donationem, quæ tam libera & pura fuit, ut im̃unis eſſet ab omni vexatione, & cõſuetudine ſeculari, ſed ad inferiorẽ cõceſſionẽ, quę penſionẽ, & determinationem habet inſertã.

Neq; etiam ꝓbat generale Schraderi dictũ Iuris illa maxima, ꝙ in contractibus, & omnibus aliis diſpoſitionib. verba ꝓpriè accipienda ſunt, nec à propriâ verborum ſignificatione in dubio ſit diſcedẽdum, *c.ad audientiã*, ubi Abbas *Ext.de decimis, l. 3. §. hæc verba, ubi* Bart. *ff.de negot.geſt.* Nam feudi appellatio non eſt propria feudo tantùm ꝓprio, ſed cum feudo im̃proprio cõmune. At differũt hæc duo feuda non appellatione, ſed tantùm naturâ, ut arguit text.in *d. Tit. 48.de feudo non habente propr.feud natur. lib. 2. Feud.*

Octavò fœmina Feudi capax, abſque ſuâ culpâ jus feudi amittit, cum per fratrem, aliumve agnatum à ſucceſſione in feudum excluditur, per text. in *Tit. 6. Epiſcop. vel Abbatem feud. dare non poſſe. §. quietiam, lib. 1. Feud.* ubi ICtus Feudiſta, ſi quis, ait, eo tenore feudum acceperit, ut eius deſcendentes maſculi, & fœminæ illud habere

poſſint, relicto maſculo, ulterius fœminæ non admittuntur.

95 Cæterùm quæſtionis eſt admodum controverſæ, an fœmina, quæ ſemel ſuccedente maſculo excluſa fuit à feudo, cenſeatur in perpetuum excluſa, ita ut nec poſtmodum deficiente maſculo jus ſuccedêdi in feudum recuperet? Aientem ſententiam amplectuntur Dd. communiter, quos referunt & ſequuntur Andr. Tiraquell. *in l. ſi unquam 8. in verb.* ſucceperit liberos, *num. 195. C. de revoc. donat.* Menoch. *conſ. 1. n. 458. & ſeq.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. pract. obſ. 148. n. 1.* Ludolph. Schrad. *tr. feud. part. 7. cap. 4. num. 83.* Probat eandem Frider. Schenck Baro à Tautenberg *in d. Tit. 6. §. quinetiam, lib. 1. Feud.* & Fachin. *lib. 7. controverſ. Iur. cap. 45.* Facultas quoque Iuridica Ingolſtadenſis in causâ quâdam conſulendo, ob regulã perpetuæ excluſionis ita pronunciandum putavit, ut teſtatur Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 7. concl. 44. num. 15.* Sequitur item hanc ſententiam Cameræ Imperialis, ut patet ex ſymphoremate votorum Cameralium relatione & voto *21. ſub parte 1. Tom. 2. votorum n. 4. & ſeqq.* & teſtatur Andr. Knichen *tr. de veſtiturarum pact. cap. 3. num. 301. & ſeqq.* Tùm etiam Compilator deciſionum Cameralium, in verb. Feudum; Similiter Henric.

Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 7. concl. 44. n. 15.* In Camerâ, ait, Imperiali aliquoties judicandò approbata videtur communis hæc ſententia.

Item habeo, inquit, ex viris fide dignis, & ſenibus, & quondam Aſſeſſoribus in aliis cauſis pro perpetuâ excluſione eandem Cameram judicaſſe, eamque ſententiam amplecti ſolere.

Nuper quoque Anno ſcil. 1612. die 22. Ianuarii juxta hanc ſententiam pronunciavit Camera Imperialis, in causâ Electoris Moguntini contra die Naſſauw: Wißbadiſche Fräwlin.

Neganti verò opinioni inhærent plures alii, inter quos Iohann. Fichard. *in addit. ad communes opiniones* per Iohann. Baptiſtam à Villalobos *collectas, ſub lit.* F. ubi ſcribit, ſe hâc opinionem tanquam veriorem, & æquiorem aliquoties conſulendo ſequutum fuiſſe, eam autem ſequutus fuit *conſ. 6. & conſ. 14. n. 4. vol. 1.* Similiter hanc amplectitur opinionem Mynſing. *cent. 5. obſ. 74. num. 1.* ubi ait, certò ſe credere, hanc ſentẽtiam Iure veriorem, & æquiorem eſſe. Weſemb. quoque *tr. de feud. cap. 6. num. 23.* opinionem hanc ut æquiorem conſulendo, & judicando ſequendam eſſe autumat. Hartman. Piſtoris *lib. 2.*

Iur.quaſt.36.num.11.& ſeqq.part.poſteriori. Petr. Heig.*quaſt.26.part.1.* Vulteius itidem *Tr.feud. lib.1.cap.9.n.52.in fine*, dicit, quòd meminerit ſecundum hanc opinionem aliquoties Collegium ICtorum in Academiâ Marpurgenſi reſpondiſſe. Id quod etiam apparet *ex conſ.20. n.66. conſ.21.n.2.conſ.23.n.24.vol.1.conſ.18.n.52. & conſ.26.n.63.& ſeqq.vol.2.conſilior. Marpurg.*

96 Diſpiciendum igitur utra opinio firmioribus munita ſit rationibus. Affirmativę maximi ponderis argumenta patrocinatur. Primò defenſatur ea textū *in d.Tit.6.§. Quinetiā*, ibi, relicto maſculo, Vlterius fœminæ nō admittuntur *lib.1.Feud.* qui text⁹ duplex ſuppeditat argumentum, unū his verbis, RELICTO MASCULO, alterum adverbiali hâc dictione VLTERIUS. ICt⁹ Feudiſta, relicto, ait, maſculo fœminæ non admittuntur, duo illi abſoluti ablativi, RELICTO MASCULO; quorum alter nominis eſt, alter participii, conditionē deſignant, *l.à teſtatore 109.ff.de condit. & demonſtr.l.4.§.1.ff. quib.mod.pign. vel.hypoth. ſolu.l.accepti 93.ff.adL.* Falcid.*Rubr.ff.ſoluto matrimonio.* Burſat.*conſ.155.n.4.lib.2.* Ioann. Coraſ.*in l.2.§.eiectis,ff. de orig.Iur.* Crotus *conſ.138.in princ.* & Ioann. Borcholt.*in comment. in uſus feud. cap.3. num.8.* Et conditio, quæ ex ablativis abſolutis inducitur, maiorem habet vim, quàm alia quævis conditio, Bart.*in l.fideicommiſſa,§.*

cum

cum eſſet, ff. de leg. 3. l. 1. §. qui habebat, num. 4. verſ. nunc ad propoſitum, ff. de bonor. poſſ. contr. tab. & in l. 2. §. ult. n. 2. ff. ad SCtum Tertull. Menoch. *lib. 2. conſilior. conſ. 152. num. 10.* ubi alios ita ſentientes allegat. Quando autem ſemel extitit, & purificata fuit conditio, ſub quâ removetur vocatus, amplius non, admittitur, qui ita vocatus fuit, *l. ex facto 17. §. ſi. quis autem ſemel ſuſceperit, & l. heredibus 77. in princ. ff. ad SCtum Trebell. l. ſi quis heredem 7. &* ibi Alex. Iaſon, Dec. & alii *C. de inſtit. & ſubſtit.* Confert *l. cum uxori. 4. C. quando dies legator. ced. l. ult. C. de indict. viduit. toll.* Tiraquell. *in repetit. l. ſi unquam 8. verb.* ſuſceperit liberos, *n. 187. & ſeqq. C. de revoc. donat.* Accedit huc, quod diſpoſitio pura, & conditionalis diſpoſitio purificata æquiparantur, *l. ult. §. 1.* ubi Ang. Paul. de Caſtro, Alexand. Aretin. Iaſon. *ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* Dec. *conſ. 480. col. 1. n. 613. col. 2. n. 677. col. 1.* Tiraquell. *de Retract. convent. in fin. n. 99.* Socin. Iun. *conſ. 69. n. 4. conſ. 94. n. 1. & conſ. 145. n. 13. lib. 3.* Menoch. *conſ. 568. n. 12. lib. 6.* Anthon. Peregrin. *de fideicomm. art. 43. n. 17.* Cum a. maſculi & fœminæ per inveſtituram ad feudum vocātur, hâc conditione ipſæ fœminæ vocatæ cenſentur, ſi tempore ſucceſſionis maſculi non extent, *Tit. 8. de ſucceſſ. feudi, §. filia,* ibi, ſuccedit filia filiis non extantibus *lib. 1. Feud. Titulo 17. de eo, qui ſibi vel heredi*

& Tit.

& Tit.ſeq. ibi, deficientibus maſculis, ad filias pertinebit, *lib.2.Feud.c.ſignificabit*, *Extr. de reſcript.* Purificata igitur eâ conditione per maſculi exiſtentiam, & ſucceſſionem, perindè eſt, ac ſi fœminæ ab initio ad feudi ſucceſſionem vocatæ non fuiſſent.

97 Alterum argumentum ex *d. Tit. 6.§.quinetiam*, præſtat ut dixi, adverbialis illa dictio ULTERIUS. Relicto maſculo, ait ICtus, ULTERIUS fœminæ non admittuntur. Quod ſi illâ tantùm primâ vice, quâ maſculus adeſt, & in feudum ſuccedit, fœminæ ex inveſtiturâ feudi capaces non admitterentur, deficiente verò poſtea maſculo illo, ad ſucceſſionem feudi fœminæ antea excluſæ, admitti deberent, non addidiſſet ICtus Feudiſta vocem ulteriùs, (cùm nihil fruſtrà in diſpoſitione aliquâ poni debeat) ſed dixiſſet ſimpliciter, relicto maſculo fœminæ non admittuntur.

Adverbium à, illud ULTERIUS, omne futurum ſignificat tempus; unde convincitur, quòd fœmina per maſculum à feudo ſemel excluſa, nullo unquam tempore futuro ad feudi ſucceſſionem denuò admittatur, maximè cùm adverbium illud ULTERIÙS alibi etiam omne denotet futurum, & quidem perpetuum tempus, *c. cum acceſſiſſent*, *verſ. fuit inſuper*, ibi, ne primiceriatus dignitas

eſſet

eſſet ulteriùs in Eccleſiâ, *verſ. quocirca mandamus*, ibi, ne ulteriùs in Tullenſi Eccleſiâ primiceriatus eſſet officium, *Extr. de Conſtitut. & l. 3. in fin.* ibi, poſt hanc verò temporis definitionem nulli movendi ulteriùs facultatem patere cẽſemus, *C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Adhæc ipſo Iure prorſus ſublatum, & extinctum cenſetur, quod dictione Vlteriùs adimitur, ut alios ſequutus tradit Tiraquell. *in d. l. unquam, 8. in verb.* reuertatur, *num. 129. C. de revoc. don.* Ipſo autem Iure extinctum planè, & ſublatum quod eſt, denuò non reviviſcit, etiamſi cauſa, ob quam extinctum & ſublatum quid eſt, poſteà ceſſet, *l. cum ex cauſa. 9. & l. ult. C. de remiſſ. pign. l. qui reſ. ſuas, 98. §. aream 8. ff. de ſolut. & l. 2. & l. 3. C. de poſthum. hered. inſtituend. l. q. ex liberis 11. §. teſtamẽto, ff. de bonor. poſſ ſecund. tab. l. ſi pro patre 10. §. pen. ff. de in rem verſ. l. qui liberatus 12. ff. de adopt. l. in rem 23. §. item quacunque, verſ. & quòd ſemel, ff. de rei vind. Inſtit. de exheredat. liberor. in princ.*

His argumentis duobus accedit tertium 98 ex eodem *Tit. 6. §. ult. verſ. ult. lib. 1. Feud.* ubi ICtus Feudiſta, Et his, ait omnibus caſibus feudum amittitur, & ad dominum revertitur. Eſt hæc clauſula generalis, quæ concernit omnes caſus ſub illo Titulo ſexto propoſitos, quibus feudum aliquibus adquiri poſſe negatur.

negatur. Quemadmodum igitur ſimilis clauſula ſub pximè præcedenti Titulo quinto, §. *his omnibus caſibus*, continet omnes caſus præmiſſos, quibus feudum amittitur, ita & hujus Tituli ſexti clauſula iſthæc, reſpicit caſus omnes, quibus eo titulo feudum capere poſſe quidam negantur, & feudum reverti ad dominum dicitur: Clauſula enim in fine propoſita, ad omnia præcedentia extenditur, *l.* 1. *& ibi* Iaſon *C. de liber præter.* Schrad. *conſ.* 12. *num.* 54. *vol.* 1.

Quemadmodum ergò feudum conceſſum à Prælato in reb. Eccleſiæ, non ſolitis in feudum dari, Iure non adquiritur accipienti, ſed ad Eccleſiam revertitur, qui primus eſt d. Tituli ſexti caſus: Et ſicuti mutus, qui nullo modo loquitur, non retinet feudum, id eſt, non ſuccedit in feudum, ſed ad dominum illud revertitur, nullis extantib. agnatis aliis ex primo adquirēte deſcendētibus, q tertius eſt eiusdem Tituli caſus: ita nec fœmina, præter maſculos ad feudi ſucceſſionem vocata, maſculo relicto feudi Ius retinet, ſed ab eo excluditur, in tantum, ut licet maſculus ille poſtea ſine filiis moriatur, minimè tamen idem Ius recuperare ea fœmina poſſit, cùm illud ad dominum revertatur, qui medius eſt illius Tituli caſus.

Inter

Interdum quidem clauſula in fine poſita, non refertur ad præcedentia omnia, putâ ſi aliqua probabilis ratio id fieri diſſuadeat, ut volunt Dd. quos memorat Iacob. Schultes *in locis ſuis communib. verb.* Clauſula, *n.* 38. Atqui nulla hîc eiuſmodi ratio apparet, quinimò adſunt hîc ſub *d.* §. *Quinetiam* argumenta, quæ ſuadent omninò, ut clauſula iſthæc ad omnes illos præmiſſos caſus tres extendatur, de quibus argumentis dixi hactenus.

Iohannes quidem Niellius *diſput. feud.* 5. *ad* θ. 4 *ſub lit. c.* opinatur dictum §. *Quinetiam* perperàm & loco alieno ppoſitum eſſe inter cauſas amittẽdi feudum, Sed hanc ipſius opinionẽ divinatoriã planè reſpuit particula Quinetiam, quæ ſuâ naturâ præcedẽtium eſt ampliativa, & extenſiva, quæ implicat majora expreſſis, quæ præcedentib. addit, quæq; ad caſum magis dubitabilem ſequentem extendit, vt docui meo in tractatu *de Inveſtitura feudi, cap.* 5. *num.* 77. 99

Quemadmodum igitur in principio Tituli illius præmittitur caſus, quo feudum non adquiritur illi, cui ab Eccleſiæ Prælato in rebus Eccleſiæ non dari ſolitis in feudum, conceſſum fuit: Ita multò minus fœminæ, per maſculum ſemel à feudi ſucceſſione ſubmotæ amplius adquirere idẽ feudũ poſſunt, ut per

dictio-

dictionem QUINETIAM & textum §. illius abundè ſignificatur.

Nec eſt putandum, compilatores placitorum feudalium adeò fuiſſe ſtolidos, ut non viderint, apto vel inepto loco pronunciatum illud propoſuerint.

100 Adjungi quoque poteſt tribus ſuperiobus argumentis, pro affirmativâ opinione & hæc ratio quarta ex textu *in Tit. 104. Caſus quibus fœmina in feudum ſuccedit* §. *item ſi quis, in Extraord. cap.* deprompta, verba textus hæc ſunt: ſuperſtite maſculo ex eo, qui primus feudum adquiſiuit, fœminæ excluduntur, ſcil. in caſu ibi propoſito, quo quis feudum ita adquiſivit, ut in illud mares & fœminæ ſuccedant. Textus ait, fœminæ excluduntur, excludi autem verbum eſt privativum, & dicitur à ſucceſſione excludi, qui in perpetuum ab eâ ſubmovetur, *l. vnic.* ibi Fiſco excluſo, *C. unde vir & uxor, l. ſi pœnas, 23. §. 1. ff. de in offic. teſtam. l. cum in antiquioribus 19. verſ. ſi enim ipſe*, ibi, Is cum ſucceſſione ſuâ ab huiuſmodi beneficio excludatur, C. *de iur. deliber.* facit *l. 1.* ibi, poteſt enim excludere per hanc exceptionem, *ff. famil. erciſc. & l. 2. ff. de except.*

101 Ceſſat hîc itaque conſideratio Dn. Vultei *tr. feud. cap. 9. num. 53. pag. 445.* ubi diſtinguit inter non admiſſionem & excluſionem fœminæ; Re-

næ; Relicto maſculo, ait, non admittitur ulteriùs fœmina, per text. *in d. Tit. 6. §. Quinetiam*, at non dicitur, ait, in eo textu, vel alibi in feudorum Iure, quòd excludatur fœmina maſculo relicto. Verùm enim verò excludi fœminam per maſculum oſtendit diſertè allegatus ille textus in *d. Tit. 104. §. item ſi quis, in Extraord. cap.* Et quod ibi eſt excludi, id ipſum eſt ulteriùs non admitti in *d. Tit. 6. §. Quinetiam*, ut proprietas dictionis VLTERIùs abundè arguit.

Sed quartum hoc argumentum duobus modis extenuare intendit Dn. Vulteius *d. cap. 9. num. 53.* Primò dicit, certum & firmum non peti argumentum ex *d. Tit. 104. §. item ſi quis*, hâc de cauſâ, quòd textus Tituli illius authenticus non ſit. At licet non diffitear, extraordinariorum capitulorum textus haud eſſe authenticos, quia tamen ad declaranda feudorum placita ordinaria non parum conducunt, Hartm. Piſtor. *lib. 1. quæſt. iur. quæſt. 13. num. 59. quæſt. 15. num. 45. & quæſt. 34. n. 33.* authoritas ipſorū omninò reijcienda non eſt. 102

Deindè ſcribit dicto loco Dn. Vultei. textum *in d. Tit. 104. §. item ſi quis.* loqui de ſucceſſione in feudum, non de Iure ſuccedendi in feudum, ſucceſſionem autem à Iure ſuc-

cedendi eſſe diverſam, & fœminas à ſucceſ-ſione feudi per mares excludi, non verò ex-cludi à ſuccedendi Iure, quod ſalvum reti-neant in futurum. Verùm enimverò in feu-dorum libris ſucceſſionis voce, non ipſum duntaxat actum ſuccedendi, atq; ita factum aliquod, ſed jus quoque ſuccedendi ſignifi-cari arguit Rubric. & Textus *Tituli 8. de ſuc-ceſſione feudi, lib. 1. Feud.* & Rubr. *Tit. 11. de ſuc-ceſſ. fratr.* itemque Rubr. ac text. *Tit. 50. de na-tura ſucceſſ. feudi lib. 2. Feud.* Sic aliàs etiam in Iure noſtro non ſolùm SUCCESSIONIS nomen, *l. hereditas nihil aliud, ff. de Reg. Iur.* ſed & alia eius generis nomina verbalia non facti, ſed Iuris ſignifiationem habent, ut OBLIGATIONIS nomen, *§. 1. Inſt. de obl. & act.* Item ACTIONIS nomen, *§. 1. Inſt. de action.* & nomen poſſeſſionis *l. 3. §. bonorum igitur, ff. de bonor. poſſ.*

103 Quintò robur adfert communi huic Dd opinioni, text, in *Tit. 17. de eo qui ſibi, vel here-dib. ſuis*, ibi maſculis, vel his deficientibus fœ-minis, *& Tit. ſeq.* ibi, & maſculis deficientibus fœminæ, *Tit. 30. de feud. fœm.* ibi, deficientibus maſculis ad filias pertinebit, *lib. 2. Feud.* qui-bus locis omnibus diſertè dicitur, quòd feu-dum, pro maſculis, & fœminis adquiſitum, ad fœminas pertineat maſculis defi-

cien-

cientibus. Vocantur igitur fœminæ ad feudi ſucceſſionem ſub hâc conditione, ſi maſculi deficiant. Duo enim illi abſoluti ablativi maſculis deficientibus, conditionem inducunt, ut ſuprà oſtendi ſub primo communis opinionis argumento. Hâc ergò conditione, ut diſpoſitionis causâ ceſſante, ut ſi non deficiant maſculi, ſed extent, & in feudum ſuccedant, non cenſentur vocatæ fœminæ, cùm conditio diſpoſitionis defecta, ceſſare ac evaneſcere penitus diſpoſitionem faciat, & pro eâ habeatur, ac ſi nunquam facta eſſet, *l. qui heredi 44. §. ult. ff. de cond. & demonſtr. l. 1. ff. de donat. l. 1. § ſin autem ſub aliquâ conditione, C. de caduc. Toll. l. generaliter 6. §. ſin autem, C. de Inſtit. & ſubſtit.* Hartm. Piſtor. alios referens *lib. 4. quæſt. Iur. quæſt. 9. n. 63. & ſeq.* Hondedæ. *conſult. 82. num. 13. vol. 2. part. 5.* Dicitur autem deficere in ſucceſſionis materiâ, non qui ſuccedit, & poſt ſucceſſionem moritur, ſed qui moritur antequam ſuccedat, vel qui delatæ ſucceſſionis tempore non extat, *l. ſi in teſtamento 5. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. qui ſemel 53. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. hered. l. quod ſi alterutro 78. ff. ad L. Falcid. l. unic. §. ſin autem ad deficientis perſonam. C. de caduc. toll.*

Si igitur maſculus ſuccedat in feudum, quod deficientibus maſculis conceſſum fuit

minis, perindè habetur fœmina, ac ſi penitus ad feudi ſucceſſionem non fuiſſet vocata. Quod enim ſub conditione eſt datum, ſub contrariâ conditione non cenſetur datum, *l. quibus 40. §. quidam Titio, & l. aliquando 107. ff. de condit. & demonſtr.* Crauett. *conſ. 744. n. 4.* &. Donell. *lib. 14. comment. cap. 16. & ſeq.* Et ſufficit, conditionem ſemel tantùm extitiſſe, ut aliquis jure penitus excludatur, *per l. 3. ubi Dd. C. de liber. & poſth.*

104 Poſtremò cùm feudum ita alicui conceſſum fuit, ut illius maſculi & fœminæ in illud ſuccedant, fœminæ maſculis ſubſtitutæ cenſentur, ita ut ſolùm deficientibus & non extantibus maſculis ſuccedere poſſint fœminæ, ut arguit text. in *d. Tit. 30. de feud. fœmin.* ibi, deficientibus filiis ad fœminas pertinebit feudum, *lib. 2. Feud. & Tit. 8. de ſucceſſ. feudi,* ibi, tùnc ſuccedit filia, filiis non extantibus *lib. 1. Feud.* Subſtitutionis autem natura hæc eſt, quòd ipſa evaneſcit, & penitus expirat, quando ſuccedit inſtitutus, cui ſubſtitutio facta fuit, *l. poſt dictum 5. C. de impub. & aliis ſubſtit. l. 3. l. quamdiu 69. in princ. ff. de adquir. vel amitt. hered.* Licet ergò maſculus, qui in feudum ſucceſſit, poſtea ſine prole maſculâ decedat, ad fœminam tamen denuò non pertinet

net feudum, in quo ipſa maſculo ſubſtituta, & per eum ſuccedentem excluſa fuit.

Atque hæc ſunt argumenta, quibus commune Dd. pronunciatum de perpetuâ fœminarum excluſione præclarè, maximeque munitum puto.

Contrariæ opinionis fundamenta nunc 105 ſubiiciam: In Feudorum Iure nuſquã aiunt diſpoſitum reperitur, quòd fœminæ à feudi ſucceſſione per maſculum ſemel excluſæ, in perpetuum excluſæ maneant. Sed fundamentum hoc deſtruunt omninò textus & rationes pro communi ſententiâ hactenus adductæ.

Deinde ex *Tit. 8. de ſucceſſ. fœm. §. filia verò,* 106 *lib. 1. Feud.* ita argumentantur illius opinionis defenſores; ICtus Feudiſta ſcribit, quòd filia ſuccedat in feudum, filiis non extantibus. Ergò cum filius, qui ſuâ ſucceſſione à feudo filiam ſubmovit, poſtea non extat, ſed abſq; prole maſculâ deceſſit, in eius locum ſuccedit filia, licet antea per filiũ ſubmota fuerit. Verùm reſpõderi poteſt, quòd plus ſit in cõſequente, quàm antecedente. Antecedens loquitur de filiis non extantibus tempore, quo deceſſit pater vaſallus, filiâ relictâ, atque ita de filiis, qui nunquam ſucceſſerũt in feudum, ut diſertè arguunt verba text. *in d. §.*

filia verò, ubi particula Tunc conſideranda eſt, & ad caſum ibi propoſitum referenda ac reſtringenda. Eſt enim dictio illa reſtrictiua, quæ diſpoſitionem ad caſum reſtringit propoſitum *l. 4. §. ult. ff. de condit. & demonſtr. l. huiuſmodi 64. ff. de verb. obl. l. in ſubſtitutione 31. in fin. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Decian. *reſp. 1. num. 23. & ſeq. & num. 192. vol. 1. & reſponſ. 10. num. 20. & 21. vol. 3.* Menoch. *conſ. 52. num. 168. lib. 1. & conſ. 152. num. 41. lib. 2.*

Conſequens verò eſt de filiis non extantibus eo tempore, quo agnatus deceſſit, putà frater, qui antea in feudum ſucceſſit, & ſororem excluſit, de quo caſu non loquitur ICtus Feudiſta *in d. §. filia verò.*

107 Adhæc nituntur tex: u in *Tit. 17. de eo qui ſibi, vel heredib. ſuis, verſ. non enim patet, & verſ. ſeq. lib. 2. Feud.* ubi Feudiſta, non patet, ait, locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inveſtitus, & paulò poſt in ſeq. verſic. Miles, ait, non debet feudum ſuum per fœminam recognoſcere, donec ſupereſt maſculus ex eo, qui primam inveſtituram fecit. Vrgent dictionem Donec, quæ non penitus removere, ſed tantùm ſuſpendere actum videtur. Atqui dictio illa Donec in ejuſmodi aliquâ diſpoſitione conditio-

ditionem inducit, *l. ſi quis, 9. §. ſi oleum 3. ff. de dolo l. fœmina 8. verſ. parentes verò, ff. de Senatorib. l. legatum 17. in princ. ff. de annuis legat.* Tiber. Decian. *reſponſ. 9. num. 18. & reſp. 129. num. 21. vol. 3.* Hondedæ. *conſult. 82. num. 11. vol. 1. part. 5.* ut & dictiones TAMDIU, QUAMDIU, *l. pater Severinam, 101. §. ult. ff. de condit. & demonſtr.* quæ eiusdem ſignificationis ſunt cum dictione DONEC, ut arguit text. *in d. l. fœmina 8. verſ. parentes, ff. de Senator.*

Quando igitur ICtus Feudiſta dicit: Non patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione donec maſculus ſupereſt: perindè eſt, ac ſi diceret, non patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione, ſi maſculus ſuperfuerit. Conditio autem exiſtens, diſpoſitionem penitus evaneſcere facit, & perindè habetur ac ſi nunquam facta fuiſſet, ut ſub quinto aientis opinionis argumento oſtendi. Cum ergò maſculi ſucceſſio fœminam ſubmovit ſemel, amplius non poteſt ea ſuccedere, licet poſtmodum maſculus, qui ſuâ ſucceſſione fœminam repulit, etiam ſine herede maſculo deceſſerit.

Eſt quidem natura, & proprietas dictionis DONEC, quòd non penitus removet 108
actum, ſed eum ſaltem ſuſpendit: Attamen nihilominus conditionalem facit diſpoſitio-

 nem,

nem, & denotat inchoationem, & finem conceſſi Iuris, Tiber. Decian, *d.reſp.129.n.21, vol.1.* Quando igitur ICtus *in d.Tit.17.* ſcribit, quòd non pateat locus fœminæ in feudi ſucceſſione DONEC maſculus ſupereſt, non penitus removet fœminam, ſed eius ſucceſſionem ſuſpendit, donec maſculus ſuccedat in feudum: ſuccedente igitur maſculo, finitur jus fœminæ, cùm ſub hâc conditione vocata cenſeatur ſi maſculus non extet, *d.Tit.8.de feudi ſucceſ.§.filia verò,verſ. tunc enim, lib.1. Feud.* Deficiente verò maſculo, locus fœminæ patet in feudi ſucceſſione, *d. Tit. 17. in princ. & Tit.18. lib. 2. Feud.* Quod enim ſub conditione datur, ſub contrariâ conditione adimitur, ut ſupra dixi *ex l.quibus 40.§.quidam Titio, & l. aliquando 107. ff.de condit.& demonſtr.* Et conditionali caſu exiſtente, quo ademptum quid eſt, perindè habetur conditionalis diſpoſitio, ac ſi non fuiſſet facta, ut præter textus in eandem hanc ſententiam ſupra adductos, arguit etiam diſertè *l.pecuniam 36. ff. de reb. cred.* ubi ICtus Iauolenus, ſi, ait, conditio non extiterit, perindè eſt, ac ſi nulla ſtipulatio interveniſſet. Idem ſcribit Paulus ICtus in *l. neceſſariò, 8. in princ.* ibi, ſiquidem defecerit conditio nulla eſt emptio, ſicuti nec ſtipulatio, *ff. de peric. & commod. rei*

vendit.

vendit. Succedente ergò in feudum maſculo, fœmina nullum amplius habet jus in feudo, cùm illud maſculi ſucceſſione prorſus, & omninò ſit extinctum.

Præterea contrariæ huic opinioni funda- 109
mentum quidam ponunt *in Tit. 18. de duob. fratrib. à capitan. inveſtit. verſ. unuſquiſq; enim, lib.2. Feud.* ubi ICtus Feudiſta, unuſquiſque ait, ſibi ſuisq; hæredib. videtur proſpexiſſe. Sed nihil pronunciatum illud auxilii adfert opinioni huic. Quamvis enim generalis illa quædam ratio ſit deciſionis caſus ibi propoſiti, attamen generaliter extendenda eſt ad omnes ſimiles caſus, ubi ſcil. duo ſimul inveſtiti ſunt de feudo novo, ita ut in illud inveſtitorum filii & filiæ ſuccedant, proindeque uno inveſtitorum mortuo, relictâ ſolùm filiâ, & fratre ſimul inveſtito, non frater, ſed filia ſuccedat, quia huic frater defunctus ut filiæ ſuæ per inveſtituram, non fratri proſpexiſſe videatur.

Vlteriùs opinioni contrariæ robur adfer- 110
re & illud videtur, quòd in negocio Inveſtituræ, pater feudum adquirendo pro filiis, & filiabus, eâ fuiſſe cenſetur voluntate, ut filiis etiam poſt ſucceſſionem mortuis, locus ſit in feudi ſucceſſione filiabus, antea per maſculos excluſis, cùm præſumatur pater ratio-

ne pietatis voluiſſe liberos extraneo præferre, *l.cum avus 102. ff. de condit. & demonſtr. & l. cum acutiſſimi 30. C. de fideicomm. & l. generaliter 6. C. de inſtit. & ſubſtit.* Hoc argumento utuntur Franciſc. Sonsbec. *in comment. in uſus feud. part. 9. num. 134.* Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſt. Iur. quæſt. 36. num. 22.* Weſemb. *tr. de feud. cap. 6. num. 23.* Verùm in propoſito vim habet nullam, tùm quia diſpiciendum hîc non ſolùm quid pater adquirens ſenſerit, ſed & quid dominus beneficium concedens voluerit. Inveſtituræ enim pactum de ſucceſſione filiarum eſt duorum conventio, domini ſcil: & vaſalli placitum, *l. 1. §. 2. ff. de pact. iunct. Tit. 8. §. filia, lib. 1. Feud. & Tit. 17. cum Tit. ſeq. lib. 2. Feud.* Tùm etiam quia inveſtituræ pactum de filiarum quoque ſucceſſione eam admittit interpretationem, quæ feudorum Iuri conformis eſt, ſiquidem contrahentes & paciſcentes cum juris diſpoſitione ſe conformare voluiſſe cenſeantur *l. quæro 54. §. inter locatorem ff. locati.* Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſtion. Iur. quæſt. 41. numero. 23. & ſequent.* Eſt autem illud feudorum Iure diſpoſitum, ut extante, & ſuccedente maſculo, fœminæ in perpetuum à Iure ſuccedendi in feudum excludantur, ut textibus Iuris feudorum ſupra oſtendi.

Eodem

Eodem modo inſiſtere poſſumus contra Sonsbec. *in comment. in uſus feud. part. 9. n. 131.* & alios opinionis cõtrariæ defenſores, quando affirmant, quòd veriſimile non ſit, patrem qui tẽpore inveſtituræ habuit filium ad procreandam prolem ineptum, & ſimul filiam, voluiſſe, ut mortuo illo filio ipſa filia ſuccederet in feudum, quod pro liberis maſculis, & fœminis conceſſum fuit. Non enim hîc ſpectandum, quid pater primus adquirens ſeorſum ſenſerit abſque domini concedentis conſenſu, ſed quid feudorum placitis definitum ſit. Et removetur hæc de patris voluntate conjectura, quòd ipſe potuit ſperare de quodam alio maſculo ex matrimonio ſuo naſcituro, & in feudum illud ſucceſſuro, ac filiam excluſuro. 111

Adfertur à Sonsbeckio *d. part. 9. num. 132.* & Weſemb. *d. cap. 6. num. 23. verſ. quod ſi in feudorum.* pro negante opinione huiuſmodi quoque argumentum: Fœmina ſuccedit in fœmineum feudum deficientibus maſculis etiam illis, per quorum ſucceſſionem antea fuit ſubmota: ſuccedit ergò in feudum quoque maſculinum, pacto inveſtituræ pro maſculis, & fœminis datum, licet antea per maſculi ſucceſſionem ſubmota fuerit. Sed hoc argumentum à comparatis & connexis petitum ideò ponderis habet nihil, quod ante- 112

cedens

cedendi eſſe diverſam, & fœminas à ſucceſſione feudi per mares excludi, non verò excludi à ſuccedendi Iure, quod ſalvum retineant in futurum. Verùm enimverò in feudorum libris ſucceſſionis voce, non ipſum duntaxat actum ſuccedendi, atq; ita factum aliquod, ſed jus quoque ſuccedendi ſignificari arguit Rubric. & Textus *Tituli 8. de ſucceſſione feudi, lib. 1. Feud.* & Rubr. *Tit. 11. de ſucceſſ. fratr.* itemque Rubr. ac text. *Tit. 50. de natura ſucceſſ. feudi lib. 2. Feud.* Sic aliâs etiam in Iure noſtro non ſolùm SUCCESSIONIS nomen, *l. hereditas nihil aliud, ff. de Reg. iur.* ſed & alia eius generis nomina verbalia non facti, ſed Iuris ſignificationem habent, ut OBLIGATIONIS nomen, §. *1. Inſt. de obl. & act.* Item ACTIONIS nomen, §. *1. Inſt. de action.* & nomen poſſeſſionis *l. 3.* §. *bonorum igitur, ff. de bonor. poſſ.*

103 Quintò robur adfert communi huic Dd opinioni, text, in *Tit. 17. de eo qui ſibi, vel heredib. ſuis,* ibi maſculis, vel his deficientibus fœminis, *& Tit. ſeq.* ibi, & maſculis deficientibus fœminæ, *Tit. 30. de feud. fœm.* ibi, deficientibus maſculis ad filias pertinebit, *lib. 2. Feud.* quibus locis omnibus disertè dicitur, quòd feudum, pro maſculis, & fœminis adquiſitum, ad fœminas pertineat maſculis defi-

cien-

cientibus. Vocantur igitur fœminæ ad feudi ſucceſſionem ſub hâc conditione, ſi maſculi deficiant. Duo enim illi abſoluti ablativi maſculis deficientibus, conditionem inducunt, ut ſuprà oſtendi ſub primo communis opinionis argumento. Hâc ergò conditione, ut diſpoſitionis causâ ceſſante, ut ſi non deficiant maſculi, ſed extent, & in feudum ſuccedant, non cenſentur vocatæ fœminæ, cùm conditio diſpoſitionis defecta, ceſſare ac evaneſcere penitus diſpoſitionem faciat, & pro eâ habeatur, ac ſi nunquam facta eſſet, *l. qui heredi 44. §. ult. ff. de condit. & demonſtr. l. 1. ff. de donat. l. 1. § ſin autem ſub aliquâ conditione, C. de caduc. Toll. l. generaliter 6. §. ſin autem, C. de Inſtit. & ſubſtit.* Hartm. Piſtor. alios referens *lib. 4. quæſt. Iur. quæſt. 9. n. 63. & ſeq.* Hondedæ. *conſult. 82. num. 13. vol. 2. part. 5.* Dicitur autem deficere in ſucceſſionis materiâ, non qui ſuccedit, & poſt ſucceſſionem moritur, ſed qui moritur antequam ſuccedat, vel qui delatæ ſucceſſionis tempore non extat, *l. ſi in teſtamento 5. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. qui ſemel 53. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. hered. l. quod ſi alterutro 78. ff. ad L. Falcid. l. unic. §. ſin autem ad deficientiû perſonam. C. de caduc. toll.*

Si igitur maſculus ſuccedat in feudum, quod deficientibus maſculis conceſſum fuit

minis, perindè habetur fœmina, ac ſi penitus ad feudi ſucceſſionem non fuiſſet vocata. Quod enim ſub conditione eſt datum, ſub contrariâ conditione non cenſetur datum, *l. quibus 40. §. quidam Titio, & l. aliquando 107. ff. de condit. & demonſtr.* Crauett. *conſ. 744. n. 4.* &. Donell. *lib. 14. comment. cap. 16. & ſeq.* Et ſufficit, conditionem ſemel tantùm extitiſſe, ut aliquis jure penitus excludatur, *per l. 3. ubi Dd. C. de liber. & poſth.*

104 Poſtremò cùm feudum ita alicui conceſſum fuit, ut illius maſculi & fœminæ in illud ſuccedant, fœminæ maſculis ſubſtitutæ cenſentur, ita ut ſolùm deficientibus & non extantibus maſculis ſuccedere poſſint fœminæ, ut arguit text. in *d. Tit. 30. de feud. fœmin.* ibi, deficientibus filiis ad fœminas pertinebit feudum, *lib. 2. Feud. & Tit. 8. de ſucceſſ. feudi,* ibi, tùnc ſuccedit filia, filiis non extantibus *lib. 1. Feud.* Subſtitutionis autem natura hæc eſt, quòd ipſa evaneſcit, & penitus expirat, quando ſuccedit inſtitutus, cui ſubſtitutio facta fuit, *l. poſt dictum 5. C. de impub. & aliis ſubſtit. l. 3. l. quamdiu 69. in princ. ff. de adquir. vel amitt. hered.* Licet ergò maſculus, qui in feudum ſucceſſit, poſtea ſine prole maſculâ decedat, ad fœminam tamen denuò non perti-

net

net feudum, in quo ipſa maſculo ſubſtituta, & per eum ſuccedentem excluſa fuit.

Atque hæc ſunt argumenta, quibus commune Dd. pronunciatum de perpetuâ fœminarum excluſione præclarè, maximeque munitum puto.

Contrariæ opinionis fundamenta nunc 105
ſubiiciam: In Feudorum Iure nuſquā aiunt diſpoſitum reperitur, quòd fœminæ à feudi ſucceſſione per maſculum ſemel excluſæ, in perpetuum excluſæ maneant. Sed fundamentum hoc deſtruunt omninò textus & rationes pro communi ſententiâ hactenus adductæ.

Deinde ex *Tit. 8. de ſucceſſ. fœm. §. filia verò,* 106
lib. 1. Feud. ita argumentantur illius opinionis defenſores; ICtus Feudiſta ſcribit, quòd filia ſuccedat in feudum, filiis non extantibus. Ergò cum filius, qui ſuâ ſucceſſione à feudo filiam ſubmovit, poſtea non extat, ſed abſq; prole maſculâ deceſſit, in eius locum ſuccedit filia, licet antea per filiū ſubmota fuerit. Verùm reſpōderi poteſt, quòd plus ſit in cōſequente, quàm antecedente. Antecedens loquitur de filiis non extantibus tempore, quo deceſſit pater vaſallus, filiâ relictâ, atque ita de filiis, qui nunquam ſucceſſerūt in feudum, ut diſertè arguunt verba text. *in d. §.*

filia verò, ubi particula Tunc conſideranda eſt, & ad caſum ibi propoſitum referenda ac reſtringenda. Eſt enim dictio illa reſtrictiua, quæ diſpoſitionem ad caſum reſtringit propoſitum *l. 4. §. ult. ff. de condit. & demonſtr. l. huiuſmodi 64. ff. de verb. obl. l. in ſubſtitutione 31. in fin. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Decian. *reſp. 1. num. 23. & ſeq. & num. 132. vol. 1. & reſponſ. 10. num. 20. & 21. vol. 3.* Menoch. *conſ. 52. num. 168. lib. 1. & conſ. 151. num. 41. lib. 2.*

Conſequens verò eſt de filiis non extantibus eo tempore, quo agnatus deceſſit, putà frater, qui antea in feudum ſucceſſit, & ſororem excluſit, de quo caſu non loquitur ICtus Feudiſta *in d. §. filia verò.*

107 Adhæc nituntur textu in *Tit. 17. de eo qui ſibi, vel heredib. ſuis, verſ. non enim patet, & verſ. ſeq. lib. 2. Feud.* ubi Feudiſta, non patet, ait, locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inveſtitus, & paulò poſt in ſeq. verſic. Miles, ait, non debet feudum ſuum per fœminam recognoſcere, donec ſupereſt maſculus ex eo, qui primam inveſtituram fecit. Vrgent dictionem Donec, quæ non penitus removere, ſed tantùm ſuſpendere actum videtur. Atqui dictio illa Donec in ejuſmodi aliquâ diſpoſitione conditio-

ditionem inducit, *l. ſi quis, 9. §. ſi oleum 3. ff. de dolo l. fœminæ 8. verſ. parentes verò, ff. de Senatorib. l. legatum 17. in princ. ff. de annuis legat.* Tiber. Decian. *reſponſ. 9. num. 18. & reſp. 129. num. 21. vol. 3.* Hondedæ. *conſult. 82. num. 11. vol. 2. part. 5.* ut & dictiones TAMDIU, QUAMDIU, *l. pater Severinam, 101. §. ult. ff. de condit. & demonſtr.* quæ eiusdem ſignificationis ſunt cum dictione DONEC, ut arguit text. *in d. l. fœminæ 8. verſ. parentes, ff. de Senator.*

Quando igitur ICtus Feudiſta dicit: Non patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione donec maſculus ſupereſt: perindè eſt, ac ſi diceret, non patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione, ſi maſculus ſuperfuerit. Conditio autem exiſtens, diſpoſitionem penitus evaneſcere facit, & perindè habetur ac ſi nunquam facta fuiſſet, ut ſub quinto aientis opinionis argumento oſtendi. Cum ergò maſculi ſucceſſio fœminam ſubmovit ſemel, amplius non poteſt ea ſuccedere, licet poſtmodum maſculus, qui ſuâ ſucceſſione fœminam repulit, etiam ſine herede maſculo deceſſerit.

Eſt quidem natura, & proprietas dictionis DONEC, quòd non penitus removet actum, ſed eum ſaltem ſuſpendit: Attamen nihilominus conditionalem facit diſpoſitio- 108

nem, & denotat inchoationem, & finem conceſſi Iuris, Tiber. Decian. *d. reſp. 129. n. 21. vol. 3.* Quando igitur ICtus *in d. Tit. 17.* ſcribit, quòd non pateat locus fœminæ in feudi ſucceſſione DONEC maſculus ſupereſt, non penitus removet fœminam, ſed eius ſucceſſionem ſuſpendit, donec maſculus ſuccedat in feudum: ſuccedente igitur maſculo, finitur jus fœminæ, cùm ſub hâc conditione vocata cenſeatur ſi maſculus non extet, *d. Tit. 8. de feudi ſucceſſ. §. filia verò, verſ. tunc enim, lib. 1. Feud.* Deficiente verò maſculo, locus fœminæ patet in feudi ſucceſſione, *d. Tit. 17. in princ. & Tit. 18. lib. 2. Feud.* Quod enim ſub conditione datur, ſub contrariâ conditione adimitur, ut ſupra dixi *ex l. quibus 40. §. quidam Titio, & l. aliquando 107. ff. de condit. & demonſtr.* Et conditionali caſu exiſtente, quo ademptum quid eſt, perindè habetur conditionalis diſpoſitio, ac ſi non fuiſſet facta, ut præter textus in eandem hanc ſententiam ſupra adductos, arguit etiam diſertè *l. pecuniam 36. ff. de reb. cred.* ubi ICtus Iauolenus, ſi, ait, conditio non extiterit, perindè eſt, ac ſi nulla ſtipulatio intervenisſet. Idem ſcribit Paulus ICtus in *l. neceſſariò, 8. in princ.* ibi, ſiquidem defecerit conditio nulla eſt emptio, ſicuti nec ſtipulatio, *ff. de peric. & commod. rei vendit.*

Digitized by Google

vendit. Succedente ergò in feudum maſculo, fœmina nullum amplius habet jus in feudo, *cùm* illud maſculi ſucceſſione prorſus, & omninò ſit extinctum.

109 Præterea contrariæ huic opinioni fundamentum quidam ponunt *in Tit. 18. de duob. fratrib. à capitan. inveſtit. verſ. unuſquiſq; enim, lib. 2. Feud.* ubi ICtus Feudiſta, unuſquiſque ait, ſibi ſuisq; hæredib. videtur proſpexiſſe. Sed nihil pronunciatum illud auxilii adfert opinioni huic. Quamvis enim generalis illa quædam ratio ſit deciſionis caſus ibi propoſiti, attamen generaliter extendenda eſt ad omnes ſimiles caſus, ubi ſcil. duo ſimul inveſtiti ſunt de feudo novo, ita ut in illud inveſtitorum filii & filiæ ſuccedant, proindeque uno inveſtitorum mortuo, relictâ ſolùm filiâ, & fratre ſimul inveſtito, non frater, ſed filia ſuccedat, quia huic frater defunctus ut filiæ ſuæ per inveſtituram, non fratri proſpexiſſe videatur.

110 Vlteriùs opinioni contrariæ robur adferre & illud videtur, quòd in negocio Inveſtituræ, pater feudum adquirendo pro filiis, & filiabus, eâ fuiſſe cenſetur voluntate, ut filiis etiam poſt ſucceſſionem mortuis, locus ſit in feudi ſucceſſione filiabus, antea per maſculos excluſis, cùm præſumatur pater ratio-

ne pietatis voluiſſe liberos extraneo præferre, *l. cum avus 102. ff. de condit. & demonſtr. & l. cum acutiſſimi 30. C. de fideicomm. & l. generaliter 6. C. de inſtit. & ſubſtit.* Hoc argumento utuntur Franciſc. Sonsbec. *in comment. in uſus feud. part. 9. num. 134.* Hartman. Piſtor. *lib. 1. quæſt. Iur. quæſt. 36. num. 22.* Weſemb. *tr. de feud. cap. 6. num. 23.* Verùm in propoſito vim habet nullam, tùm quia diſpiciendum hîc non ſolùm quid pater adquirens ſenſerit, ſed & quid dominus beneficium concedens voluerit. Inveſtituræ enim pactum de ſucceſſione filiarum eſt duorum conventio, domini ſcil: & vaſalli placitum, *l. 1. §. 2. ff. de pact. iunct. Tit. 8. § filia, lib. 1. Feud. & Tit. 17. cum Tit. ſeq. lib. 2. Feud.* Tùm etiam quia inveſtituræ pactum de filiarum quoque ſucceſſione eam admittit interpretationem, quæ feudorum Iuri conformis eſt, ſiquidem contrahentes & paciſcentes cum juris diſpoſitione ſe conformare voluiſſe cenſeantur *l. quæro 54. §. inter locatorem ff. locati.* Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſtion. Iur. quæſt. 41. numero. 23. & ſequent.* Eſt autem illud feudorum Iure diſpoſitum, ut extante, & ſuccedente maſculo, fœminæ in perpetuum à Iure ſuccedendi in feudum excludantur, ut textibus Iuris feudorum ſupra oſtendi.

Eodem

Eodem modo inſiſtere poſſumus contra 111
Sonsbec. *in comment. in uſus feud. part. 9. n. 131.* & alios opinionis cōtrariæ defenſores, quando affirmant, quòd veriſimile non ſit, patrem qui tēpore inveſtituræ habuit filium ad procreandam prolem ineptum, & ſimul filiam, voluiſſe, ut mortuo illo filio ipſa filia ſuccederet in feudum, quod pro liberis maſculis, & fœminis conceſſum fuit. Non enim hîc ſpectandum, quid pater primus adquirens ſeorſum ſenſerit abſque domini concedentis conſenſu, ſed quid feudorum placitis definitum ſit. Et removetur hæc de patris voluntate conjectura, quòd ipſe potuit ſperare de quodam alio maſculo ex matrimonio ſuo naſcituro, & in feudum illud ſucceſſuro, ac filiam excluſuro.

Adfertur à Sonsbeckio *d. part. 9. num. 132.* 112
& Weſemb. *d. cap. 6. num. 23. verſ. quod ſi in feudorum.* pro negante opinione huiuſmodi quoque argumentum: Fœmina ſuccedit in fœmineum feudum deficientibus maſculis etiam illis, per quorum ſucceſſionem antea fuit ſubmota: ſuccedit ergò in feudum quoque maſculinum, pacto inveſtituræ pro maſculis, & fœminis datum, licet antea per maſculi ſucceſſionem ſubmota fuerit. Sed hoc argumentum à comparatis & connexis petitum ideò ponderis habet nihil, quod ante-

cedens

cedēs enunciatum enthymematis illius non omnibus probatur Iuris Feudorum Interpretibus, inter quos Alvarot. *num. 2. verſ. fateor tamen, ad Tit. 30. de feudo fœmin. lib. 2. Feud.* Alciat. *conſ. 170. num. 3.* Menoch. *conſ. 400. n. 15.* & Ioh. Borcholt. *in comment. in conſuet. feud. cap. 7. Rubr. de ſucceſſ. num. 37.* Ex incerto autem axiomate connexio, & comparatio certa conſtitui non poteſt.

113 Conantur idem Hartman. Piſtor. *d. quæſt. 36. num. 14. & ſeqq:* & Petr. Heig. *d. quæſt. 26. num. 22. & ſeqq.* negans pronunciatum hâc tueri ratione, quòd Ius ſuccedendi illius, qui per alium in medio exiſtentem impeditur ſuccedere, non omninò extinguatur, ſed ad tempus ſolùm ſuſpendatur, etiam in feudis, *Tit. 14. & Tit. 30. lib. 2. Feud.* Quocirca licet fœmina per maſculum ſemel ſit ſubmota à ſucceſſione feudi, eodem tamen maſculo poſtea defuncto, ipſam denuò ad feudum admitti. At quia antecedens illud perpetuò verum non eſt, cùm ſubſtitutus per inſtitutum ſemel à ſucceſſione excluſus nunquam in poſterum admittatur, ut circa ultimum aientis ſententiæ argumentum docui, patet indè conſequens hoc ex illo antecedēte perperàm extrui: maximè cùm & fœmina in feudo pro maſculis & fœminis dato, ſubſtituta

tuta tantùm ſit maſculo, ut manifeſtum reddidi ſimiliter ſub eodem poſtremo argumento.

Nihil quicquam auxilii adfert contrariæ neganti opinioni, argumentum Petri Heigii *d. quæſt. 26. num. 16. num. 18. 19. & 49.* quod eiuſmodi eſt; Donec maſculus extat, non exiſtit caſus, quo ſuccedendi jus fœminæ competat: Non ergò dicitur excluſa à ſuccedendi Iure fœmina, quæ propter maſculum ſuccedere non potuit: proindè maſculo, per quem impedita fuit, mortuo, ad ſucceſſionem admitti debet, cùm jam caſus exiſtat, quo locus eſt ſucceſſioni fœminæ. 114

Sed licet inſignis armaturæ videatur eſſe hoc argumentum, nihil tamen re ipsâ ponderis habet. Fœmina enim ad feudi ſucceſſionem vocata, intelligitur vocata in proximum delatæ ſucceſſionis caſum, ſi eo caſu non extet maſculus, *d. Tit. 8. §. Filia, verſ. tunc enim, lib. 1. Feud.* Si concurrat eo caſu cum maſculo fœmina, vocatio ipſius fœminæ expirat, cùm hâc ſub conditione dicatur vocata, ſi maſculus non extet, ut ſuprà docui, quando igitur maſculus extat, evaneſcit fœminæ vocatio. Etſi ergò non exiſtat caſus, quo poſſit ſuccedere fœmina, cum maſculus extat, attamen nec poſtea exiſtere caſus poteſt, quo ſucce-

dat

dat ipſa, cùm penitus & omninò primo caſu, quo ſucceſſit maſculus excluſa ſit.

215 Idem Heig. *ead. quaſt. num. 33.* hoc argumento pro fœmina pugnat: Principis beneficium, (ut eſt feudum à Principe datum) perpetuò tributum cenſetur, *c. decet, Tit. de Reg. Iur. in 6.* Ergò non finitur feudum mortuo maſculo, qui fœminam ſubmovit, ſed tranſit illud etiam ad fœminam, à Principe ad ſucceſſionem in feudum vocatam. Atqui antecedens verum eſt in maſculis tantùm ex primo adquirente deſcendentibus, quamdiu adſunt maſculi eiuſmodi, admittuntur illi ad ſucceſſionem feudi, licet gradu ſint remotiſſimo à primo adquirente; licet item antea per proximiores agnatos fuerint remoti, *Tit. 50. de natura ſucceſſ. feud. lib. 2. Feud.* In fœminis autem falſum eſt antecedens illud: Hæ enim ſemel per maſculum ſubmotæ, in perpetuum excluſæ manent: Tùm quia illæ maſculis tantùm per inveſtituræ pactum ſubſtitutæ ſunt: Tùm etiam, quia vocatæ ſunt ad feudi ſucceſſionem per conditionem, ſi maſculus non extet, vel ſuperſit. Subſtitutus a. per inſtitutum ſuccedentem in perpetuum excluditur; & conditione exiſtente evaneſcit omninò diſpoſitio, ut ſupra docui. Eſt igitur & conſequens falſum.

Addu-

Adducitur pro negativâ & hoc argumentum: Feudum novum à duobus fratribus acceptum hoc pacto, ut alter alteri in illud ſuccedat, uno ſine prole maſculâ mortuo, tranſit ad alium, *Tit. 14. de Feud. Marchia, §. ſi duo, lib. 1. Feud.* Ergò etiam feudum pro maſculis & fœminis datum, mortuo ſine filiis maſculo feudi poſſeſſore, ad fœminam devoluitur. Sed argumentatio hæc propter quatuor terminos vicioſa eſt; & plus eſt in conſequente, quàm in antecedente. Antecedens eſt de pacto inveſtituræ, quo actum fuit, ut frater in novum feudum fratri ſine filiis mortuo ſuccedat. Conſequens verò non eſt de inveſtituræ pacto, ut fratri ſine filiis defuncto in feudum novum ſoror ſuccedat, ſed de pacto, ut defuncto maſculo, fœmina antea excluſa ſuccedat. Vnde quatuor illi apparent termini, atque inde perſpicitur quòd plus ſit in conſequente, quàm antecedente. Quòd ſi actum ſit inveſtituræ pacto, ut fratri ſine filiis defuncto ſuccedat ſoror, vi pacti huius ſoror ſuccedit fratri, per text. *in d. Tit. 14. §. ult. lib. 1. Feud.* 116

117 Adhæc Sonsbec. *d. part. 9. num. 134.* Weſemb. *tr. de feud. cap. 6. num. 23.* Hart. Piſtor. *d. quæſt. 26. n. 22. &* Pert. Heig. *d. quæſt. 26. n. 46.* neganti opinioni hâc ratione ſubveniẽdum putant:

putant: In oratione dubiâ & ambiguâ, benignior & humanior interpretatio ſumenda eſt, *l.ſemper in dubiis 56.ff.de Reg.Iur. & l.ubi eſt 21.ff.de reb.dub.* Ambiguus autem & dubius eſt textus *in d.Tit.6. §.quinetiam, lib.1.Feud.* humanius igitur, & benignius eſt, ut eius interpretatio pro fœminâ fiat. Sed neganda eſt aſſumptio; Textus enim illius §. ambiguus, & dubius non eſt, ut non modò teſtantur, quæ ſub primo aientis ſententiæ argumento protuli, ſed & oſtendunt planè cætera eiuſdem pronunciati fundamenta, ſuprà ordine adducta. Et certè iſthæc interpretatio contra fœminam dura & inhumana exiſtimanda non eſt, cùm ipſa feudorum natura originalis & generalis abiiciat à ſucceſſione fœminas, niſi nominatim, & expreſsè pacto inveſtituræ ad ſucceſſionẽ ſint vocatæ, *Tit.1.§. hoc autem notandum, Tit.8.§.filia verò, Tit.11.§.1.verſ. ad filias. Tit.50.lib.2.Feud.* Nicol. Mozz. *tr.de feud. cap. de naturalib.feudor.num.97.* Menoch. *conſ.148.num.2.* Decian. *conſ.24.num.1.vol.1.* Et licet etiam fœminæ vocatæ ſint ad feudi ſucceſſionem inveſtituræ pacto, attamen contra naturam feudi id factum dicitur, Socin. Iun. *conſ.65. numero 2.* Schrad. *conſ.12.num.2.verſ.imò contra naturam, vol.1.* Vnde fit quòd extantibus maſculis locus

cius non eſt fœminis in ſucceſſione feudi, *dict. Tit. 8. §. filia verò, lib. 1. Feud.* Sed tantùm maſculis deficientibus, *Tit. 17. & ſeq. lib. 1. Feud.* Atque adeò aſpernantur feudorum placita fœminarum ſucceſſionem, ut nec maſculos ex fœminis deſcendentes admittant, *d. Tit. 1. §. hoc autem notandum, lib. 1. Feud.* Non immeritò igitur fœminarum hanc vocationem feudorum Iura extinctam volunt, ſemel maſculo fœminam excludente, cùm unumquodque ſuam ad naturam facilè revertatur, *l. in tantùm 6. in princ. ff. de rer. diviſ. l. ſi unus 27, §. pactus ne peteret, verſ. quoties enim, ubi* Iaſon. *ff. de pact.*

Adducitur ab Hartmanno Piſtoris *d. quæſt. 36. num. 18.* in defenſionem negantis opinionis, & hoc argumentum: Maſculus quocunque gradu exiſtit, fœminæ præfertur *Tit. 8. §. filia verò lib. 1. Feud. & Tit. 51. §. ſimiliter. lib. 2. Feud.* Quocunque verò gradu deficit maſculus, ſuccedit ei in feudum fœmina, *Tit. 17. & Tit. ſeq. lib. 2. Feud.* Ergò ſuccedit quoque fœmina defuncto maſculo, per quem prius remota fuit. Sed negandum hoc conſequens, cùm nullam habeat confirmationem ex antecedente, Antecedentis pars altera loquitur de maſculo deficiente, conſequens verò de maſculo, qui non defecit, ſed extitit, & 118

in feudum ſucceſſit, Vnde quatuor judicantur termini, qui vicioſam reddunt argumentationem, ut ex Logicis ſcimus. Hic maſculus qui ſuccedit in perpetuum excludit fœminam, quum hæc ipſi ſubſtituta, & in eius locum vocata ſit hâc conditione: ſi maſculus non extet, ſi maſculus deficiat, ut ſupra docui.

Deficere in ſucceſſionis materiâ dicitur, non qui ſuccedit, & poſt ſucceſſionem moritur, ſed qui moritur antequam ſuccedat, vel qui delatæ ſucceſſionis tempore non extat, ut ſub quinto aientis ſententiæ argumento ex Iuris textibus oſtendi.

119 Adminiculum neganti enunciato adferre autumant Sonsbeck. *d. part. 9. num. 131.* Weſemb. *d. cap. 6. num. 23. &* Heig. *d. quaſt. 26. n. 34.* hanc quoque argumentandi rationẽ; Quævis diſpoſitio ita accipi debet, ne ſit inutilis, & icioſa, *l. ſi quando 109. in princ. ff. de leg. 1. l. 4. ff. de uſur.* Sed inveſtituræ diſpoſitio, ut feudum ad fœminas quoque tranſeat, inutilis & ocioſa eſſet, niſi fœmina ſuccedere poſſet maſculo, per quem prius ſubmota fuit; Ergò ne ocioſa, & inutilis ſit ea inveſtituræ diſpoſitio, ſuccedere poſſe debet fœmina & huic maſculo, per quem prius ſubmota fuit.

At

Ad neganda eſt aſſumptio: non eſt enim iſthæc diſpoſitio ocioſa & inutilis in caſu, quo maſculus cum fœminâ tempore delatæ ſucceſſionis non concurrit, ſed deficit & non extat: ſiquidem hoc caſu fœmina ex eâ diſpoſitione in feudum ſuccedat: Neque eſt inutilis & ocioſa in caſu, quo extat & ſuccedit maſculus: quippe cum vi diſpoſitionis illius excludatur fœmina, & quidem in perpetuum. Sic diſpoſitio teſtamentaria, quâ inſtituto heredi ſubſtitutus datur, non eſt inutilis & ocioſa, licet ſubſtitutus omninò, & penitus excludatur ſuccedente inſtituto, cùm excluſionem hanc operetur, operetur verò ſubſtituti ſucceſſionem deficiente inſtituto, *l. poſt dictam 5. C. de impub. & aliis ſubſtit. l. 3. l. quamdiu inſtitutus 69. ff. de adq. vel amitt. hered.*

Poſtremò confirmare, & munire obnituntur quidam negatam concluſionem hoc argumenti præſidio, quòd ceſſante causâ, ceſſet etiam effectus, *c. cum. ceſſante, Extr. de appellat.* 120

Ergò mortuo maſculo, cujus ſucceſſio cauſa fuit excluſionis fœminæ, ceſſat fœminæ excluſio, & patet ipſi locus in ſucceſſione feudi. Verùm illa Iuris regula in antecedente poſita, officium ſuum perdit, quoties cauſæ effectus jam conſummatus eſt,

& perfectus, ut latè oſtendit Tiraquell. *in Tr illius reg. ceſſante causâ, ceſſat effectus, limit. 12. num. 1. & ſeq.* Semel itaque excluſâ per maſculum fœminâ, licet maſculus poſtmodum decedat, fœmina tamen eadem denuò non admittitur. Quæ ſententia ut communis eſt, & recepta etiam in Camerâ Imperii, ita veriſſima, ut ex iis, quę hactenus ꝓlixâ hujus quæſtionis diſputatione adducta ſunt, intelligere promptum eſt, de iis tamen quibus contraria placet opinio, reverenter ſentiendum judico, ſed ita ut pluris mihi ſit veritas.

Atque hic modus quidam eſt, quo fœmina abſque ſuâ culpâ jus ſuccedendi in feudum amittit.

121 Nonò amittit Ius feudi abſque ſuâ culpâ mutus, ſurdus, claudus, cæcus, ſi naturâ hujuſmodi quodam vitio laboret, per text. in *Tit. 36. An mutus, vel alius imperfect. feud. retin. lib. 2. Feud.* Quo loco Oberti, & Gerardi aliorumq; opinio contraria prius relata improbatur, & poſterior ſententia admiſſa videtur; Tùm quia ibidem certâ ratione cõfirmatur, quæ hæc eſt, quòd hi imperfecti feudum ſervire non poſſunt; Tùm etiam quia ſimili exemplo Clerici, & fœminæ, quæ in feudum ſuccedere non poſſunt, comprobatur; Tùm poſtremò quia eadem poſterior opinio

nio purè & ſimpliciter proponitur *in d. Tit.6. §.mutus,lib.2.Feud.* his verbis: Mutus feudum retinere non poteſt, ſcil: qui nullo modo loquitur. Quod intelligendum de muto ſic nato, per text. in *d.Tit.36.lib.2.Feud.* & ſentit ita Hartman. Piſtor. *lib.2,quæſt. Iur. quæſt. 32. num.38.* & eum ſequutus Herman. Vultei.*tr. feud.lib.1.cap.9.n.64.pag.478.*

Ita quoq; diſtinguit Ius Saxonicum *libr. 1. ſpeculi Saxonici art, 4.* his verbis: Würdt ein Kindt gebohrn ſtumm/ſinn/oder witzloß/oder blindt/oder ſonſt vnvolkömlich an ſeinem Leibe/ das iſt woll Erbe zu Lande / aber nicht zu Lehenrecht/ hette aber ein man Lehen empfangen/ ehe er alſo gebrechlich worden wehre / daß verleührt er damit nit. Der Außſätzig Mann der empfehet gleicherweiſe auch kein Lehen/ noch kein Erbe / hat er aber daß empfangen vor der Seuche/ vnnd würdt darnach Siech/ er behelt es/vnd vererbt es auch/ als ein ander Mann. Conſonat daß Sächſiſche Lehen-Recht/cap. 30. his verbis: Man mag auch niemandt ſein Lehen nemmen darumb/ob er blindt iſt/ oder aber eines Gliedts darbet/noch vmb keiner handt Seuche. 122

Ratio diſpoſitionis hujus illa eſt, in muto, alioque imperfecto ſic nato; quòd primus feudi dator cenſetur hoc fuiſſe animo, quòd 123

ad primi adquirentis ſucceſſores naturâ habiles, & idoneos reſpectum habuerit; cùm quævis diſpoſitio de habilibus accipienda ſit, *l. ut gradatim 11. §. 1. ff. de muner. & honorib. l. ſi ſe 4. §. condemnatum, ff. de re iud. l. rei 2. §. ult. ff. de pœn. l. 1. §. ult. ff. ad SCtum Tertull.* In illis verò, qui adventitio eiuſmodi vitio laborant, ea videtur eſſe ratio, quòd fortunæ superveniens caſus patienter ferendus ſit, nec afflicto afflictio addenda, *l. Divus 14. ff. de offic. Præſid. l. tam dementis 27. C. de Epiſcop. audient. l. omnes 23. C. de pœnis. l. navis onuſtæ 4. §. quid ergò, ff ad L. Rhod. de iact. l. ult. §. ult. ff. de admin. & peric. tutor.*

124 Cæterùm diverſæ cùm ſint Interpretum opiniones, de intellectu *d. Tit. 36. Lib. 2. Feud.* ne quod dubium hîc relinquamus, diſpiciendum nobis eſt ulteriùs, num in *d. Tit. 36. in princ. lib. 2. Feud.* enunciatum prius, aut poſterius axioma Iure Feudorum ſit receptum. Prius hoc eſt: Mutus & ſurdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus, etiãſi ſic natus fuerit, totum feudum paternum retinebit. Poſterius illud eſt: Mutus, ſurdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus ita natus, feudum

retinere non poteſt. Hæc duo pronunciata inter ſe contraria ſunt; unum aiens, alterum negans. Sed utrum ſit receptum, non immeritò dubitatur. Duaren. *de feud. cap. 9. num. 15.* putat in dicto Titulo 36. referri tantum opiniones, nullam probari: ſequendum verò quod dicitur in *d. Tit. 6. §. Mutus, lib. 1. Feud.* Sed conjectura hæc mihi probabilis non videtur, eò quòd viriſimile non ſit, authorem Tituli illius nihil voluiſſe eo loco diſponere, ſed dubium relinquere lectorem.

Prius autem axioma illud admiſſum ex eo exiſtimari poteſt, quòd illud non modò Obertus & Gerardus, ſed & multi alii approbarunt: ut textus ait. Quò etiam facit, quòd in feudorum libris, quando ſententiæ proponuntur duæ eâdem in diſpoſitione, tunc prior approbata, poſterior rejecta cenſetur, Camerar. *in c. Imperialem, lib. 2. Feud. pag. 246.* Hartmann. Piſtor. *lib. 2. quæſt. Iur. quæſt. 25. numero 30. & quæſt. 32. numero 2.* Poſterius verò enunciatum quidam ſaltem receperunt, ut *Text. d. Tit. 36.* oſtendit. At poſteriorem hanc propoſitionem negantem placuiſſe authoribus Iuris feudorum, & obtinuiſſe convincitur partim ex eo, quòd

eo, quòd non ſimpliciter, ſed rationibus duabus confeſtim additis, munita eſt, partim quoque ex eo, quod in *d. Tit. 6. §. mutus, lib. 1. Feud.* ICtus ſcribit, quòd mutus, qui nullo modo loquitur, feudum retinere, id eſt, ſuccedere in feudum non poſſit.

Cujuſmodi eſt mutus, cui natura loquendi facultatem denegavit, ut antea dixi. Tertiò confirmat eandem hanc poſteriorẽ ſententiam, quòd mutus ita natus plerumque etiam ſurdus eſt, qui autem utroque hoc vitio laborat, ſervitia præſtare domino nequit: maximè in militiâ, à quâ dimittitur mutus ſurdus, *l. 4.* ibi, ante cauſariam miſſionem, *ff. de teſtam. milit.* Vigl. *in §. quin imò Inſt. de milit. teſtam.*

Comprobat inſuper concluſionem hanc & illud, quòd Gerardus Niger, licet quoque Gerardo cuidam adſcribatur opinio priori loco relata in *d. Tit. 36. lib. 2. Feud.* ſimpliciter poſteriorem amplectitur ſentẽtiam in *d. Tit. 6. §. mutus, lib. 1. Feud.* Qui liber primus conſarcinatus eſt ab ipſo Gerardo Nigro, ut ſentit ac docet Cujac. *in præfat. commentariorum in feuda in princ.* quem præter alios ſequitur quoque Ioann. Borcholt. *in comm. in conſuet. feudor. cap. 2. num. 28.* Poſtremò juvat idem hoc pronunciatum quòd Obertus de orto,

quiſi-

qui ſimiliter ut prioris ſententiæ comprobator citatur in *d. Tit. 36. in princ. lib. 2. Feud.* nuſquam duob. in libris ſuis, quos de feudorum Iure conſcripſit, eandem ſententiam propoſuit: quod certè non intermiſiſſet, ſi hâc in quæſtione diſſenſiſſet ab aliis feudorum Iuris authoribus, qui mutum, ſurdum, cæcum ita natum in feudum non ſuccedere ſentiunt, maximè cùm ex profeſſo duobus integris Titulis, nempè *Tit. 23. & Tit. 24.* de cauſ. amitt. feud. prolixè agat.

Duos conſcripſit de feudorum Iure libellos Obertus de Orto, ut arguit text. *in Tit. 1. in princ. & Tit. 23. in princ. iuncto Tit. ſeq. 24. §. Item qui dominum, verſ. Illud tamen non lateat,* ibi, ſicut in alio libello tibi ſcripſiſſe hoc credo, *lib. 2. Feud.* Prior ille libellus continetur ſub *Tit. 1. & ſeqq. Titt. uſque ad Tit. 23.* excluſivè, *lib. 2. Feud.* Poſterior libellus complectitur *d. Titulum 23. & ſeq. eiuſdem libri ſecundi*, ut ſentiunt ac docent Cuiac. & Ioann. Borch. ſupra dictis locis. Sed in nullo hoc libello (ut dixi) reiicit Obertus de Orto opinionem illorum, qui mutum, ſurdum, cæcum ita natum retinere feudũ negant. Aut igitur alius eſt Obertus, cujus fit mentio in *d. Tit. 36.* aut verò ſi idem eſt Obertus, veriſimile videtur, 125

H 5 quòd

quòd poſtmodum repudiarit opinionem in *d. Tit. 36. in princ.* propoſitam.

126 Nihil impedit hanc noſtram ſententiam, quòd præter Obertum, & Gerardum multi alii affirmarunt, mutum, ſurdum, cæcum, claudum retinere feudum, licet ita ſint nati. Quoſdam verò, atque ita pauciores, id negaſſe dicuntur in *d. Tit. 36. lib. 2. Feud.* Non enim ex multitudine authorum, quod melius, & æquius eſt, judicari debet, ſed ex rationibus etiam unius aliud ſentientis, ut ſcribit Iuſtinian. Imp. *in l. 1. §. ſed neque ex multitudine 6. C. de veter. Iur. enucl. & in orat. de concept. Digeſtorum. §. ſed neque 6.* Cùm igitur poſterior opinio propoſita in *d. Tit. 36.* munita ſit aliquot rationib. ordine adductis, prævaluiſſe eam dubitandum non eſt.

127 Neque etiam ab hâc me divovet opinione, quòd in feudorum libris eodem ſub Tit. propoſitis duabus contrariis vel diverſis ſententiis, poſterior rejecta, prior verò admiſſa, & recepta exiſtimatur. Id enim perpetuum non eſſe apparet ex conjunctione *Tit. 1. §. hoc quoque ſciendum, & Tit. 8. de ſucceſſ. feudi, §. hoc quoque obſervatur, lib. 1. Feud.*

128 Eſt & alia de *d. §. mutus, & d. Tit. 36.* opinio Interpretum Iuris feudorum. Plerique (inter quos etiam Fachin. *lib. 7. contro-verſ.*

verſ.Iur. cap. 34. verſ. ſeptimus ergò, & verſ.ult.) opinantur, hâc ratione in concordiam reduci commodè poſſe textum in d.Tit.6.§.mutus, lib.1.Feud. cum d.Tit.36.lib.2.Feud. Si dicamus ICtum Feudiſtam in d.Tit. 6. §. mutus, loqui de feudo novo; ſed Text. in d. Tit.36.in princ. de feudo paterno conceptum eſſe. Verùm enim verò hæc conciliandi ratio admittenda non eſt. Loquitur quidem disertè ICtus in d. Tit. 36. in princ. de paterno feudo, ſed de eodem quoque feudo exaudiendus eſt textus in d. Tit. 6. §. mutus, Primò enim omne feudum eſt paternum, quod Iure ſucceſſionis ad aliquem ex primo adquirente deſcendentem, ſi habilis eſt, & idoneus ad ſucceſſionem, pertinet, Tit.50.de natur. ſucceſſ. feudi, §. paternum autem voco, lib. 2. Feud.

Novum autem dicitur feudum, quod novâ inveſtiturâ à poſſeſſore adquiſitum eſt, 129
Tit. 3. in princ. verſ. Novi verò Tit. 32. qui teſtes ſint neceſſarij ad novam inveſtit. §. novam inveſtituram dico, & Tit. 18. de duob. fratrib. à Capit. inveſtit. ibi, de novo beneficio ſimul inveſtiti, lib. 2. Feud. De novo autem feudo ideo intelligi non poteſt text. in d. §. mutus, quòd quilibet dominus mutum quoque naturâ de feudo novo ſciens inveſtire poteſt, per text. in d. Tit. 3. §. perſonam verò. lib. 2. Feud. Hartman. Piſtor.

Piſtor. *lib 2. quæſt. Iur. quæſt. 32. num. 7.* Quod feudum ei denuò, ſine culpâ ipſius auferri nequit, *Tit. 21. de feud. ſine culp. non amitt. in princ. lib. 1. Feud.* Cùm itaque textus *in d. §. mutus*, ſit de feudo, quod auferri poteſt muto, qui omninò non loquitur, non poteſt accipi de novo feudo, quod ipſi muto novâ inveſtiturâ primò eſt datum.

130 Eandem hanc ſententiam confirmat & illud, quod ICtus in *d. §. mutus*, ſcribit, mutum retinere nō poſſe feudum: Authoribus autem Iuris Feudorum RETINERE, vel NON RETINERE FEUDUM eſt ſuccedere, vel non ſuccedere in feudum, ut patet *ex d. Tit. 36. lib. 2. Feud. & Tit 5. in princ.* ibi, retinetur, *lib. 1. Feud.* & tradit Hotom. *ad d. Tit. 6. §. mutus.* ut & Hartman. Piſtor, *d. quæſt. 32. num. 38.* tùm etiam Vultei. *de feud. cap. 9. num. 64. pag. 485. verſ. in* verbo igitur retinendi.

131 Ideò autem liberi maſculi ex primo adquirente deſcendentes ſuccedendo retinere dicuntur feudum, quòd ipſis quoque in primâ inveſtiturâ feudum fuit datum, *Tit. 23. In quib. cauſ. feud. amitt. §. ult. lib. 2. Feud.* In tantùm ut parens illud nullâ ſuâ ordinatione ipſis auferre, & in alios transferre queat, *Tit. 8 de ſucceſſ. feud. in princ. verſ. nullâ ordinatione, lib. 1. Feud.*

Cùm

Cùm igitur in *d.* §. *mutus*, quæſtio ſit, an naturâ mutus retinere feudum, id eſt ſuccedere in feudum poſſit, non eſt textus ille accipiendus de feudo novo, quod ipſi muto novâ inveſtiturâ ſit datum, ſed de paterno feudo, quod ab aliquo ex adſcendentibus adquiſitum fuit.

Verum igitur manet, quod mutus, ſurdus, claudus, cæcus à nativitate, non retineat feudum, id eſt, non ſuccedat in feudum, ſed jus feudi hoc vitio imbutus amittat.

Prædicta a. de naturâ imperfecto non procedunt in muto, qui tardè, vel impeditè loquitur, neque in ſurdo, qui tardè audit, neq; in claudo qui quidem lentè incedit, ſed nihilominus præſtare domino ſervitia poteſt. per text. *in d. Tit. 6. §. mutus, lib. 1. Feud.* junct. *Tit. 36.* ibi, quia ipſum ſervire non valet, *lib. 2. Feud.* Et ſentit alios ſequutus Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 7. concl. 28. n. 11.* 132

Quæ dicta ſunt hactenus de muto, ſurdo, cæco, claudo ita natis, exaudiri quoque debent, & multò magis intelligi de eo, qui naturâ mente captus, aut furioſus eſt, ut arguit text. in *d. Tit. 36.* ibi, vel aliter imperfectus, Item ibi, qui talis natus eſt, *lib. 2. Feud.* Eſt enim mente captus, ut & furioſus ad ſerviendum feudi domino ineptus, cùm ei neque 133

animo

animo ſuo conſilium, neque corpore auxilium utiliter præſtare poſſit, ad quæ tamen obligatus eſt domino ſuo vaſallus, *Tit. 6. de form. fidel.* ibi, in ſex prædictis conſilium, & auxilium domino præſtet, *lib. 2. Feud.*

Accedit huc, quòd talis eſſe debet vaſallus, ut in Curiâ domini inter pares Curiæ Iure ſtare poſſit, *Tit. 37. an ille, qui interfecit fratrem domini ſui, in princ.* ibi, ut in Curiâ amplius ſtare non poſſit. *lib. 2. Feud.*

134 Ipſorum autem Curiæ Parium tria ſunt munera, Primum ut novorum vaſallorum cooptationi, ſive inveſtituræ arbitri adſint, *Tit. 2. Tit 32. & Tit ſeq. §. 1. lib. 2. Feud.* Alterum ut rogati de Inveſtiturâ teſtimonium dicant, *Tit. 19. lib. eod. Feud.* Tertium ut feudalium cauſarum judicia exerceant, *Tit. 52. & Tit. 55. §. ult. lib. 2. Feud. Tit. 10. §. 1. Tit. 22. §. ult. lib. 1. Feud.* Cùm ergò furioſus, & mente captus ad hæc munera ſit ineptus, & inutilis, certè feudum retinere non poteſt.

135 Etſi verò naturâ imperfectus feudi Ius amittat, ſi tamen magnum ſit, & fructuoſum feudum, aliquid ipſi relinqui debet, unde ſe exhibere, & ſuſtinere poſſit, per text. *in d. Tit. 6. §. mutus, lib. 1. Feud.* Atque ita communiter ſentiunt Dd. quos citat Roſenth. *tr. feud. cap. 7. concl. 28. in addit. ſub. lit. aa.*

Quod

Quod verò attinet imperfectos, qui non à nativitate, ſed ex caſu & accidente prædictâ aliquâ imperfectione affecti ſunt, non amittunt illi jus ſuccedendi in feudum, ut cõmuniter exiſtimarunt authores Iuris feudorum omnes, ut convincitur ex *d. Tit. 36. lib. 2. Feud.* Ex quo loco intelligimus, de imperfecto naturâ contrarias fuiſſe authorum opiniones, de eo autem qui caſu imperfectus eſt, ſententias authorum fuiſſe concordes, ut arguunt ibi verba, etiamſi ſic natus fuerit, feudum paternum retinebit, Item verba, eum qui talis natus eſt, feudum retinere non poſſe. Dictio ETIAM eſt ampliativa, & extenſiva, Clement. *un. in fin. Tit. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fructuum, c. 2. Tit. de procurat. in 6. c. tanta, Extr. de Simoniâ,* Menoch. *de arbitr. iud. caſ. 68. num. 4. cent. 1. lib. 2.* Cravett. *conſ. 294. num. 7. verſ. ſeptimò pondero.* Et implicat caſum minus dubium, ac explicat caſum magis dubium, *l. illa verba 163. §. pueri, l. etiam aureos 59. ff. de Verb. ſign. l. extraneum. C. de hered. inſtit. & Rubr. Cod. Etiam per procur. cauſam reſtit. in integr. agi poſſe.* 136 137

Quocirca ſignificatur eâ dictione certum eſſe, imperfectos ex caſu feudum retinere, ſed

ſed hanc minimè dubiam ſententiā ampliaſ-ſe Obertum; Gerardum, & pluresalios etiam ad imperfectos naturâ.

Dictiones item EUM QUI, ſunt reſtri-ctivæ, & ſegregativæ, *l. à filio 15. §. teſtator*, ibi, eis mancipiis, quæ, & *§. Titia, ff. de aliment. & cibar. legat. l. ea tamen adiectio 46.* ibi, ea quæ, *ff. de legat. 3.* Bart. & reliqui Dd. *in l. ſtichum, qui meus erit. ff. de legat. 1.* Menoch. *conſ. 336. n. 2.* Decian. *Reſp. 92. num. 32. vol. 3.* proindè ſe-gregant, & diſtinguunt dicto loco imperfe-ctum naturâ, ab imperfecto ex accidente.

Qui ergò naturâ imperfectus eſt, non re-tinet feudum, ſed illud amittit; ex caſu au-tem imperfectus feudum retinet, id eſt, ſuc-cedit in feudum. Atque hinc manifeſtum evadit, omnes Iuris feudorum Authores in hac ſententiâ fuiſſe concordes, imperfectum ex accidente non amittere Ius feudi.

139 Ratio autem, cur imperfectus caſu quo-piam non amittat feudum, ſed in illud ſuc-cedat, cùm tamen pariter ut naturâ imper-fectus ſervitia domino præſtare nequeat, illa eſſe videtur, quòd perfectè abſque vitio corporis vel animi natus, ſtatim in primo ſui ortu, & nativitate ipſo habitu Idoneus fuit, proindeque jus feudi, quòd ipſi quoque in primâ inveſtiturâ beneficio domini conce-

dentis

dentis comparatum, & adquiſitum fuit, *d. Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud. & Tit. 8. in fin. princ. lib. 1. Feud.* radices in eius perſonâ ſolidè egit. Vndè ſuccedendo in feudum retinere illud dicitur, *in d. Tit. 36. ubi* Bald. *num. 5. lib. 2. Feud. & d. Tit. 6. §. mutus, lib. 1. Feud.* Sic ſuus etiam heres non adire hereditatem, ſed ipſo Iure heres exiſtere dicitur, cùm vivo quoque patre quodammodò dominus exiſtimetur, *§. ſui autem, verſ. ſed ſui quidem, Inſtit. de hered. qualit. & differ. l. in ſuis 14. ff. de ſuis & legit. l. ſi filius 16. ff. de lib. & poſth.*

Hæc autem ratio ceſſat in eo, qui naturâ imperfectus eſt, cum habitu nunquam idoneus fuerit ad capiendum Ius feudi, Bald. in *d. Tit. 36. num. 4. & 5. lib. 2.* Feud. Henricus à Roſenthal *tract. feud. cap. 7. concl. 27. num. 4. & 14.*

Sed quæri eleganter hoc loco poteſt, an quæ dicta ſunt de imperfecto ex accidente, procedant ſolùm in eo, qui in feudum ſucceſſit, ſed poſt ſucceſſionem factus fuit mutus, ſurdus, cæcus, claudus, furioſus, aut mente captus: an verò etiam de eo, qui antequam ſucceſſit, imperfectus fuit factus? Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſt. Iur. quæſt. 32. num. 21. 22. & maximè num. 41. & ſeqq.* Item Vultei. *lib. 1. de feud. cap. 9. num. 64. verſ. concludo igitur,* poſt 142

alios ſentiunt, imperfectum ex accidente non admitti ad feudi paterni ſucceſſionem, ſi antequam ſucceſſit, imperfectus ſit factus.

141 Verùm hanc concluſionem & placitis feudorum, & ipſi æquitati contrariam judico. Tùm quia perfectè natus, & abſque vitio corporis vel animi in hanc lucem productus, ex primâ patris inveſtiturâ, ac domini concedentis beneficio jus feudi ſolidè adeptus fuit, idque in eius perſonâ ſtatim in ipſius primo ortu firmiſſimè radicatum fuit, ut anteà docui ex textu in *d. Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud. & Tit. 8. de ſucceſſ. feudi, in princ. lib. 1. Feud.* Tùm quia ex caſu imperfectus, cuius Ius ex primâ inveſtiturâ comparatum fuit, generaliter retinere dicitur feudum in *d. Tit. 36. lib. 2. Feud.* Retinere autẽ feudum eſt ſuccedere in feudum, ut ſuprà expoſui. Si ergò ſuccedit in feudum ex caſu imperfectus, vera non eſt ſententia Hartmanni Piſtoris, Vultei, & aliorum, qui id negant. Tùm etiã quia iniquum eſſet, abſque culpâ auferre huic imperfecto Ius feudi, quod in ipſius perſonâ originaliter radicatum ſolidè fuit, per text. *in Tit. 21. lib. 1. Feud.* Tùm poſtremò quia ſi ante ſucceſſionem ex accidente imperfectus factus, non admitteretur poſteà ad ſucceſſio-

nem

nem in feudum, nulla eſſet omninò differentia inter naturaliter imperfectum, & imperfectum ex ſuperveniente caſu, ſive accidente, Cùm tamen Authores Iuris Feudorum accuratè diſtinguant inter eum, qui naturâ imperfectus eſt, & eum, qui caſuali, & fortuitâ imperfectione laborat. Illum non admitti ad feudi ſucceſſionem, hunc verò generaliter feudum retinere tradunt, nec diſtinguunt inter imperfectum, qui ante, vel poſt ſucceſſionem in hanc fortuitam inciderit calamitatem.

Si quis tamen ſuâ culpâ vel mutus, vel claudus ſit factus, ut ſi alicui ob crimen commiſſum lingua ſit præciſa, vel manus aut pes alter ſit amputatus, cujuſmodi pœnis quandoque ob criminis qualitatem locus eſſe poteſt, Novell. *134. cap. ult.* & Auth. *ſed novo Iure*, C. *de ſervis fugit.* non retinet feudum, non ſuccedit in feudum, Frideric. Schenck Baro à Tautenberg *ad d. Tit. 6. §. mutus*, & *ibid.* Paul. Picus, *num. 3. lib. 1. Feud.* Hartman. Piſtor. *lib. 2. Quæſt. Iur. quæſt. 32. numero* 4. Ludolph. Schrader. *tract. feud. part. 7. cap. 5. numero 32. verſ. niſi hic*, quam limitationem probat text. in *cap. damnum quod quis ſuâ culpâ*, *Titul. de Reg. Iur. in ſexto* 142

I 2 *& arg.*

& arg. l. qui proprio 46. §. item contra, verſ. pœnam autem, ff. de procurat. & l. ſi communis 9. verſ. ſui enim facti, ff. de noxal. action. & l. pen. in fin. C. de fideicomm. libertatib.

143 Quando autem mutus, ſurdus, claudus, cæcus ex caſu retinent feudum, ſervitia domino per ſubſtitutum præſtant, aut partem reditus feudalis ei ſolvere tenentur, per text. *in Tit. 54. in fin. & Tit. ſeq. §. firmiter etiam ſtatuimus, lib. 2. Feud.* Idque tradunt Iuris Feudorum Interpretes, quos collegit & ſequitur Henric. à Roſenth. *tr. de feud. cap. 8. concl. 8. in addit. ſub lit. L.*

144 Eſt & illa hujus loci controverſa, & anceps quæſtio: ſi dominus alicui ad ſerviendum idoneo per inveſtituram conceſſerit feudum novum; vaſallus autem hic novus poſt adquiſitum feudum ex caſu ſupervenienteimperfectus, & ad ſerviendum inhabilis ſit factus, an ob vitium hoc advētitium vaſallus feudum hoc novum amittat? Bald. affirmat *in d. Tit. 6. §. mutus, num. 2. lib. 1. Feud.*

145 Affirmant ibidem & alii Iuris Feudorum Interpretes penè omnes inter quos etiam Frideric. Schenck Baro à Tautenberg *num. 2. verſ. ſi verò obtinens feudum novum.* Amplectuntur quoque hanc ſententiam Hieron. Schurpff. *conſ. 24. n. 9. cent. 2.* Ioh. Schneidw.

17. de

tr. de feud. part. 6. cap. 3. num. 34. Vdalric. Zaſ. *tr. feud. part. 8. num. 68. in fin.* Ioann. Borcholt. *in comment. in conſuet. feudor. cap. 7. Rubr. de ſucceßione, num. 63. in fin.* Fachinæ. *lib. 7. controverſ. Iur. cap. 34. verſ. ſeptimus ergò.* Negant verò Paul. Picus *in d. Tit. 6. §. mutus, num. 11.* ubi ſcribit, quòd ſi mutus pro feudo novo ſervire per ſubſtitutum velit, non amittat hoc feudum, tùm etiam Hotom. *in d. § mutus, &* apertius, ac plurib. negant Hartman. Piſtor. *d. quæſt. 32. num. 21. & num. 37.* & Vultei. *libr. 1. de feud. cap. 9. num. 64. verſ. concludendo igitur.*

Aienti ſententiæ fundamentum ponitur *in d. Tit. 6. §. mutus lib. 1. Feud.* quem paragraphum interpretantur Feudiſtæ communiter de feudo novo, & quidem de vaſallo, qui poſt feudi huius adquiſitionem factus eſt mutus. Addunt & hanc rationem, quòd dominus feudum conceſſiſſe intelligatur hoc fine, ut novus vaſallus ſervitia præſtet; Hic igitur causâ ceſſante, ceſſare etiam conceſſionem feudi: quo argumento quò ad paternum feudum utitur quoque ICtus Feudiſta *in d. Tit. 36. lib. 2. Feud.* Annectunt & hoc argumentum à ſimili: vaſallus ſi Clericus fiat, amittit paternum feudum, Ergò vaſallus imperfectus ex caſu factus novũ ſuum amittit feudum ex hâc caſuali imperfectione, per text. in *d. Tit. 36. in fin. lib. 2. Feud.* 146

147 Cæterùm his argumentis nihil obſtantibus haud invitus ſubſcribo neganti opinationi. Tùm quia nuſquam in libris feudorum diſpoſitum legimus, quòd vaſallus novum ſuum feudum ob caſualem imperfectionem amittat, quare nobis illud affirmandum non eſt, per Novell. *18. cap. 5. l. illam 19. C. de collat.* Tùm quia abſque culpâ ſuâ propriâ nemo vaſallus feudum ſuum amittere debet, *d. Tit. 21. de feud. ſin. culp. non amitt. lib. 1. Feud.* Nullus enim pœnæ locus eſſe debet, ubi nulla præceſſit culpa, *l. ſancimus 22. C. de pœn. l. aliud eſt fraus 131. ff. de verb. ſign.* vaſallus itaque ex caſu abſque ſuâ culpâ imperfectus factus, novum ſuum feudum amittere non debet. Tùm etiam quia vaſallus ex accidente imperfectus feudi paterni Ius ob hanc imperfectionem non amittit, ſed in illud Iure ideò ſuccedit, quòd beneficio primæ inveſtituræ, & paternâ providentiâ in ipſius perſonâ Ius feudi illius radicatum fuit, ut ſuprà expoſui: Ergò multò minus novus vaſallus feudum ſuum novum, ex caſuali, & poſt adquiſitionem ſupervenientę imperfectione ſuâ amittere debet, Cùm non alterius putà paternâ operâ, ſed ſuo proprio ſtudio & labore hoc ſibi compararit feudũ. Tùm quia feudi privatio quæ-

dam

dam eſt pœna, cui locus non eſt, niſi aperto Iure ea ſit definita, Novell. *2. cap. 3. verſ. ſicut enim patres. l. & ſi quis 14. §. Divus 14. ff. de relig. & ſumpt. funer.* Bald. *in Auth. ex teſtamento, C. de ſecund. nupt.* Hartman. Piſtor. *d. quaſt. 32. num. 26.* Tùm etiam quia ſemel legitimè factum, ex ſuperveniente caſu tetractari, & in irritum reduci non debet, *l. 2. ff. de itinere actuque privato, l. donationes 31. ff. de donat.* Tùm poſtremò quia nulla probabilis reddi poteſt diverſitatis ratio, cur aliud in novo, aliud in paterno feudo ſtatuere debeamus. Quinimò major hîc in feudo novo conſpicitur ratio, quàm paterno in feudo: cùm, ut dixi, vaſallus novus ſuâ propriâ induſtriâ, & ſtudio novum ſibi comparaverit feudum, feudum verò paternum parentis induſtriâ, & providentiâ ſit adquiſitum.

Conſiderant quidem Interpretes duplicem rationem in feudo paterno; unam, quòd 148
majorum pacto & providentiâ liberis quoque maſculis adquiſitum ſit; alteram quòd Dominus ſucceſſorem ex primo adquirente deſcendentem ad feudum, ac fidelitatem admiſerit, proindeque licet poſt ſucceſſionem in hoc feudum ex accidente factus ſit imperfectus, id tamen ei noceat nihil, Alvarot. *num. 2. in fin.* Paul. Picus *num. 13.*

Frideric. Schenck Baro à Tautenberg *in d. Tit. 6. §. mutus, lib. 1. Feud.* & alii, quos citat Henric. à Roſenth. *Tr. feud. cap. 7. concl. 27. in addit. ad lit. L.*

Verùm hæc conſideratio in alterâ iſthâc ratione nihil hîc omninò operatur, cùm ex caſu imperfectus non amittat Ius feudi paterni, licet ante delationem, & ſucceſſionem feudi illius imperfectio illa caſualis obveniret ſucceſſori, ut ſuprà expoſui.

149 Non impedit negantem paucorum opinionem, aut confirmat aientē concluſionem cōmunem textus in *d. Tit. 6. §. mutus, lib. 1. Feud.* Nō enim exaudiri poteſt de novo, ſed tātùm de paterno feudo, ut ſuprà aliquot oſtendi rationibus, quando egi de ſententiâ *d. Tit. 36. lib. 2. Feud.* & conciliatione eiusdem Tituli cum *d. §. mutus.* Cui explicationi & intellectui textus illius, non refragatur generalis clauſula *dicto* §. *mutus*, confeſtim ſubjecta, hęc ſcil. Et his omnibus caſibus feudum amittitur, & ad dominum revertitur. Ex eâ enim neceſſariò inferendum non eſt, quòd Feudiſta in proximo §. *mutus*, de feudo agat novo, cùm intelligi poſſit haud abſurdè de caſu, quo ipſi naturâ muto agnati ex primo adquirente deſcendentes planè ſunt nulli; ſi-

li; ſicuti referenda etiam congruo intellectu ad caſus alios ſub eodem, & præcedenti titulo propoſitos, Hartman.Piſtor. *d.quæſt.31. num. 38. in fin. & 39.*

150 Nihil quoque roboris adfert communi Interpretum opinioni, quòd novus vaſallus ob caſualem etiam imperfectionem, feudum novum ſervire non poteſt; Non enim præciſè obligatus eſt vaſallus per ſe, & propriâ ſuâ perſonâ domino ſervitia præſtare, quando ipſe præter ſuam voluntatem ſervire domino impeditur, ut proximè docui ex *Tit. 54.in fin. & Tit.ſeq. §. firmiter, lib. 2. Feud.*

Denique nihil auxilii communi tribuit opinioni, quòd laicus vaſallus poſtea factus Clericus, feudum ſuum amittit. Qui enim laicus Clericalem aſſumit ordinem, ac habitum, propriâ ſuâ voluntate ſervitiis feudalibus ſe ineptum facit, non verò ille, cui invito adventitium poſt adquiſitum etiam novum feudum inſperatò obvenit imperfectionis vitium.

Non eſt hoc loco omittendum, quòd caſu imperfectus feudum quoque regale retinet, & ſuccedit in illud, ſed Curator ei adjungitur, per cuius ſollicitudinem, & providentiam ipſi imperfecto vaſallo Regi, Principi, aut Comiti, & eius ditioni conſulatur, 151

I 5 per

per elegãtem text. *in c. 2. § ult. ubi* Gl. in verb. Regis, *Tit. de ſupplend. neglig. Prælat. in 6. iunct. l. conſilio, in princ. ff. de Curat. furios. & aliis extra minor. dand.* Et ſentiunt ita Bald. *ad Tit. 36. lib. 2. Feud.* Frideric. Schenck. Baro *in d. Tit. 6. §. mutus, lib. 1. Feud.* Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 4. cap. 25. num. 64. & 65.* Nicol. Mozz. *de feud. Tit. de ſubſtant. feud. num. 68. verſ. ſed advertendum eſt,* Iohann. Borcholt *in comment. in conſuet. feud. cap. 7. Rubr. de ſucceſſ. feud. numero 63.* Conrad. Ritterſh. *in partit. feudalibus. lib. 1. cap. 15. numero 25. in fin.* & Henricus à Roſenthal *tract. feud. cap. 7. concl. 28. numero 9.*

152 In quæſtionem vocari hoc poteſt loco, an naturâ imperfectus retineat feudum francum, feudum item ex quo non perſonale præſtatur ſervitium, ſed pecunia ſolùm quotannis debetur? Feudiſtæ communiter affirmant, inter quos etiam Frideric. Schenck Baro in *d. Tit. 6. §. mutus, verſ. præfata locum vindicant, lib. 1. Feud.* Fachinæ. *d. quæſt. 34. verſ. Primus articulus,* & Hartman. Piſtor. *d. quæſt. 32. num. 14. verſ. unde etiam generaliter traditur.*

Verùm concluſio hæc non caret dubio: Vaſallus enim non ſolùm ad ſervitia domino præſtanda obligatus eſt, ſed plura alia eius

ſunt

ſunt munera, ſive officia, quæ ſub formâ fidelitatis continentur in *Tit. 5. 6. & 7. lib. 2. Feud.* quæque expoſui Tractatu meo de *Iure & commodo ſenioris, itemque vaſalli lib. 1. cap. 1. & 2.* ad quæ munera ineptus eſt vaſallus naturâ mutus, vel ſurdus cæcus, vel mente captus, aut furioſus. Quinetiam ſi ex eo, quòd ex feudo franco non debentur ſervitia, & ex feudo conditionato pecunia ſaltẽ vel reditus ſolvẽdus eſt, ſequeretur naturâ imperfectum ſuccedere in eiusmodi feudum, certè feudorum Iura, quæ naturâ imperfectos à feudi ſucceſſione arcent, redderentur eluſoria, ut animadvertit Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 7. concl. 28. num. 21.*

Adhæc naturâ imperfectus ſtatim in ſuo primo ortu & nativitate ipſo habitu inidoneus, & ineptus eſt ad præſtanda feudalitia munera, etiam ea, quæ præter perſonalia ſervitia vaſallus domino debet, ut ſunt conſiliis ſuis dominum inſtruere, incolumitatem, & ſalutem eius tutam, & integram ſervare, ſecuritatem ipſi procurare, & diſpicere ne juſtitiæ, vel honoris damnum patiatur dominus, & id genus alia in rebus, & negociis domini providere, per text. *in dict. Tit. 6. lib. 2. Feud* 153

Eſt & illud quæſtionis, ſi feudum guſtus, vel odorat' ratione datũ ſit, ſucceſſor a. vaſalli his ſenſib. ſit privatus, an Ius feudi amittat, 154

vel

vel retineat illud? Matth. de Afflict. ad *d. Tit. 6. §. mutus, num. 19. in fin. lib. 1. Feud.* ſcribit, hunc imperfectum perdere feudum prægustatorium, ut & vivanderium, Idem ſentit Bald. ibidem *numero 6.* ubi hanc addit rationem, quòd hæc officia per alium, ſubſtitutum ſcilicet, explicari non poſſint. His quoque aſſentire videtur Henricus à Roſenth. *d. concl. 28. num. 13.* Alvarot. verò, *dict. loco num. 6.* & eum ſequutus Ioann. Schneid *Tract. de feud. part. 6. num. 36.* idem tradunt, ſed loquuntur de eo, qui naturâ tali quodam ſenſu deſtitutus eſt, atque ita juxta textum in *d. Tit. 36. lib. 2. Feud.* diſtinguunt inter hujuſmodi imperfectum naturâ, & talem imperfectum ex accidente: Cui diſtinctioni & ego inhærendum judico, cùm placitis feudorum ſit conſona. Nec admitto, quod Bald. ait, his ſenſibus deſtitutum officium ſuum explicare per ſubſtitutum non poſſe, cùm ipſa experientia aliud teſtetur. Quòd ſi dominus nolit admittere ſubſtitutum, excuſatus eſt vaſallus: poſſet quoque ſe tueri annuatim ſoluendo dimidiũ reditus feudalis, quo dominus alium acceptabilem ad officium hoc conducat: Maximè cùm ad cætera in *d. Tit. 6. lib. 2. Feud.* expoſita feudalia officia idoneus maneat vaſallus.

Quæ-

Quæritur etiam an imperfectus retineat, 155
vel amittat feudum, quod adquirenti in remunerationem magni alicujus obſequii datum fuit, putà ob liberationem à latronibus vel hoſtibus? Si feudum ſit novum, imperfectus caſu abſque ſuâ culpâ non amittit illud, tùm quia feudorum Iura vetant, ut vaſallus abſque culpâ ſuâ feudum perdat, *d. Tit. 21. lib. 1. Feud.* Tùm etiam quia donatio irrevocabilis eſt, collata in eum, qui donatorem à latrunculis vel hoſtibus eripuit, *l. ſi pater 34. §. 1. ff. de donat.* Atque ita ſentiunt Bald. in *d. Tit. 36. an mutus vel imperfectus, num. 2. verſ. aut quid ſi tale ſit feudum: lib. 2. Feud.* Alvarot. *in d. Tit. 6. §. mutus, num 6. verſ. idem dicit ipſe, lib. 1. Feud.* & ibidem Baro à Tautenberg, *n. 2. verſ. aut ſi in remunerationem magni alicuius obſequij,* Sonsbeck. *in comment. in uſus feudor. part. 12. num. 136. verſ. fallit tertiò,* Schrader. *tr. feud. part. 7. cap. 5. num. 35. verſ. ſextò in feudum,* Henricus à Roſenth. *tr. feud. cap. 7. concl. 28. num. 23.* Multò magis ergò ex caſu imperfectus retinet hujuſmodi feudum, ſi fuerit paternum, per ea, quæ ſuprà de paterno feudo, & ex caſu imperfecto tradidi ex *Tit. 36. lib. 2. Feud.* Et de hoc feudo meritorio ita ſentiunt Schrad. & Henric. à Roſenth. dictis locis, quando ſcribunt in hoc feudum ſuccedere imperfectos.

De naturâ autem imperfecto dubitari poteſt, an paternum retineat feudum, id eſt ſuccedat in feudũ illud paternum, quod primo adquirenti ob meritum eiusmodi eſt datum? Id quod negandum puto: Tùm quia naturâ imperfectus habitus eſt ineptus & inidoneus ad poſſidendum feudum, ut ſuprà expoſui. Tùm etiam quia naturâ imperfectus fœminę comparatur quoad feudi retentionem *in d. Tit. 36. in fin. lib. 2. Feud.* Fœmina autem nõ ſuccedit in feudum, quod propter benemerita eſt conceſſum, Schrad. *tr. feud. part. 7. cap. 4. num. 59.* & ſcripſi rationibus additis tractatu meo quæſtionum controverſarum de Iure ſuccedendi in feudum *cap. 3. quæſt. 35.* Tùm poſtremò, quia naturâ imperfectus ne quidem emptitium retinet feudum, ut concludit Henric. à Roſenth. *d. concl. 29. num. ult.*

Non obſtat quòd donatio facta ei, qui donatorem à latrunculis vel hoſtibus eripuit, irrevocabilis eſt, *d. l. ſi pater 34. §. 1. ff. de donat.* Eſt enim hæc conditio féudi paterni, quòd in illud naturâ imperfectus non ſuccedit, quę conditio nuſquam in feudorum Iure limitatur in feudo, quod ob prædictum illud meritum primo adquirenti datum eſt.

356 Decimò abſq; ſuâ culpâ Ius ſuccedendi in feudũ, & feudum ipſum quod poſſidet amittit Cle-

tit Clericus, & qui votum religionis aſſumit, per text. in *Tit. 30. de feudo fœmina, verſ. ex hoc illud deſcendit*, ibi, Clericum nullo modo in beneficium paternum debere ſuccedere, *Tit. 21. de vaſallo milite, Tit. 26. ſi de feudo defuncti content. ſit int. domin. & agnat.* §. *qui Clericus efficitur, & Tit. 36. an mutus vel alius imperfectus, verſ. ult. lib. 2. Feud. & Tit. 109. in extraord. capit.* Atque hæc concluſio in Camerâ Imperiali comprobata fuit, ut teſtatur Mynſinger. *centur. 5. obſervat. 48. numero 8.* De eâ tamen non idem omnium eſt judicium, ut patet ex Fachinæo *lib. 7. controverſiar. Iur. cap. 35.* Hartm. Piſtoris *lib. 2. quæſtion. Iur. quæſt. 33.* & Henrico à Roſenth. *tr. feud. cap. 7. concl. 29. & ſeq.* Sed quicquid ſentiant alii, definitio hæc noſtra Iuris feudorum textib. modò adductis præclarè munita eſt.

Cui nihil obloquitur textus *in Tit. 40. de capitulis Corradi,* §. *itē ſi Clericus, lib. 2. Feud.* Quod enim ibi dicitur de Clerico feudum habente, non de paterno intelligendum eſt feudo, quod Iure ſucceſſionis ad Clericum pervenit, ſed de feudo novo, quod per novam inveſtituram Clerico & Eccleſiæ datum fuit, ut diſertè teſtantur verba, Beneficium habens à Rege datum, Et ſentiunt ita Sonſbeck. *in comment. in uſus feudor. part. 12. num. 143.* Curt. Iun. *Tr. de feud. part. 2. partis 3. num.* 157

23. in

23. in fin. Cujac. *in Tit. 21. de content. feudi inter dom. & agnat.* Ioann. Borcholt *in comment. in conſuet. feud. cap. 7. Rubr. de ſucceſſ. feudi, n. 62.* Herman. Vultei. *lib. 1. de feud. cap. 9. num. 67. verſ. non obſtant, quæ ſupra.* Sic licet fœmina non ſuccedat in feudum, quod primitùs ſoli maſculo datum fuit, *Tit. 8. §. filia verò, lib. 1. Feud.* Novum tamen feudum ei dari poteſt, *Tit. 30. de feudo fœminæ, & Tit. 50. de naturâ ſucceſſ. feudi, in princ. ibi,* vel niſi fœmineum, *lib. 2. Feud.*

158 Æquè non obſtat text. in *c. ex tranſmiſſa, 6. Extr. de foro competenti.* Aut enim cum Iohanne Borcholten *in comment. in conſuet. feud. cap. 7. Rubr. de ſucceſſ. feudi num. 62.* reſpondendum eſt, eo loco ſimiliter agi de vaſallo Clerico, qui de feudo novo primitùs inveſtitus fuit, Aut, quod magis placet, dicendum, in eo cap. non agi de feudo perſonæ Eccleſiaſticæ conceſſo, ſed de feudo ſeculari, quod vir nobilis Laicus conceſſit militibus laicis, ſub ArchiEpiſcopo Semonēſi habitantibus. Malè igitur ex eo capitulo infertur, quòd textus Iuris feudalis de Clerico ſint correcti Iure illo Canonico.

159 Tertiò nihil refragatur, quòd Clericus per ſubſtitutū ſervire feudum poteſt, Qui enim per ſe feudi incapax eſt, illi non permittitur ſervire

ſervire per ſubſtitutum, *Tit. 36. an mutus vel alius imperfectus*, Hartman. Piſtor. alios ſequutus *quæſt. 33. numero 5. & 10. lib. 2. quæſtionum Iuris.*

Quartò non juvat contrariam opinionem text. *in l. quisquis 16. & l. ad ſimilitudinem 21. C. de Epiſcop. & Cler.* ubi dicitur, quòd cenſiti coloni, & alii ſecularibus negociis occupati, ſi Clerici efficiantur, ſecularia illa negotia per ſubſtitutum expedire poſſint. Non inquam id obſtat, par enim ratio, & conditio non eſt colonoriorum negociorum, & officiorum feudalium. Hæc plerumque militaria ſunt, illa verò ruſtica: Hæc non ſolùm realia ſunt, ſed & fidei, conſilii, reverentiæ, & taciturnitatis obligatione continentur, *Tit. 6. lib. 2 Feud.* Illa verò tantùm ſunt realia. 160

Quintò nihil officit pronunciato noſtro argumentū Præpoſiti in *Tit. 1. §. Et quia, n. 34. in fin. & num. ſeq.* quòd abſurdè hâc ſententiâ Clericus avocaretur à Religione. Id enim negandum eſt planè, & dicendum, quòd ſi retineret feudum Clericus, à Religionis ſtudio ſe ipſum avocaret, ſiquidem eo tempore, quo munus ſuum feudi domino exequeretur, de quo in *d. Tit. 6. lib. 2. Feud.* debitum Eccleſiæ officium intermittere cogeretur, etiam quærendo ſubſtitutum domino acce- 161

ptabilem, & idoneum. Et qui factus eſt miles Chriſti, is omninò deſiit eſſe miles ſeculi, qualis eſt vaſallus, *d. Tit. 21. in fin lib. 2. Feud.*

162 Sextò non tuetur opinionem contrariam ratio eius Præpoſiti *in d. Tit. 1. §. & quia, num. 35. & 37. lib. 1. Feud.* hæc ſcilicet, quòd libertas & favor Eccleſiæ diminueretur, ſi vaſallus aſſumendo religionis habitum, amitteret feudum. Eſt enim ſententia hæc aliena à veritate, cùm nihil libertatis, aut favoris decedat Eccleſiæ, ſed privilegia ipſius ſalva nihilominus maneant omnia, licet Clericus non ſuccedat in feudum, neque illud retineat, ſed amittat. Et quia Eccleſia cultrix eſt & autrix Iuſtitiæ, nec patitur aliquid contra juſtitiam, & adverſus alium iniquè fieri, *Tit. 13. de alienat. feudi, §. ſed diverſum obſervatur, lib. 2. Feud.* non admittet etiam, ut feudi Domino quidpiam in ſervitiis, ac fidelitatis feudalitiæ partibus in *dicto Titulo 6.* propoſitis decedat.

163 Septimò nihil decerpit noſtræ concluſioni argumentum eiusdem Præpoſiti in *d. Titulo 1. §. Et quia, numero 37. 38. & ſeq. lib. 1. Feud.* hoc ſcilicet quòd Ius quæſitum in feudo, & eius retentionem ſuperveniens inhabilitas, qualem Clericatus adfert, non impediat. Quamvis enim quandoque id ve-

id verum ſit, ut quando vaſallus feudum poſſidens non ſuâ culpâ, ſed caſu imperfectus efficitur, *d. Tit. 36. §. quidam tamen, lib. 2. Feud.* Attamen in vaſallo qui Clericatum, aut Religionis votum ac habitum ſuâ propriâ voluntate aſſumit, non procedit, ut evincitur ex textu expreſſo *in d. Titulo 21. de vaſallo milite, qui arma bellica depoſ. d. Tit. 26. §. qui Clericus, & d. Titulo. 30. de feudo fœminæ, in fine,* ibi, & ſi quod habent, perdunt *libr. 2. Feudor.* Argumentum igitur illud ab inhabilitate caſuali, & fortuitâ, ad inhabilitatem voluntariam non procedit, *arg. l. ult. verſ. ſeparatum, ff. de calumniatorib.*

Octavò non deſtruit aſſertionem noſtram, quòd benigna ſit, & favorabilis opinio contraria, proindeque præferenda, *l. quoties 20. l. ſemper 75. l. veteribus 129. & l. eaquæ 192. §. in re dubia, l. in obſcuris 179. ff. de reg. Iur.* Hæ enim Iuris regulæ omnes loquuntur, & capiendæ ſunt de caſu dubio, proximè autem citata feudorum placita ſunt clariſſima, quocirca illis eſt inhærendum, quamvis videantur dura, & Clericorum favori adverſa, per text. *in l. proſpexit 12. §. 1. verſ. quod quidem, ff. qui & à quibus manumiſſ. lib. non fiunt.* 164

Nonò haud imminuit enunciatũ noſtrum 165

ratio Præpoſiti *in d. Tit. 1. §. Et quia, num. 46. lib. 1. Feud.* quæ hęc eſt: Nullam adeſſe cauſam, cur feudum, aut feudi Ius amittere Clericus debeat. Cauſa enim proponitur *in d. Tit. 21. lib. 2. Feud.* his verbis: Deſiit eſſe miles ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti: nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium. Conſonat text. *in d. Tit. 109. in Extraord. capit.* cuius verba hæc ſunt: Et Iure & moribus receptum eſt, vaſallum clericali ſe militiæ dedicantem feudum amittere, ſcriptum eſt enim in Divinis eloquiis; Miles Chriſti ſerviat Chriſto: milites ſeculi, ſerviant ſeculo. Eodem pertinet ratio hujus ſententiæ noſtræ propoſita in *d. Tit. 36. lib. 2. Feud.* hæc ſcil. quia ipſum (feudum puta) ſervire non poteſt.

166 Decimò Præpoſitus *in d. Tit. 1. § Et quia, numero 47. & ſequenti. lib. 1. Feud.* contra hanc quam defendimus opinionem argumentatur hunc in modum: Si Clericus amitteret feudum ſuum ob Clericatum, ſequeretur inde, quòd nec feudum novum clerico dari poſſet, ſed hoc dictu abſurdum, cùm novum feudum accipere poſſit Clericus, per textum *in Titulo 41. §. ult. lib. 2. Feud.* Quocirca ob clericatum non amittit Clericus feudum. At reſpondendum, quod in feudo novo alicui

con-

conferendo non diſtinguatur perſona accipientis, cùm & ſervus pro domini conferentis arbitrio de novo inveſtiri feudo poſſit, textus eſt *in Tit.3.§.perſonam verò lib.2.Feud.* at contra Domini & agnatorum laicorum voluntatem feudum paternum non pertinet ad Clericum, *d. Tit. 21. verſ. ſed. iudicatum eſt*, ibi, Domini vel agnati conditionem eſſe potiorem *lib.2.Feud.*

Vndecimò nihil facit negocii argumentum hoc, quòd dignitas operari non debeat diminutionem commoditatis, ex Iure provenientis, *l. ſenatores 11.ff.de Senatoribus*, Iaſon *in l.legata, num.9.ff.de legat.1.* Non enim ipſa Clericalis dignitas privat Clericum feudo, ſed perſonæ ad ſerviendum domino inhabilitas. 167

Cætera argumenta Præpoſiti *in d.Tit.1.§. Et quia num.31.& ſeq.lib.1. Feud.* levicula ſunt, & facilè dilui ex datis hactenus reſponſionibus ad ſuperiora argumenta poſſunt.

Plures quæſtiones de amiſſione feudi ob Clericatum huc pertinentes propoſui & expedivi in tractatu meo de Iure ſuccedendi in feudum *cap.3. quæſt.14. verſ.caterùm, & decem capp. ſeqq.*

168 Poſtremò abſque culpâ ſuâ propriâ amittit feudi Ius filius vaſalli ob delictum patris, ex quo pater amiſit feudum, text. eſt expreſſ. *in Tit. 26. ſi de feud. defuncti contentio ſit inter dominum, & agnatos, §. ſi vaſallus culpam, & Tit. 31. ſi vaſallus feudo priuetur, lib. 2. Feudorum.*

Alter

Alter TRACTATUS De FEUDI AMISSIONE ex Culpâ Vaſalli in perſonâ Domini commiſsâ.

SUMMARIA.

1. CVlpæ nomine in Tit. 21. & 23. §. ult. lib. 1. Feud. ſignificatur maximè dolus.

2. Vtrùm vaſallus ob latam culpam feudo pvivetur?

3. Culpa vaſalli conſiſtit tàm in committendo, quàm omittendo.

4. Vaſal-

3. Vaſallus quando in perſonâ domini committere dicatur culpam feudi privatione dignam.

5. Vaſallus domino inſidias ſtruens, feudo privatur, licet pœnitentiâ ductus, voluntatem delinquendi nón omninò conſummaverit.

6. Vaſallus cogitans quidem manus inijcere in perſonam domini, ſed pœnitentiâ ductus à propoſito deſiſtens, non exuitur feudo.

7. Vaſallus ad offendendum dominum paratus, ſed difficultate aut impotentiâ perficiendi impeditus, an feudo privetur.

8. Utrùm vaſallus multetur feudo ſi manum levârit ſupra dominum, non autem percuſſerit?

9. Manus adverſus aliquem minaciter levare, realis & gravis eſt injuria.

10. Solutio objectionis ex l. qui falſam 19. ff. ad leg. Corn. de fals.

11. Priveturnè vaſallus feudo, ſi in necem domini ſaltem juraverit, non autem ultra proceſſerit.

12. Vaſallus cum aliis in perniciem domini jurans, feudo punitur, licet in meris hujus voluntatis perſtiterit terminis.

13. & 14. Vaſallus caſtrum, Civitatem, vicum domini inſultans, privatur feudo, ſive ibi ad fuiſſet dominus, ſive non.

15. Senſus Tituli 5. §. ſimiliter, lib. 1. Feud.

16. Vaſallus caſtrum vel quem alium locum in quo moratur dominus, aſſiliens, non perdit feudum ſi ignoret ibi dominum eſſe.

17. Vaſallus amittit feudum ſi cum aliis de occidendo dominum tractaverit. Ampliatur licet poſt tractatum à propoſito abſtinuerit. num. 18.

19. Vaſallus conſilium præſtans alicui de offendendo dominum, an privetur feudo, etiamſi is cui præſtitit conſilium, etiam ſine ipſius conſilio hoc facturus fuiſſet?

20. & 21.

20. & 21 Vaſallus commodans arma, civitatem, Caſtrum, vel domum ſuam ei qui in necem domini rebus illis uſus fuerit, quatenus feudo privetur.

22. Vaſallus excidit feudo ſi hoſtibus domini annonam præbuerit, aut viam, vel ſaluum conductum per loca ſua conceſſerit.

23. Vaſallus ſecreta domini pandens amittit feudum.

24. Vaſallus ſcribens de ſecretis domini ad hoſtes ipſius, ſcriptas tamen literas non mittens, liber eſt à feudi privatione.

25. Si Vaſallus ab hoſte domini ſui literas acceperit, quibus domini propoſitum ſibi explicari petiit, id verò dominum celaverit, num feudo ſit privandus?

26. 27. & 28. Vaſallus Feudi domino atrocem injuriam ſive per ſe, ſive per alium ingerens, feudo exuitur.

29. Si vaſallus delator domini extiterit, & ex ſuâ delatione eum grave diſpendium ſuſtinere fecerit, feudo privatur.

30. Quis dicatur hîc delator.

31. Vtrum vaſallus ob hanc delationem ſuo excidat feudo, licet probaverit intentionem ſuam?

32. & 33. Diluitur objectio ex l. eum qui 18. in princ. ff. de injur. & ex Tit. 24. §. ſi delator, lib. 2. Feud.

34. & 35. Vaſallus accuſans dominum de crimine quodam, cadit feudo ſuo, licet crimen illud probaverit.

36. Satisfit objectioni de puniendis criminoſis & revelandis nocentium peccatis.

37. & 38. Vaſallus ſubmittens alium contra dominum accuſatorem, vel pro accuſatore fidejubens feudo ſuo exuitur.

39. 40. & 42. Vaſallus ſponte adverſus dominum

 advocans,

advocans, amittit feudum, non etiam ſi invitus hoc faciat.

41. Solutio objectionis ex l. qui cum major 14. § ſi patroni filius. 9. ff. de bonis libert.

43. Vaſallus contra dominum in cauſâ criminali teſtimonium perhibens, feudo cadit. limitatur numero 47.

44. & 45. In cauſâ civili quatenus vaſallo interdictum ſit teſtimonio.

46. Interpretatio textus in Tit. 24. §. item ſi delator, lib. 2. Feud.

48. Iudex non temerè vaſallum cogere debet, ut adverſus dominum dicat teſtimonium.

49. Quatenus procedat Reüberi & Roſenthalii opinio de teſtimonio vaſalli contra dominum dicendo.

50. Vaſallus contra dominum famoſam intentans actionem, feudum amittit.

51. Poſſitnè vaſallus contra dominum experiri injuriarum actione ob atrocem injuriam realem?

52. & 54. Num vaſallus abſque periculo amiſſionis feudi interdicto unde vi, aut interdicto uti poſſidetis contra dominum experiri poſſit?

53. Interdictum unde vi famoſum eſt reſpectu infamiæ facti.

55. Vaſallus contra dominum famoſâ aliquâ exceptione uti nequit.

56. Vaſallus abſque periculo amiſſionis feudi Iudex contra dominum in cauſâ criminali exiſtere non poteſt.

57. Vaſallus in perniciem domini cum hoſte ipſius amicitiam contrahens feudo multatur.

58. Num ejuſmodi amicitia in perniciem domini contracta præſumatur?

59. So-

59. Solutio objectionis ex l. cum qui 19. C. de Epiſcop. & Cler. & l. liberi 28. verſ. ſi tamen, C. de inoff. teſtam. deſumptæ.

60. Vaſallus credentiam domini ad eius damnum ſcienter manifeſtans, feudum perdit. Ampliatur num. 61. licet ex revelatione illâ domino non obvenerit damnum.

62. Domino incumbit onus probandi revelationem credentiæ factam eſſe à vaſallo.

63. Vaſallus pandens credentiam domini, quomodo ſe à dolo excuſare poſſit?

64. Vaſallus abnegans feudum, vel eius partem, aut conditionem, exuitur feudo. limitatur num. 65. Si dubitanter reſpondeat. limitatur quoque ut in num. 66. & 67.

68. Vaſallus abnegans partem feudi, eâ tantùm multatur parte, non toto feudo.

69. Vaſallus feudale abnegans inſtrumentum non cadit feudo ſuo.

70. Vaſallus latâ culpâ negans feudum, non excuſatur à feudi privatione.

71. Vocula CONDITIO in Tit. 26. §. vaſallus ſi feudum, lib. 2. Feud. denotat qualitatem feudi.

72. In factâ feudi abnegatione dolus vaſalli præſumitur.

Latè

LAtè hactenus diſſervi de modis amittendi feudum abſque vaſalli culpâ. Succedunt nunc modi, quibus exuitur vaſallus
1. feudo ob culpam ſuam. Quando autem in *Tit.21. & Tit.22. § ult.* ibi niſi convictâ culpâ, *lib.1.Feud* dicitur, feudum ſine culpâ non amitti, per culpã denotatur nõ negligentia ſive diligentiæ prætermiſsio, quæ propria eſt vocis huius ſignificatio, *§.præterea & is, Inſtit. Quibus mod.re contrah. obligat.§ ſocius ſocio, Inſtit. de ſocietate, l. magna 226. ff. de Verb. ſign. l. ſocius ſocio,*

ſocio, 72. ff. pro ſocio. Sed Culpæ nomine ſignificatur maximè Dolus vaſalli, per text. in *Tit. 34. de lege Corad. in fine, §. ſi fraudulenter, id eſt, ſciens hoc negaverit, & Tit. 52. de prohib. feud. alien. per Lothar. §. ult.* ibi, non doloſè. *& verſ. finali, lib. 2. Feud.* & patet ex textu. *Tit. 24. §. denique,* ibi, graviter deliquerit, vel grave quid cōmiſerit, Item ibi, vel aliud grave crimen, *lib. eod. Feud.* & docent Curt. Iun. *tr. Feud. part. 4 n. 76.* Zaſ. *de feud cap. 10. n. 32.* Hotom. *conſ. 32. n. 12. &* Weſemb. *tr. feud. cap. 15. num. 8.*

docent

docent inquam, non niſi ob dolum feudo privari vaſallum.

DOlum autem committit vaſallus Dominum feudi graviter offendendo, *Tit. 51. De capitan. qui curiam vendidit*, §. 1. ibi, dominum offenderit, & §. *ſeq.* ibi, dominum offendere, & *Tit. 55. de prohib. feud. alien. per Frideric.* §. *illud quoque percepimus*, ibi, dominum offenderit, Item ibi, domino, quem offenderit Item ibi, majorem dominum offenderit, *lib. 2. Feud.*

Committit quoque dolum vaſallus, ſi grande damnum, atque diſpendium grave domino feudi intulerit, per text. in *d. Tit. 24.* §. *præterea ſi vaſallus*, & §. *ſi delator*, *lib. 2. Feud.*

Non autem ex omni cauſâ, ex quâ opinio vaſalli gravatur, ipſe feudum amittit, *Tit. 24.* §. *ſed quia natura, lib. eod. Feud.* Confert huc, quòd ICtus Feudiſta in *Tit. 23. Ex quib. cauſ. feud. amitt.* §. *de illâ, lib. 2. Feud.* De illâ, ait, ingratitudine loquor, per quam beneficium amittitur. Non enim ad hoc ſufficit omnis occaſio, per quam fidelis accepti beneficii videtur ingratus. Sed ſunt quædam egre-

dam egregiæ ingratitudinis cauſæ, quibus beneficium ſolet adimi. Hâc de re ſcribit quoque Roland. à Valle *conſ. 1. numero 96. & ſeqq. vol. 3.*

Cæterùm quæſtionis eſt, An vaſallus ob 2
culpam quoque latam feudo ſuo privetur? Præter alios id negant Curt. Iun. Zaſ. Hotoman. & Weſembec. dictis ſuprà locis. At quidam alii affirmant, Guido Papæ *decis. Grationopol. 454. numero 1. 2. & 3.* Molinæ. *in conſuetud. Pariſ. Titulo 1. §. 30. numero 55.* Ludolph. Schrader. *tract. feud. part. 2. partis 9. ſect. 12. numero 28.* Henric. à Roſenthal. *tract. feud. cap. 10. concl. 12. numero 31. & concl. 26. num. 15.* Atque horum opinio placitis feudalibus conſona eſt, uti arguit text. in *d. Tit. 24 quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. §. præterea. verſ. quod ſi non fecerit*, ibi, doloque vel negligentiâ ſuâ, vel fraude celaverit, ubi Iacob. de Beluiſo, Andr. Iſern. *lib. 2. Feud.* Quò confert, quòd lata culpa dicitur dolo proxima, & prope dolum eſſe, & dolum repræſentare, & comparari dolo, imò quandoque ſimpliciter dolus vocatur, ut textibus Iuris oſtendi in Commentario meo in *l. contractus 23. capite 3. num. 14. ff. de Reg. Iur.*

Solum tamen propoſitum vaſalli in mēte retentum non ſufficit ad feudi amiſſionem,

ſed

ſed actus quidam externus deſideratur, ut diſertè indicat textus in *Tit. 51. §. ſi voluerit lib. 2. Feud. l. cogitationis 18. ff. de pœn.*

3 Quæ autem ingratitudinis cauſæ, quæ delicta, quæ culpæ ſint, ob quas vaſallus feudo privatur, ordine dehinc exponam. Sciendum verò hîc ob methodi rationem quòd culpa, ex quâ vaſallus feudum amittit, non ſolùm in cōmittendo conſiſtit, ſed & quandoque in omittendo, *Tit. 5. in princ. verſ. 1.* ibi, in prælio dimiſerit, *Tit. 21. in fin.* ibi, vel ſi in pugnâ ſuum dominum dimiſerit, *Tit. 17. Quib. mod. feud. amitt.* ibi, ſeniores in bello dimiſerint, *lib. 1. Feud. Tit. 24. Quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi, §. denique*, ibi, quid grave commiſerit, & *§. Item qui dominum, & §. ſeq. lib. 2. Feud.*

Culpa vaſalli in committendo conſiſtens, eſt quædam indecens machinatio, & facinus inhoneſtum, quo dominus graviter offenditur, *Tit. 57. & Tit. 51. §. ſi voluerit, lib. 2. Feud.* Et hæc culpa in feudorum libris Felonia propriè dicitur, *Tit. 37. Tit. 38.* ibi fecerit feloniam, *Tit. 47. lib. 2. Feud. Zaſ. tr. de feud. part. 3. num. 2.*

Committitur autem hæc culpa, ſive felonia vel directò in perſonâ ipſiusmet Domini, vel

ni, vel in perſonâ eius, qui poteſtati, affectui-vè domini ſubjectus eſt, vel in rebus domini committitur, *Tit. 6. & 7. libr. 2. Feud.*

In perſonâ ipſiuſmet domini committit culpam vaſallus, Primò, ſi necem domini armis, aut veneno conſciverit, aut adferre laboraverit, vel vulneraverit ipſum, pulſaveritvé, aut vulnerare, vel pulſare eum conatus fuerit, putá ſi ei aſſiluerit, aut inſidias ipſi clandeſtinas, aut manifeſtas ſtruxerit, *d, Titulo 6. verſ. incolume, Tit. 7. verſ. ego iuro*, ibi, quòd tu amittas vitam, vel membrum aliquod, *Tit. 24. §. porrò ſi dominum, Tit. 51. §. ſi voluerit, Tit. 57. lib. 2, Feud. Tit. 5. §. ſimiliter ſi dominum, & Tit. 17.* ibi, ſcienter Seniores aſſilierit, *lib. 1. Feud.* Quibus ex locis adparet, quòd non ſolùm ex delicto commiſſo, ſed ex conatu quoque delinquendi amittat vaſallus feudum, ſive conatus in aſſiliendo, ſive in inſidiis ſtruendis conſiſtat, ab Inſidiis enim ad factum proceditur, & inſidiæ per ſe delictum ſunt perfectum, *l. quid ſit fugitivus, 17. §. idem Cœlius, ff. de Ædilit. edict. l. 11, qui cum telo, C. ad L. Cornel. de ſicar.* Vnde non injuriâ feudo multatur vaſallus, ſi domino inſidias ſtruxerit, Frideric. Schenck Baro *ad d. Tit. 51. §. ſi voluerit, num. 2. lib. 2. Feud.* Sonsbeck. *in comment. in uſus feud. part. 12. numero 37. verſ. quin-* 4

L *tò*, Schrad.

tò, Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 4. num. 2 5. verſ. & cum inſidiis*, Decian. *conſ. 18. n. 3 26. vol. 1.* Vultei. *tr. de feud. lib. 1. cap. 11. n. 20. in fin.*

5 Et licet vaſallus poſt aſſultum, vel ſtructas inſidias pœnitentiâ ductus, non omninò exequatur delinquendi voluntatem, attamen feudo privatur; cùm in delictis eo modo conſummatis pœnitentia locum non habeat, *d. l. quid ſit fugitivus 17. §. 1. & §. idem Cælius 8. ff. de Ædilit. edict. l. 1. §. fi. rem. ff. depoſiti l. pen. ff. vi bonor. raptor. l. qui eâ mente 65. ubi* Bart. *ff. de furt.* Id quod ut alibi, ſic & in feudis admittitur; ut volunt Andr. de Iſernia *in Tit. 24. §. porrò ſi dominum, num. 18. & ibid.* Alvarot. *num. 5. lib. 2. Feud.* Tùm etiam Molinæ. *in conſuetud. Pariſ. Tit. 1. §. 30. num. 156.* & Franciſc. Sonsbeck. *in comment. in uſus feudor. part. 12. num. 38.* Ludolph. Schrader. *tr. feudal. part. 9. cap. 4. num. 26.*

6 Quid verò ſi vaſallus animo quidem propoſuit inſidiari vitæ domini, actuque aliquo id ſe facturum demonſtravit, ſed priusquam inſidiaretur re ipsâ, pœnitentiâ ductus, deſtitit, numquid hanc ob cauſam ſuo privandus eſt feudo? Nequaquam, aliud enim eſt re ipsâ inſidiari, aliud velle inſidias ſtruere, & ad hoc ſe præparare.

Obli-

Ob illud factum vaſallus perdit feudum, ut ſi aliquoties, putá ſemel iterumque telo, aliové inſtrumento expectaſſet dominum, quia hoc modo verè domino inſidiatus fuit, argument. *leg. is qui cum telo, 7. C. ad L. Corn. de ſicar.* Ob hoc autem factum vaſallus feudo non exuitur, ſi pœnitentiâ ductus à propoſito deſtitit, per text. *in d. Titulo 51. §. ſi voluerit*; ubi Feudiſtæ omnes, *libro ſecundo Feud.* & ſentit ita Sonſbeck. *in comment. in uſu feud. part. 12. numero 38.* Vnde ſi vaſallus ſe domi ſolùm præparaverit ad inſtruendas domino inſidias, non autem eas ſit executus, feudo non exuitur. At ſi ad hoc etiam cum armis exierit, ut domino inſidiaretur, & ad hoc expectaverit ipſum, feudo ſuo privatur, licet pœnitentiâ ductus à delicto perperficiendo deſtiterit, *d. Titulo 51. §. ſi voluerit, libro ſecundo Feud.* Sonsbeck. *in comment. in uſu feud. d. part. 12. numero 38. per d. l. is qui cum telo, C. ad L. Corn. de ſicar.* Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 4. num. 25.*

Quid ſi vaſallus laboraverit, & præparaverit ſe ad offendendum dominum, ſed ab incepto abſtinuerit, non tamen ſuâ ſponte, ſed difficultate, aut impotentiâ perficiendi impeditus, numquid nihilominus feudi 7

privatione dignus exiſtimatur? Sic exiſtimo, cùm enim nihil reliquum fecerit ad parandas domino inſidias, & conſummandum delictum, ſed eventus ſolùm præter ſpem fefellerit ipſum, ſanè dignus non eſt, cui relinquatur feudum; egit enim contra fidelitatis formam, & juramentum ſuum; & ſe periurio polluit, *Tit. 6. & 7. lib. 2. Feud.* proindeque in Curiâ Domini amplius ſtare non poteſt, arg. text. *in Tit. 37. §. ſi quis interfecerit, lib. eod. Feud.* Atque ita etiam ſentire de hâc quæſtione videntur mihi Andr. de Iſern. *ad d. Tit. 51. de capitan. qui Cur. vend. §. ſi voluerit, numero 1. verſ. item ſi laboraverit, num. 5.* ibi, ſecus ſi per ipſum non remanſit, & ibi Alvarot. *in princ. verſ. vel dic ſecundum Andr. de Iſern.* ibi, ſecus ſi per ipſum non remanſit, & Frideric. Schenck. Baro, ibi, ſuâ tamen ſponte deſtiterit, Item ibi, ſecus ſi difficultate, aut impotentiâ conſummandi delicti ſuperſedere coactus fuiſſet, *lib. 2. Feud.* Schrad. *tract. feud. part. 9. cap. 4. num. 47. verſ. eodem iure utimur.* Ioann. Fichard. *conſil. latino 18. n. 20*

8 De eo item quæritur, An vaſallus feudo ſuo privetur, ſi manum ceu percuſſurus dominum, levârit, ductus autem pœnitentiâ, confeſtim ſe repreſſit? Alvarot. *ad d. Tit. 51. §. ſi voluerit, in princ. lib. 2. Feud.* negat, Negat item

Addi-

additionator ibidem Alvarotum & Capycium ſequutus in verb. pœnituit: Tùm etiam Frideric. Schenck. Baro ibid. *in princ.*

9 Verùm de hâc opinione haud immeritò dubitaverit aliquis, cùm manus adverſus aliquem minaciter levare, realis ſit ac gravis injuria, ex quâ injuriarum naſcitur actio, licet percuſſio non ſit ſequuta, *l. item apud Labeonem, 15. §. 1. ff. de iniur.* Ob gravem autem injuriam domino illatam à vaſallo, feudum amittiur, *d. Tit. 24. §. porrò ſi dominum*, ibi, vel graves, vel inhoneſtas injurias intulerit, *lib. 2. Feud.* Confert text. *in Tit. 6. verſ. honeſtum, & Tit. 7. verſ. ego iuro*, ibi, vel injuriam, vel contumeliam, *lib. eod. Feud.* & ſentiunt ita, quos refert, & ſequitur Schrader. *tr. feud. part. 9. cap. 4. num. 35.* Quidni ergò hic vaſallus privaretur feudo ſuo? Maximè cùm ab inſidiis nihil ferè diſtet manus adverſus aliquem levare.

10 Non obſtat textus in *l. qui falſam, 19. ff. ad L. Corn. de falſ.* vbi ICtus Paulus, Qui, ait, falſam monetam percuſſerint, ſi id totum formare noluerunt, ſuffragio juſtæ pœnitentiæ abſolvuntur: Non inquam obſtat textus ille, Eſt enim de caſu, quo monetarius ipſam quidem metalli propriam maſſam ad monetam præparavit, laminam ſcil: efficiendo, at

formare eam nondum cœpit. Moneta autem ex formâ cenſetur, *l. 1. in princ.* ibi, materia forma publica percuſſa, *ff. de contrah. empt. & vendit.* Antequam igitur ipſi laminæ forma inducitur, moneta non eſt, proindeque nec falſus monetarius, qui ſaltem laminam effecit, monetæ formandæ aptam. At qui manum levat adverſus dominum ceu percuſſurus ipſum, injuriam ipſi inferendo delinquit.

11 Eſt & illa hujus loci quæſtio, An privari poſſit vaſallus feudo ſuo, ſi juraverit ſaltem in necem domini, ſed in meris terminis hujus juratæ voluntatis perſtiterit, non autem ad externum quendam propoſiti illius actum, putá inſidias, pœnitentiâ ductus, progreſſus fuerit? Curt. Iun. affirmat in *Tract. feud. part. 4. num. 36. verſ. mihi tamen.* Cæteri verò Feudiſtæ communiter negant, Andr. de Iſern. *ad Tit. qua fuit prima cauſa benef. amitt. §. porrò, num. 20. lib. 2. Feud.* & ibidem Alvarot. Præpoſit. & alii, quorum meminit Ludolph. Schrader. *tract. feud. part. 9. cap. 4. numero 34.* Hermann. Vultei. *lib. 1. de feud. cap. 11. numero 20.* & Henricus à Roſenthal *tract. feud. cap. 10. concl. 17. num. 12.* ubi in addit. ad lit. I. plures in hanc ſententiam allegat, *& num. 22. in fin.*

Atque

Atque hæc opinio firmamentum capit ex *d. Tit. 51. de capitan. qui Cur. vendidit. §. ſi voluerit vaſallus, lib. 2. Feud.* ubi ICtus, ſi, ait, voluerit vaſallus dominum offendere, ſed non laboraverit, feudum non amittit, ſimiliter etiamſi laboraverit, non amittit feudum, niſi inſidiatus fuerit.

Non obſtat Franciſci Curtii ratio hæc, quòd per juramentum conſtet de enixâ jurantis voluntate offendendi dominum, per text. in *l. cum pater, 77. §. filium matrem*, ubi Bart. & alii *ff. de legat. 2.* Non enim hîc ſufficit ſolùm offendendi propoſitū, ſed & externus requiritur actus offenſioni proximus, ut diſertè arguit ICtus Feudiſta in *d. Tit. 51. § ſi voluerit, lib. 2. Feud.*

10 Si tamen vaſallus non ſolus, ſed cum aliis in offenſionem domini juraverit, etiāſi perſtiterit in voluntatis huius meris terminis, attamen feudo ſuo privari poteſt, cùm vaſalli factum illud conjurationis ſpeciem præ ſe ferat, quæ crimen per ſe eſt, *Tit. 53. de pace tenenda int. ſubditos, §. conventicula, lib. 2. Feud. l. conventicula 15. C. de Epiſcop. & Cler. & l. 5. in princ. ff. ad L. Iul. de vi public.* Hanc limitationem tradunt alios ſequuti Nic. Mozz. *tr. de feud. Rubr. ex quib. cauſ. feud. amitt. n. 27.* Ludolph. Schrad. *tr. feud. part. 9. c. 4. n. 34.* & Henr. à Roſenthal *tr. feud. cap. 10. concl. 17. num. 37*

13 In perſonâ quoque ipſiuſmet domini cul-pam committit vaſallus, ſi ipſe caſtrum, id eſt, oppidum paruum aut vicum, id eſt Civitatis partem Domini, vel alienum caſtrum aut vicum, in quo tamen moratur dominus, obſideat, & oppugnet, *Tit. 5. §. ſimiliter ſi dominum, lib. 1. Feud. & Tit. 24. §. porrò*, ibi, vel vicum, in quo eſt, per vim aggreſſus fuerit, *lib. 2. Feudor.* Et ſentiunt ita, quos longâ ſerie citat Henric. à Roſenth. *d. cap. 10. concl. 18. in addit. ſub lit.* D. Et licet textus adducti loquantur ſolùm de Caſtro, & vico, exaudiendi ſunt tamen etiam de quovis alio loco, ubi moratur dominus, ut ſentiunt Feudiſtæ quos citat Henric. à Roſenth. *d. concl. 18. in addit. ſub lit.* F. Militat enim eadem ratio in aliis quoq; locis, ubi moratur dominus, quæ in Caſtro, & vico, proindeque in illis quoque eadem Iuris feudalis diſpoſitio locum ſibi vindicat, per text. *in l. illud 32. ff. ad L. Aquil.* cum ſimilibus.

14 Cæterùm quæritur, ſi vaſallus caſtrum, aut Vicum domini obſideat, & oppugnet, feudo privari poſſit, licet dominus obſidionis, & oppugnationis tempore ibi non moretur, idque ſciat vel neſciat vaſallus? Aientem amplectuntur opinionem Doctores cõmuniter quos ſequũtur Franciſc. Sonsb. *in*

comm.

comm. in uſu feud. part. 12. n. 35 Mozz. *tr. de feud. Rubr. ult. numero 73. §. amplia ſecundò*, Ioann. Schneid. *tr. de feud. part. 8. cap. 1. num. 156. &* alii, quos citat Henric. à Roſenth. *d. concl. 18. in addit. ſub lit. G.* Ratio eſt, quia juxta fidelitatis formam vaſallus non debet in damno eſſe domino de munitionib. ipſius, per quas tutus eſſe poteſt, *Tit. 6. de forma fidel. verſ. tutum, & Tit. ſeq. de novâ formâ fidel. verſ. & ſi contigerit, lib. 2. Feud.*

Non obſtat text. *in Tit. 5. quib. mod. feud. amitt. §. ſimiliter ſi dominum*, ibi, ſciens dominum ibi eſſe, *lib. 1. Feud.* Eo enim in textu ſubaudienda eſt dictio MAXIMÈ, quaſi dicat ICtus ſciens Maximè dominū ibi eſſe, ut exponunt Interpretes ferè omnes, quos congeſſit Henric. à Roſenth. *d. concl. 18. in addit. ſub lit. H.* 15

Quid verò, ſi uaſallus aſſiliat, & oppugnet non domini, ſed alienum Caſtrum, Vicum, aut quem alium locum alienum, in quo dominus moratur, ſed neſciat ibi dominum eſſe, numquid excuſatur vaſallus à feudi privatione? Hanc ad quæſtionem quaſi digitum intendi proximè, & vel tribus oſtendi, vaſallum non privari feudo, ſi aſſiliat Caſtrum, aut vicum alienum, in quo dominus moratur, id verò neſciat vaſallus. Cùm 16

enim vaſallus hoc caſu nõ præſumatur, quòd dominũ offendere voluerit, proindeq; nullius culpæ in dominum commiſſæ reus ſit, ac ſine culpâ vaſallus regulariter non amittat feudum, *Tit. 21. de feud. ſin. culp. non amitt. lib. 1. Feud.* conſequens ei eſt, hoc ex facto Iure non exui vaſallum feudo ſuo. Id quod volunt etiam Feudorum Interpretes. Petr. Iacob. Aurel. *in pract. aurea libell. Rubr. 59. de cauſ. ex quib. feud. amitt. num. 18.* Frideric. Schenck Baro, *ad d. Tit. 5. §. ſimiliter, num. 3. lib. 1. Feud.* Franciſc. Sonsbec. *in comment. in uſus feud. part. 12. num. 35. verſ. nec etiam obſtat*, Schrader. *tract. feud. d. part. 9. cap. 3. num. 3. verſ. quartò hæc concluſio ampliatur*, Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 18. num. 12.*

17 Committit ſimiliter vaſallus culpam in ipſiusmet domini perſonâ, & amittit feudum ſuum, ſi cum aliquo, vel aliquibus tractaverit de nece domino inferẽdâ, vel aliter ipſum offendendo, per text. *in d. Tit. 7. de novâ formâ fidelit. verſ. ego iuro*, ibi, quòd nunquam ſcienterero in conſilio, vel in facto, quòd tu amittas vitam, vel membrum aliquod, vel quòd tu recipias in perſonâ aliquam læſionem, ubi Andr. de Iſernia *numero 4.* Alvarot. *num. 6.* Præpoſit. *numero 2. in fin.* Martin. Laudens. *numero 11.* & Matthæ. de Afflict. *numero 11.*

lib.2. Feud. Iacobin. de S. Georgio *tr. de feud. in verb.* dictique vaſalli promiſerunt, non committere feloniam, *numero 41. verſ. decima ſexta cauſa eſt.* Alexand. *conſ. 13. vol. 6.* Ludolph. Schrad. *tract. feud. part. 9. cap. 4. n. 33. ampliat. 2.* Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 17. n. 38. num. 38.*

Cæterùm in quæſtionem hîc vocari poteſt, ſi conſilium, & tractatus ille cum aliis initus, effectum non ſit ſortitus, ſed vaſallus facti pœnitudine ductus, à propoſito abſtinuerit, an feudum ſuum nihilominus amittat? Affirmativæ præter alios inhærent Ludolph. Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 4. num. 38.* & Henric. à Roſenth. *d. cap. 10. concl. 17. num. 39.* & rectè quidem; Tùm quia text. *in d. Tit. 7. verſ. ego iuro, lib. 2. Feud.* generaliter loquitur, nec diſtinguit inter vaſallum pœnitentem, & in propoſito ſuo perſiſtentem, ſed ſolum vaſalli conſilium, & propoſitum conſiderat: Tùm etiam quia pœnitentia in delictis vaſalli nihil operatur, quando cum aliis initum eſt conſilium de offendendo dominum, ut ſupra oſtendi ſub quæſtione de vaſallo jurante cum aliis, quòd dominum offendere velit: Tùm poſtremò, quia cum Lex conſilium de committendo delicto expreſsè punit, ut in *d. Titulo 7. verſ. ego iuro, lib. 2. Feud.* tunc 18

conſu-

conſulens punitur, quamvis ſuum revocet conſilium, Ang. *tr. de maleficiis, in verb.* Sempronium mandatorem, *num. 46.* ubi in addit. Auguſtin. Arim. Dec. *in l. conſilii, 47. n. 10.* & ibi, Cagnol. *num. 8. ff. de Reg. Iur.* & confert Menoch. *de arbitr. iud. caſ. 352. num. 9.*

19 Huic quæſtioni proxima eſt illa, An vaſallus ex ſuo iſthoc conſilio privari poſſit feudo, etiamſi is, cui ſuũ præſtitit conſilium de offendẽdo feudi dominum, etiam ſine conſilio ipſius hoc facturus fuiſſet? Affirmativa Iuris authoritati conſona videri debet, argumento text. *in l. 1. §. ſed utrum, ff. de ſervo corrupt. & in c. ſicut dignum, 6. §. qui verò aſſerunt, Extr. de homicid.* Atque hæc ſententia placet Matthæo de Afflictis in *Tit. 24. quæ fuit prima cauſa benef. amitt. §. præterea, n. 17. lib. 2. Feud.* Schradero *d. part. 9. cap. 4. num. 38. & ſeq.* & Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 17. numero 44.*

20 Vlterius loci hujus quæſtio eſt, An privetur vaſallus feudo ſuo, ſi commodaverit arma ſua, aut Civitatem, Caſtrum, Vicum, aut domum ſuam utendam dederit ei, qui in necem, aliamvè domini offenſionem armis illis, Civitate, Caſtro, Vico, domovè uſus fuerit? Hæc quæſtio abſque diſtinctione expediri commodè non poteſt. Diſpiciendum an ho-

an hoſti Senioris ſui utenda hæc dederit vaſallus, vel alii alicui. Priori caſu non immeritò privatur feudo ſuo vaſallus, ſi eum domini hoſtẽ eſſe non ignoraverit, per text. *in Tit. 7. de novâ formâ fidelit. verſ. & ſi ſcivero vel audivero. lib. 2. Feud.*

Hanc in ſententiam præter alios etiam Weſemb. *tr. feud. cap. 15. num. 5.* allegat quoque text. *in Tit. 55. de prohib. feud. alien. per Frider. §. illud. quoque lib. 2. Feud.* Sed meo judicio impertinenter; Iuvat tamen concluſionem hanc, quòd vaſallus feudo ſuo privatur, ſi hoſti, vel inimico ſui domini diu cohabitet, & cohabitationis aliam prætendere cauſam nequeat honeſtam, ut volunt poſt alios Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 5. num. 75.* Ioann. Borcholt. *in comm. in conſuetud. feud. cap. 8. num.* 124. & Henric. à Roſenth. *tr. feud. capite 10. concl. 12. num. 20. & 21.* Quò conferunt, quæ tradit alios ſequutus Idem Roſenthal *d. cap. 10. concl. 17. num. 7. 8. 9. 10. & ſeqq. & concl. 19. in princ.*

Quòd ſi vaſallus ſua arma, ſuam Civitatem, Vicum, aut domum ſuam, non hoſti, vel inimico Senioris ſui, ſed cuidam alii utendam dederit, inquirendum erit, num intellexerit vaſallus, quòd commodatarius ille in detrimentum domini earum rerum uſum 21

petierit,

petierit, vel indefinitè in damnum tamen cu-jusdam habere deſideraverit, Caſu priori dubium eſt nullum, quin privatione feudi ſit dignus vaſallus per text. in *d. Tit. 7. de novâ forma fidelitat. verſ. & ſi ſcivero vel audivero, lib. 2. Feud.* quam ſententiam juvat quoque text. in *l. qui domum, 8. ff. ad L. Iul. de adult. & l. qui occidit 30. §. in hac quoque, verſ. nam & qui occaſionem, ff. ad L. Aquil.* & tradunt Andr. de Iſern. *ad Tit. 24. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. §. præterea, n. 8. &* ibidem Matth. de Afflict. *num. 18. lib. 2. Feud.* Poſteriori autem caſu, ſi commodatarius offenderit dominum, putat quidem Matth. de Afflict. *d. loco n. 19.* & Andr. de Iſern. *n. 8. lib. 2. Feud.* jure exui vaſallum ſuo feudo.

Atqui licet vaſallus malè egerit in eo, quòd rem ſuam alii utendam ſciens dederit, ad offendendum aliquẽ, proindeq; pœnâ dignus ſit, attamẽ ob id feudi privatione multari nõ debet, cùm ignoraverit, ꝙ cõmodatarius offendere dominum voluerit, licet intellexerit, quòd in offenſionem alicujus, non nominati uſum rei vaſalli acceperit. Voluntas enim & propoſitum delinquentis diſtinguit maleficia, *l. qui iniuria, 53. in princ. ff. de furt.* eleganter Didac. Covarruv. *in clementina ſi furioſus, Tit. de homicidio, part. 2. Relect. in initio, n. 3.* Confert huc, quòd miles delinquens non ut

miles,

miles,ſed ut quilibet alius,non punitur propriâ militum pœnâ,ſed pœnâ cõmuni, *l. 2. in princ. & l. omnem 6. in princ. ff. de re milit.* Quocirca punitur quidem vaſallus ob hoc facinus,at feudi amiſſione,quę propria eſt delinquentium in Seniorem vaſallorũ pœna,non multatur,id quod ſentit etiam Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. cõcl. 17. in addit. ad litt. Z. Z.*

Ex reſolutione quæſtionis huius cõſequitur & illud, quòd feudo ſuo privatur vaſallus,ſi hoſtibus domini ſui annonam præbuerit, vel equos miſerit, vel iter, aut ſalvũ conductum per loca ſua,aut territorium conceſſerit, idq; convincitur etiam ex argumento *l. 1. & 2. C. quæ res exportari non debeãt, & l. ſi quis Barbaris 9. C. de re militari, lib. 12.* quib. lôcis cavetur,ne civis quiſpiam Romanus Barbaris, ſive hoſtib. Populi Romani oleum, vinum, garum, vẽdat, aut facultatem deprædationis in Romanos concedat,comprobant concluſionẽ hanc poſt alios Zaſ. *de feud. part. 7. n. 43.* Schrad. *tr. feud. part. 9. c. 5 n. 32.* Ioan. Schoner. *diſput. feud. 10. th. 34.* & Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 19. num. 1.*

Garum autem eſt liquor ſive liquamen ex 22
inteſtinis piſcium ſale maceratis. Et Garus eſt piſcis ex genere locuſtarum,ex cujus inteſtinis primùm confici cœpit garum.

23 Idem quoque ſentiendum de vaſallo, qui in damnum ſui domini hoſti ipſius literas, aut nuncium mittit, quo ſecreta domini pandit ipſi hoſti, vel quoddam proditionis ſignum dat hoſti ſenioris ſui, per text. *in d. tit. 6. de formâ fidelit. ve rſtutum*, ibi, ne ſit ei in damno de ſecreto ſuo, *& Tit. ſeq. verſ. & ſi aliquid mihi de ſecreto manifeſtaveru, lib. 2. Feud.*

Confirmatur quoque hæc ſententia argumento textus in *l. 1. verſ. quivé hoſtib* ibi, nuncium, literaſué miſerit, ſignumvé dederit, *ff. de L. Iul. Maieſtat. l. omne delictum 6. §. exploratores 4.* ibi, qui ſecreta nunciarunt, *& l. ſeq. ff de re milit. d. l. ſi quis barbaris 9. C. de re milit. lib. 12.* Amplectuntur quoque hanc ſententiam, quos refert & ſequitur Ludolph. Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 5. num. 35. & ſeqq.* tùm etiam Schoner. *d. diſp. 10. th. 34.* & Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 19. num. 9.* Quòd autem Schrad. dicto loco Laudenſem & Matthæum de Afflictis ſequutus, in concluſionis hujus confirmationem, hanc adducit rationem, quòd crimen læſæ Majeſtatis committat, qui huiuſmodi aliquo facinore ſe polluit vaſallus, proindeque feudo excidat, id nihil roboris huic pronunciato adferre poteſt; tùm quia non in quovis feudi domino maieſtatis crimen vaſallus quilibet com-

bet committere poteſt, *c. paſtoralis, §. denique, iunct. §. rurſus. Tit. de ſentent. & re iudicat. in clement.* Tùm etiam quia majeſtatis crimini alia propoſita eſt pœna, quàm feudi privatio, ut arguit text. *in l. eorum, 9. & l. ult. ff. ad L. Iul. Maieſt. l. qui, quis 5. in fin. principii C. ad L. Iul. Maieſt.* Tùm poſtremò, quia licet vaſall⁹ Majeſtatis reus feudum quoq; amittat, ipſum tamen feudum, ob Majeſtatis crimen non Fiſco addicitur, neque omni caſu ad dominum redit, ſed ſi feudum ſit antiquum, ad agnatos pertinet; ut patet ex eleganti textu *in c. felicis, §. ſi qua verò feuda, iunct. §. præcedente, Tit. de pœn. in 6.* & ex Ordinatione Camerali, *part. 2. Tit. 9. §. 2. verſ.* auch die Lehen. Tradunt idem Everhard. in Topic. legal. *in loco à liberto ad vaſallum, n. 11.* Andr. Gail *lib. 2. de pace publ. c. 14.* Hart. Piſt. *lib. 2. quaſt. Iur. part. 1. quaſt. 15. n. 7. & 8.* Fachinæ *lib. 7. controverſ. Iur. cap. 20.*

A' ſimili tamen argumentari poſſumus de Majeſtatis Reo, ad Vaſallum; ut ſicuti reus fit Maieſtatis, qui nuncium, literaſvé mittit, ſignumvé dat hoſti Populi Romani in eius perniciem, & diſpendium, ita quoque vaſallus domini ſui reus fiat de amittendo feudo, ſi nuncium, literasvé mittat, ſignumvé det hoſti Senioris ſui.

24 Si tamen vaſallus ſcripſit duntaxat ad do-

mini hoſtes, de ſecretis ipſius, ſcriptas tamen literas non miſit, liber eſt à feudi privatione. Tùm quia licet propoſuerit ſibi vaſallus, quòd dominum offendere velit, & ad hoc etiam laboraverit, attamen non amittit feudum, niſi etiam domino re ipsâ & actu inſidiatus fuerit, *Tit. 51. de capitan. qui curiam vendidit. §. ſi voluerit, lib. 2. Feud.* Tùm quia licet monetarius metallum in laminam præparet ad cudendam falſam monetam, ſi tamen pœnitudine ductus deſtiterit ab incepto, pœnâ falſi non tenetur, *l. qui falſam 19. ff. ad L. Cornel. de falſ.* Tùm etiam quia de pœnâ tantùm ſcribentis, & ſigillantis in alterius detrimentũ, nihil Iure noſtro cautum legimus. Tùm poſtremò, quia delictum requirens præter ſcripturam quendam alium externum actum ſolâ ſcripturâ regulariter non perficitur, per text. *in l. ſi quis uxori 52. §. neq; verbo. 19. ff. de furt.* Vbi Vlpian' ICtus, neq; verbo, ait, neq; ſcripturâ quis furtum facit, hoc enim Iure utimur, ut furtum ſine contrectatione non fiat. Vnde ſequitur, quòd, cùm feudorum placita ad feudi privationem non ſolùm requirant ꝓpoſitum, & voluntatẽ vaſalli in delicto, ſed & delicti perfectionem, per text. *in d. Tit. 51. §. ſi voluerit, lib. 2. Feud.* vaſallus ob ſolam ſcripturam non tranſmiſſam ad domini hoſtem, ſuo feudo non excidat.

Quid

Quid verò ſi vaſallus ab hoſte ſui domini literas acceperit, quib. domini propoſitum ſibi explicari petijt: id verò dominum ſuum celaverit vaſallus, numquid feudo ſuo ob id privatur? Eſt certè quæſtio hæc ſatis dubia. Sive enim dominum certiorem fecerit de illis literis vaſallus, ſive eas celaverit dominũ, periculum ei metuendum eſt, cùm utroque caſu aliquid mali ſuſpicari poſſit dominus de hoc vaſallo ſuo: præter alios tamen Ioann. Sehneidew. *tr. de feud. part. 1. c. 1. n. 87. & ſeqq. &* Schrader. *tr. feud. part. 9. c. 5. n. 38.* arbitrantur, quòd feudum hâc ex causâ non amittat vaſallus, ſi non reſponderit hoſti ad literas ipſius. Verùm ne apud dominum in ſiniſtram cadat ſuſpicionem, ſatius eſt, ut ipſi domino ſine morâ eas revelet literas; Tùm quia intereſt domini, cognoſcere ex literis illis hoſtem omnem adhuc movere lapidem, quo opprimatur dominus vaſalli; Tùm etiam quia cùm vaſallus domino ſuo conſilium præſtare teneatur adverſus hoſtē ipſius, per text. *in Tit. 6. verſ. ſed quia non ſufficit, lib. 2. Feud.* certè non poteſt eas literas celare dominũ, ſed ei ſuum de illis præſtare cõſilium obligatus eſt: Tùm poſtremò quia fidelitatis juramentum vaſalli animo tantam iniicit religionem, ut ſine conſcientiæ quodã vulnere non poſſit dominum eas celare literas, ſicuti arguit text. *in d. Tit. 6. & Tit. ſeq. lib. 2. Feud.* Com-

16 Committit præterea vaſallus culpam in ipſiuſmet domini perſonâ, ſi verbis gravem & inhoneſtam injuriam, ſive contumeliam domino ingerat, per text. *in d. Tit. 6. de formâ fidelit. verſ. honeſtum, & Tit. ſeq. verſ. ego iuro,* ibi, injuriam ſive contumeliam, vel quod amittas aliquem honorem, *& Tit. 24. Quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt.* §. *porrò ſi dominum,* ibi, vel graves, vel inhoneſtas injurias intulerit, *lib. 2. feud.* Inhoneſtas dicit ICtus injurias, non quòd injuriæ quędam honeſtæ ſint, ſed ad differentiam injuriarum, quæ quidem contra jus fiunt, at non adverſus honorem domini. Generaliter injuria dicitur omne, quod non jure fit, ſpecialiter verò, quod fit in contumeliam, ſive adverſus honorem alicuius, *l. 1. in princ. ff. de iniur. & Inſtit. Tit. eod. in princ.* Eſt autem injuria alia gravis, quæ & atrox dicitur, alia levis, *l. ſed ſi unus 17.* §. *quadam iniuria, ff. d. t. &* §. *atrox Inſtit. eod. tit.*

Etſi verò ut in liberto atrox ſive gravis eſt injuria, quam patrono infert, *l. Prætor 7.* §. *ult. ff. d. t. & d.* §. *atrox Inſt. eod.* Ita quoque gravis, & atrox ea eſt injuria, quâ vaſallus dominum ſuum onerat, Everhard. *in topic. legal. in loco à liberto ad vaſallum, num. 10.* Eſt tamen hæc injuria nō eadem ſemper, ſed quædam gravior, quædam levior, illa ſimpliciter

gravis,

gravis, & inhoneſta dicitur injuria in *d. Tit. 24.* §. *porrò, lib. 2. Feud.*

Vt verò donatio revocatur ob ſolam injuriam gravem ſive atrocem, *l. ult.* ubi Ripa *num. 23. & ſeq. C. de revoc donat.* Panorm. *in c. ult, num. 2. Extr. de donat.* & parens exheredare poteſt liberos ſuos ob injuriam ſolum gravem & atrocem, Novell. *115. cap. 3.* §. *ſi gravem, & inhoneſtā in iuriam*; Ita quoque non niſi ex gravi & atroci injuriâ domino illatâ, feudum ſuum amittit vaſallus, ut arguit textus, & tradunt Feudiſtæ omnes in *d. Tit. 24.* §. *porrò, lib. 2. Feud.* Vnde ſi vaſallus verbis injurioſis publicè in cóſpectu populi, vel in convivio, aut die feſto proſciderit dominum ſuum, privatur ſuo feudo, arg. *l. Prætor. 7.* §. *ult. verſ. tempore, ff. de iniur.* & per tradita Iulii Pauli *lib. 5. ſentent. Tit. 4.* §. *atrox*, ubi Cuiac. Si quoque Eccleſiæ vaſallus ſuo domino Prælato injurioſa inferat verba: maximè dum ſacra peragit, feudo ſuo exuitur, arg. *l. 4. C. de iniurijs.* 27

Amittit quoque vaſallus feudum, ſuum, ſi per alium injuriâ laceret dominum ſuum, arg. *l. Lex Cornelia 5* §. *ſi quis librum 9. l. item apud Labeonem 15.* §. *feciſſe 8. &* §. *ſi curavit.* ubi Dd. *ff. de iniur.* Confert quòd nec conſilium dare alicui poteſt vaſallus in Domini injuriam, ſi liber eſſe velit à feudi privatione, *Tit. 7. de no-* 28

vâ formâ fidel. verſ. ego iuro, ibi, nunquam ſcienter ero in conſilio, *lib. 2. Feud.*

29 In ipſiuſmet quoq; domini perſonâ culpâ cõmittit vaſallus, ſi delator domini exiſtat, & per delationem ipſius grave aliquod diſpendium ſuſtineat dominus, *d. Tit. 24. §. item ſi delator, lib. 2. Feud.* quo loco delatorem plerique interpretantur accuſatorem; At Sonsbeck. *in uſu feud. part. 12. n. 46.* delatorẽ ibi dici putat eum vaſallum, qui nunciat Fiſci Præfecto dominum ſuum aliquid poſſidere, quod in Fiſcum ceciderit. Cui interpretationi & ego lubens ſubſcribo, motus textũ Novell. *115. c. 3. §. ſi delator.* ubi Iuſtinianus Imp. ſi, ait, delator contra parentes filius extiterit, & per ſuam delationem gravia eius diſpendia fecerit ſuſtinere. Quæ verba ICtus Feudiſta transſcripſiſſe videtur, & retuliſſe in *d. Tit. 24. §. item ſi delator, lib. 2. Feud.* ubi quoq; expreſsè meminit Conſtitutionis illius Iuſtinianeæ.

30 Cùm igitur in eâ legislatione Iuſtiniano Imperatori alius ſit delator, alius accuſator, uti arguit ſub eodem cap. 3. Textus *in §. ſi eos in criminalib.* fateri certè jubemur, ind. *§. ſi delator*, eum appellari delatorem, qui Fiſci præfecto nunciavit, dominum ſuum aliquid poſſidere, quod publicum in Fiſcum ceciderit, uti accipitur delator *in leg. 2. §. 4. 5. & 6. ff.*

& 6. ff. de Iure Fiſci. Et quia nec libertus contra patronum ſuum delator impunè exiſtere poteſt, *d. l. 2. §. Imperator noſter, ff. d. t.* non injuriâ etiam vaſallus, ſi delator domini extiterit, ſuo excidit feudo.

Cæterùm quæſtionis eſt, an vaſallus ſuo ob hanc delationem excidat feudo, etiamſi probaverit intentionem ſuam? Quidam arbitrantur eo tantùm caſu vaſallum privari ſuo feudo hâc ex causâ, ſi malè dominum detulerit, non probando intentionem ſuam, Nicol. Mozz. poſt alios *tract. de feud. Tit. Ex quibus cauſ. feud. amitt. & finiat. numero 31.* & Schrader. *tract. feudal. part. 9. cap. 8. num. 5.* Verùm licet vaſallus ſuam probaverit intentionem, feudum tamen hanc ob cauſam amittit: Tùm quia vaſallus domini ſecreta, & occulta celare tenetur, *Tit. 6. de formâ fidelit. verſ. Tutum, & Tit. ſeq. verſ. & ſi aliquid, libr. 2. Feud.* Tùm etiam quia domini ſui proditor eſſe non debet vaſallus, cùm & ſervus dominum ſuum, & libertus ſuum patronum criminis reum prodere, ſive deferre prohibeatur, *l. ult. C. de delatoribus lib. 12. l. 2. §. Imperator, ff. de Iure Fiſci.* Tùm poſtremò quia fili' ob patris delationē exheredari poteſt, li- 31

delationem probaverit, Novell. *115. cap. 3. §. ſi delator.* cauſa autem delationis, & exheredationis ut plurimùm à pari procedunt, ùt arguit text. *in d. Tit. 24. §. item ſi delator, & §. ſeq. lib. 2. Feud.*

32 Non obſtat, quòd nocentium peccata nota eſſe debeant, *l. eum qui 18. in princ. ff. de iniur.* Hæc enim regula ſi adeò laxè intelligeretur, & generaliter, poſſet aliquis ſuos quoq; neceſſarios, & familiares accuſare, contra *l. ſi magnum 13. l. iniquum 17. l. penult. & ultim. C. de his qui accuſ. non poſſ.* & libertus patronum ſuum, contra *l. qui accuſare 8. in fin. ff. de accuſat.* Et poteſt domini delatio ab alio quàm vaſallo fieri, atque ita non manet impunitum domini delictum.

33 Neque etiam refragatur quòd textus in *d. Tit. 24. §. ſi delator. lib. 2. Feud.* requirit, damnum grave ſequutum eſſe ex delatione domini à vaſallo factâ. Id enim de damnis & expenſis quæ pro defenſione factæ ſunt, intelligi poteſt, vel de honoris damno, quod dominus etiam inſons ex ſuſpicione ſuſtinet apud multos, licet abſolutus fuerit, Andr. de Iſern. *num. 43.* Alvarot. *num. 1.* & Mathæ. de Afflict. *num. 2. in Tit. 24. Quæ fuit. prim. cauſ. benef. amitt. §. item ſi delator, lib. 2. Feud.*

33 Adhæc in domini perſonâ culpam committit

mittit vaſallus, & feudo ſuo privatur, ſi de crimine quodam accuſaverit dominum, per text. *in Tit. 33. de conſuetud. recti feudi, §. ſimiliter vaſallus, lib. 2. Feud.* Quò pertinet, quòd vaſallus ad domini honeſtatem tuendam obligatus eſt, quodque conſilio, & facto providere tenetur, ne vitā vel membrum aliquod dominus amittat, *Tit. 6. de formâ fidel. verſ. honeſtum, & Tit. ſeq. verſ. ego iuro, lib. 2. Feud.*

Confert eòdem, quòd libertus (cui vaſallus comparatur, Everhard. in *Topic. legalib. in loco à liberto ad vaſallum*) patronum ſuum accuſare prohibetur, *l. qui accuſare 8. in fin. ff. de accuſat.*

Adſiſtit pronunciato huic autoritas Feudiſtarum, quos referunt, & ſequuntur Schrader. *tr. feud. part. 9. cap. 8. num. 1. verſ. ſive vaſallus dominum*, Weſemb. *de feud. cap. 10. num. 15. & cap. 15. num. 5.* Modeſtin Piſtor. *conſ. 59. num. 22. 27. & 31. vol. 1.* Henric. à Roſenth. *tr. feud. c. 10. concl. 22. num. 1.*

Sed an hæc procedat ſententia etiamſi vaſallus probaverit crimen, quæſtionis eſt controverſæ? Mihi aientium ſententia placet, Tùm quia textus in *d. Tit. 33. §. ſimiliter vaſallus, lib. 2. Feud.* non diſtinguit, ſed loquitur generaliter: Tùm quia nemo impunè accuſare aliquem criminis inſontem poteſt, 35

Tot.

Tot. Tit. ff. ad. SCtum Turpill. proindeque ſimpliciter illud de vaſallo caveri ocioſum fuerit. Tùm quia poteſtas accuſandi denegatur perſonis quibusdam, non ob innocentiam eorum qui accuſantur, ſed propter perſonarum quæ accuſant qualitatem, & conditionem, ut arguit Textus in *l. 4. l. qui accuſare 8. & ſeqq. ff. de accuſationib.* Tùm etiam quia nec vero de crimine poteſt ſervus accuſare dominum ſuum, *l. ſervum. 6. & l. ſeq. l. ſervus autem. C. de delatoribus lib. 10.*

Tùm poſtremò quia exheredari poteſt filius ob accuſationem patris, etiamſi patri verum crimen accuſando objecerit, Novell. *115. cap. 3. §. ſi eo in criminalib.* Argumentum autem ab exheredatione ad feudi amiſſionem procedit, *Tit. 24. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. §. prædictis modis, lib. 2. Feud.*

Gloſſa quidem, Alvarot. & allii negantem probant opinionem in *d. Tit. 24. §. item ſi delator, lib. 2. Feud.* Sed eam errore imbutam eſſe arguunt abundè rationes ordine modò adductæ, quæ ajentem validè tuentur ſententiam, cui etiam ſuum addunt calculum Dyn. *in l. qui cum maior. 14. ff. de bon. libert.* Curt. Iun. *tr. de feud. part. 4. numero 62.* & Sonsbeck. *in comment. in uſus feud. part. 12. num. 47.* Frideric. Schenck. Baro *in Tit. Quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.*

neſ. amitt. §. item ſi delator. n. 4. lib. 1. Feud. Duaren. *de feud. cap. 14. num. 14.* Modeſtin. Piſtor. *conſ. 59. num. 26. & 32.* Vultei *de feud. lib. 1. capite 11. num. 27.*

Non confirmat opinionem contrariam, 36 quòd maleficia non debeant manere impunita, quòdque conveniat, ut peccata nocentium ſint nota. Si quid enim roboris hæc argumenta in propoſito haberent, ſequeretur inde, quòd & Servus dominum, & libertus patronum, filius item patrem accuſare impunè poſſet, cõtra textus antea adductos: neque permiſſa eſſet transactio de crimine capitali ſanguinis pœnam ingerente, contra *l. transigere 18. C. de transact.* Et licet vaſallus prohibeatur accuſare dominum de crimine quodam, haud tamen ei conſequens eſt, domini crimen manere impunitum, quippe cùm alius quiſpiam de populo eam accuſationem factitare poſſit, *§. 1. Inſtit. de publ. iud. & l. palàm 43. §. Senatus cenſuit, ff. de ritu nuptiar.*

Neque etiam tuetur adverſam opinionem text. *in d. l. qui cum maior, 14. ff. de bonis libertor.* ubi dicitur, quòd liberti filius impunè accuſare poſſit patronum patris, ſi probaverit crimen. Non enim ita filius liberti obſtrictus eſt patrono, ut vaſallus domino ſuo obligatus eſt.

Quod de accuſatione dicim⁹, exaudiendũ 37 etiam

etiam de accuſationis ab alio factitatæ inſtructione, argumento *d.l. qui cum maior, 14. §. ſed ſi, 5.* ibi, aut ſubieci accuſatorem, *ff. de bonis libertor. & l.1. §. incidit, 13. ff. ad SCtum Turpill.* & cenſent ita, quorum meminit Schrader, *d. cap. 8. num. 1. verſ. ſecundò hæc concluſio.*

38 Similiter ſi vaſallus ꝓ accuſatore domini in judicio criminali fideiuſſerit, exuitur feudo ſuo, argument. *l. poſt legatum 5. §. ſunt qui putant, de his, quæ ut indignis*, ubi ICtus Paulus ſcribit, denegandam eſſe actionem legatario, qui fideiuſſit in judicio pro eo, qui falſum defuncti teſtamentum dixit.

39 Sed quæritur, an vaſallus feudum ſuum amittat, ſi accuſatori domini ut advocatus patrocinium contra dominum præſtiterit? Negativam probare videtur textus *in d.l. qui cum maior, 14. §. ſi patroni filius, 9. ff. de bonis libertor.* ubi Vlpian. ICtus tradit, patroni filium non amittere Ius ſuccedendi in bona liberti ex eo, quòd accuſatori liberti advocationem præſtitit, hoc argumento, quòd advocatus non accuſet. Sed hâc ratione non obſtante, concludendum, etiam propter advocationem hanc privari vaſallum feudo. Advocati enim officium eſt præſtare conſilium clientibus *l. advocati 14. C. de advocat. diverſor. iudic.* At vaſallus ſuo tenetur conſilio domi-

num

num juvare, nõ alii adverſus dominum præſtare conſilium poteſt, *Tit. 6. de formâ fidelitatis. verſ. ſed quia, & Tit. ſeq. verſ. Et ſi aliquid, lib. 2 Feud.*

Confert huc quòd ſi donatarius patrocinium & operam contra donatorem præſtet, donatio ab ipſo tanquam ingrato revocari poteſt, *cap. 3.* ubi Panorm. *num. 2. cum ſeqq. Extr. de poſtuland.* Accedit & illud, quòd nec teſtis eſſe poteſt vaſallus contra dominum in cauſâ criminali, aut civili modicâ causâ, ut paulò pòſt oſtendam ex *Tit. 33. §. ſimiliter, lib. 2. Feud.* Et quòd vaſallus indignus ſit feudo, ſi adverſus dominum alicui copiam conſilii ſui faciat, maximè in criminalibus cauſis, ſentiunt Feudiſtæ, quos memorat Andr. Gail *lib. 1. obſ. pract. obſ. 88. num. 5.* & Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 22. in addit. ſub lit. N.* 40

Nihil huic concluſioni refragatur text. in *d. l. qui cum maior, 14. §. ſi patroni filius, 9. ff. de bonis libertor.* Argumentum enim à comparatione ſimilium contra Iuris diſpoſitionem robur habet nullum, Everhard. *in Topic. legal. lib. in loco à ſimili, num. 11.* 41

Cæterùm dubitari poſſet, an vaſallus ob advocationem accuſatori præſtitam amittat feudum, ſi invitus ad eam acceſſerit, compulſus ſcil: à Iudice? Dicendum videtur, 42

quòd

quòd & hoc caſu vaſallus excidat feudo ſuo. Cùm enim omnis advocat⁹ cogatur etiã inuitus cuilibet parti præſtare patrocinium, idq; ſub pœnâ perpetuæ privationis officii ſui, *l. providendum 7. C. de poſtulando*, conſequens ei videtur, quòd privetur ſuo feudo & ille vaſallus, qui inuitus accuſatori domini advocationem præſtitit, & potius deſerere debeat advocandi munus, quàm in necem Domini pratrocinium accuſatori præſtare.

Confirmat eandem hanc concluſionem, quòd vaſallus juvare tenetur dominum contra omnem omninò hominem, excepto Imperatore, Rege, & antiquiore Domino, *Tit. 7. de novâ formâ fidelit. in princ. & Tit. 28. Hîc finitur lex, in fin. & Tit. 55. de probib. feud. alien. per Frider. §. illud quoque lib. 2. Feud.*

Feudiſtæ tamen communiter affirmant, quòd hoc caſu excuſetur vaſallus à feudi pri-
43 vatione, Andr. Gail *d. obſ. 88. num. 5.* Henric. à Roſenth. *tract. feud. cap. 10. concl. 22. num. 20.*

Præterea in ipſiuſmet domini perſonâ culpam committit vaſallus, & feudo ſuo exuitur, ſi contra dominum criminali in causâ teſtimonium dixerit, text. eſt in *Tit. 32, de conſuetudine recti feudi, §. ſimiliter, libro ſecundo Feudorum.*

Quid

Quid verò ſi in causâ civili adverſus dominum dicat teſtimonium vaſallus? De hâc quæſtione concors non fuit Authorum Iuris Feudiſtici opinio, ut arguit text. in *d. Tit. 33. §. ſimiliter, libr. 2. Feud.* ubi ICtus Feudiſta vaſallus, ait, contra dominum in causâ Civili modicâ teſtimonium reddere non debet. Quidam tamen dicunt in Civili causâ licere contra dominum reddere teſtimonium, ſed priorem opinionem prævaluiſſe ex eo convincitur, quòd illa diſpoſitivè, hæc verò poſterior relativè ſolùm proponitur. Accedit quòd in feudorum libris, cum duæ contrariæ proponuntur ſententiæ, prior ut plurimùm adprobata, poſterior reiecta cenſetur, Camerar. in *Tit. 55. de prohib. feudi alien. per Frid. mihi pag. 246.* & Hartman. Piſtor. *libr. 2. quæſt. iur quæſt 25. n. 30. & quæſt. 32. n. 2. part. poſter.* 44

Sed controvertunt Interpretes Iuris Feudorum de eo, num teſtimonio interdictum ſit vaſallo in civili causâ modicâ, vel magnâ causâ? Cuiac. ad *Tit. 36. lib. 4. Feud.* & Æguinarius Baro *libr. 3. de beneficÿs, cap. 3. pag. 373. in princ. & ad d. Tit. 33. §. ſimiliter, lib. 2. Feud.* tradunt, in civili causâ magnâ contra dominum non licere vaſallo teſtimonium dicere; in modicâ autem causâ Ciuili licere. Et Cuiac. dicto loco vocẽ MODICA à priore enunciato reiicit 45

reiicit in axioma poſterius, atque ita legit: QUIDAM TAMEN DICUNT, IN CRIMINALI NON LICERE, IN CIVILI MODICA LICERE, Eguinar. Baro ſuam quoque opinationem probare conatur arg. text. *in Tit. 24. Quæ fuit prim. cauſa benef. amitt. §. item ſi delator*, ibi, PER SUAM DELATIONEM GRAVE DISPENDIUM EUM SUSTINERE FECERIT. *Libr. 2. Feud.* Sed quia utriuſque Cuiacii & Baronis opinio receptæ lectioni *in d. §. ſimiliter*, adverſatur, inhærendum ei haud exiſtimo; Nec me movet magnitudo authoritatis ipſorum, cùm certâ firmâque ratione roboretur nullâ, illique Iure, meritoque opponatur Authoritas Alvaroti, & aliorum in *d. Tit. 33. §. ſimiliter, lib. 2. Feud.* Sonsbeckii *in comment. in uſus feud. part. 12. numero 68.* Zaſii *tract. de feud. part. 10. num. 40*, & aliorum.

Ratio autem cur non liceat vaſallo contrà dominum dicere teſtimonium in civili cauſâ modicâ, hæc eſſe videtur, quòd cauſa modica levis eſt præjudicii, quæ ob teſtimonii inopiam amiſſa, parum damni adferat parti.

46 Nihil patrocinatur Eguinarii Baronis & Cujacij opinioni (cui etiam ſubſcribere videtur Nicol. Mozzius *tract. de feud. cap. de naturalib. feudor. num. 52. verſ. pro concordia*) text. *in d.*

in d. Tit.24.§. item ſi delator, lib. 2.Feud. Eſt enim locus ille non de teſtimonij dictione, ſed de delatione domini à vaſallo factâ, ut de hâc ad illam malè fiat illatio, arg. *l.ult. verſ.ſeparatum, ubi* Bart. *ff.de calumniatorib.*

Cæterùm quæri hîc poteſt, an privetur feudo vaſallus, ſi à Magiſtratu, vel Iudice coactus teſtimonium in criminali, vel modicâ civili causâ contra dominum dixerit? Et quia vaſallus adverſus dominum invitus dicere teſtimonium non debeat, cùm nec libertus contra patronum invitus teſtimonium dicat, *l.4.ff.de teſtib.& can.ſi teſtes,§. lege Iuliâ publicorum,4.quæſt. 2.& 3.* Intelligitur inde, textum in *d. Tit.33. § ſimiliter, lib.2 Feud.* accipiendum eſſe de vaſallo, qui teſtimonij dicendi causâ contra dominum productus, non renuit perhibere teſtimonium, ſed ſponte ſuâ teſtificatus fuit. Vnde ſequitur, quòd vaſallus coactus impunè, & abſq; metu amiſſionis feudi, teſtimonium dicat; ſiquidem dolo careat, qui parere neceſſe habuit, *l.non videtur 167.§.1.ff.de Reg.Iur.* & vaſallus dolo vacuus non amittat feudum, *Tit. 52.de prohib. feud. alien. per Lothar. §.ult. lib.2. Feud. & Tit.21. de feudo ſine culpâ non amitt.lib.1. Feud.* Et hanc amplectuntur ſententiam Alvarot, *ad d.Tit. 24.§.item ſi delator.num.4.lib.2.* 47

N *Feud.*

Feud. Zaſ. de feud. part. 16. num. 49. Sonsbec[k] *in comment. in uſus Feud. part. 12. num. 68.* Ioan[n.] Borcholt. *in comment. in conſuetud. feud. cap.* *num. 128.*

48 Non temerè tamen, & facilè in civili mo[-] dicâ, aut criminali cauſâ invitum cogere v[a-] ſallum debet Iudex, ut dicat adverſus dom[i-] num teſtimonium. Id enim Iuris benefici[um] habet vaſallus, quòd non tenetur invit[us] contra dominum dicere teſtimonium, ſiqu[i-] dem regulariter ad teſtificandum cogi teſt[is] poſſit, *l. ſi quando 19. C. de teſtib.* Quod aute[m] Iure quis habet, id ei abſque cauſâ adimi no[n] debet, *c. quod ob gratiam Tit. de reg. iur. in 6.*

Cogere autem vaſallum poteſt Iudex [ſi] omnes aliæ probationes deficiant, Schra[der] *tr. feud. part. 9. cap. 8. num. 3.* Quando eni[m] veritas aliter cognoſci non poteſt, exam[i-] nantur quoque teſtes, qui aliâs à teſtimon[ii] dictione repelluntur, *l. ſervi 7. ff. de teſtib. l. D[i-]* *vus 9. ff. de quaſtionib.*

49 Quòd autem Iuſtus Reuberus *tr. de teſti[b.]* *part. 2. num. 108.* & Henric. à Roſenth. *tr. feu[d.]* *cap. 10. concl. 23. num. 32.* exiſtimant, quòd v[a-] ſallus etiam contra dominum dicere teſt[i-] monium poſſit, procedere ſaltem poteſt [in] cauſâ civili magnâ, non etiam in modicâ c[i-] vili cauſâ, neq; etiam in cauſâ criminali, m[o-]

dò v

dò vaſallus feudum ſuum retinere velit, per text.*in d.Tit.33.§.ſimiliter,lib.2. Feud.* Alioqui periculo amiſſionis feudi,in quâvis cauſâ non invitus dicere teſtimonium poteſt vaſallus, cùm nuſquam à teſtimonii dictione prohibeatur,& omnes teſtes eſſe poſſint, qui non expreſsè prohibentur,*l.1.§.1.ff. de teſtib.* Farinac.*tr.de teſtib.libr.2.Tit.6.quæſt.62.n.19.*

Quemadmodum ſine periculo amiſſionis feudi in cauſâ magnâ contra dominum dicere teſtimonium poteſt vaſallus, *d.Tit.31.§.ſimiliter,lib.2.Feud.* Ita quoque in feudali cauſâ impunè contra dominum dicit teſtimonium,*Tit. 2.inprinc.verſ.ſi enim domino,& Tit.32. & Tit.ſeq. §. quod autem. lib.eod.Feudorum.*

Inſuper vaſallus in ipſiuſmet domini per- 50
ſonâ culpam committit, & feudo ſuo privatur, ſi famosâ quâdam civili actione contra dominum experiatur; Tùm quia vaſallus comparatur liberto, qui civilem actionem famoſam adverſus patronum movere prohibetur, *l.non debet 11.§.1.ff.de dolo malo,l. 4. §. adverſus parentes, ff. de doli mali & met. except.* Tùm quia cauſa civilis famoſa ſimilis eſt criminali cauſæ,*leg.1.ff. de his qui notantur infam.* Cùm ergò vaſallus dominum accuſare non poſſit criminaliter, *d.Titulo 33. §. ſimiliter, libr.ſecundo Feudor.*conſequens ei eſt,quòd ne

Digitized by Google

civilem actionem famoſam cõtra dominum movere queat. Tùm etiam quia vaſallus domini perſonam reverenter habere jubetur, *Tit. 22. verſ. curia autem*, ibi, ſalvâ reverentiâ, *& Tit. ſeq verſ quomodo enim. lib. 2. Feud.* Tùm poſtremò quia filius contra parentem actione famosâ etiam civili experiri prohibetur, *d. l. non debet, 11. §. 1. ff. de dolo malo, d. l. 4. §. adverſus parentes, ff. de doli mali & met. except.* Quocirca nec vaſallus contra dominum agere hujuſmodi poteſt actione, cùm propter fidelitatis juramentum majorem vaſallus reverentiam domino, quàm filius parenti ſuo debere videatur, per text. in *Tit. 38. §. ult. lib. 2. Feud.* His rationibus adjungi poteſt authoritas Feudiſtarum, Alvaroti ad *Tit. 22. §. ſi verò vaſallus, num. 9. verſ. opponitur ab extran. lib. 2. Feud.* Baldi ad *Tit. 55. §, præterea, num. 15. lib. eod. feu..* Weſembecij *tr. de feud. cap. 10. num. 15.* & aliorum, quos citat Henric. á Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 23. in addit. ſub. lit. A.*

Non poteſt ergò vaſallus injuriarum actionem cõtra dominum mouere, Eſt enim injuriarum actio famoſa, *l. 1. l. Athletas 4. §. ult. ff. de his, qui not. infam. l. iniuriarum 10. & l. non damnatos 18. C. ex quib. cauſ. infam. irrogatur, l. infamem 7. ff. de publ. iud.*

51 Cæterùm an poſſit vaſallus contra ſuum domi-

dominum experiri injuriarum actione ob atrocem injuriam realem, haud immeritò dubitatur & quæritur? Weſemb. *tr. feud. cap. 10. num. 15. in fin.* affirmat, exiſtimans ob atrocem injuriã ſi vaſallus injuriarum actione experiatur adverſus dominum, ſalvum ipſi feudum manere, & hanc in ſententiam ſuam allegat Gloſſam & Dd. *in Tit. 24. §. item ſi delator. lib. 2. Feud.*

Verùm concluſionem hanc adprobare non auſim, propter varias illas rationes paulò ante adductas, ex quibus oſtendi, quòd vaſallus non poſſit conſiſtere adverſus dominum famosâ quâdam actione.

Ne tamen vaſallo Ius ſuum contra dominum indefenſum maneat, loco famoſæ actionis intentare poteſt vaſallus in factum actionem extraordinariam, per text. *in l. ſi ſuperſtite 5. in fin. C. de dolo, d. l. non debet 11. in fin. ff. de dolo malo, & d. l. 4. §. adverſus parentes, ff. de doli mali, & met. except.*

Vlterius vocatur in dubium & illud, num vaſallus interdicto vnde vi experiri contra dominum poſſit, abſque periculo amiſſionis feudi? Diſtinguendum hîc puto inter vim ſimplicem, & eam, quæ armis infertur, illius vis nomine vaſallus non poteſt intentare interdictum vnde vi, ſed eius interdicti 52

 loco

loco competit ei in factum actio ; ſed o vim armatam impunè vaſallus experiri po teſt adverſus Dominum, arg. *l.1.§ interdictu hoc, 43.ff.de vi & vi armat.* ubi cavetur, quò libertus, ſi ei armata vis à patrono illata ſi interdicto hoc adverſus patronum uti poſſi non etiam ſi abſque armis ipſi à patrono vi ſit facta, ſed hoc caſu in factum actione ſub ſidiariâ agendum eſſe. Cùm ergò liberte comparetur vaſallus, & patrono dominu feudi, Idem hic de vaſallo & domino dicendum erit, ut ſi dominus feudi vim attuleri vaſallo armatâ, impunè vaſallus cõtra ipſum interdicto vnde vi cõſiſtere poſſit; non etiã ſi vis abſque armis illata dicatur, argumento liberti ad vaſallum, Everhard. *in Topic. legal in loco à liberto ad vaſallum.*

13 Non obſtat, quòd interdictum vnde vi famoſum eſſe negatur. *l. neque unde vi, 13. ff. de vi & vi armat.* Non eſt quidem famoſum, ſi ſpectes juris infamiam ; at famoſum eſt reſpectu infamiæ facti, ut notant Gl. & Dd. dicto loco, & patet ex eo, quòd libertus adverſus patronum, & liberi contra parentem hoc interdicto, niſi armis illata ſit vis, experiri nequeunt, *d.l.1 §. interdictum hoc, 43. ff. de vi, & vi armatâ.* Quòd ergò Zaſ. *tract. de feud. part. 11. num. 23. & ſeq.* Molinæ. *ad conſuetud. Pariſ Tit. 1. §. 1*

v.§.1.Gl.4.num.35. & Weſemb. *tr.de feud.cap.9.& 10. num.15.* tradunt, quòd vaſallus interdicto unde vi cum domino cõfligere nõ poſſit, exaudiendum eſt de vi abſq; armis per dominũ illatâ. Quando verò Iacobin. de S. Georgio *Tr.de feud.ad verb.* Et dicti vaſalli, *num.7. pag.97.* Ioann. Borcholt. *in comment. in conſuetud.feud.cap.9.num.38.* Herman. Vultei. *tract.de feud.cap.11.num.17.pag.730. verſ.quod causâ criminali*, & alii alibi aſſertant, integrum eſſe vaſallo interdicto vnde vi cõfligere cum domino, intelligendi ſunt de vi armatâ, atque hâc diſtinctione in concordiam optimè reduci poſſunt duæ illæ contrariæ Doctorum opiniones. Id quod ſentit etiam Molinæ. *ad conſuetud.Paris.Tit.1.§.1.gloſſ.4.num.41.* & Menoch. *de recuperandâ poſſeſſ. remed.1.num.98.& ſeq.* Et diſtinctione hâc admiſsâ, manet hîc quoque ſalva liberti & vaſalli, itemq; patroni & domini comparatio: nec opus eſt cum Mynſing. *cent.4.obſ.91.* affirmare, comparationem illam non eſſe perpetuam, & ceſſare eam in interdicto vnde vi.

Cæterùm an vaſallus abſq; periculo amiſſionis feudi, contra dominum experiri poſſit interdicto uti poſſidetis, in dubium vocatur? 54
Molinæ. *in conſuetud. Paris. Titulo 1. §. 1. gloſſ. 4.n.41. & ſeq.* negat, ſed Henric. à Roſenth,

rectè affirmat *tr. feud. cap. 10. concl. 23. numero 6.* Hoc enim Interdictum famam & exiſtimationem rei conventi in nullo ſuggillat.

55 Sed an famoſâ exceptione, putá exceptione doli vaſallus impunè adverſus dominum uti poſſit, quæritur ſimiliter? Et quia neque libertus patrono ſuo hanc obijcere poteſt exceptionem, *l. 4. §. adverſus, 16. ff. de doli, & met. except.* idem erit dicendum de vaſallo, In factum tamen exceptione adverſus dominum uti poteſt, ut libertus, ſic & vaſallus, ſicuti ex proximo citato §. intelligitur.

56 Eſt & illa huius loci quæſtio, poſſitné vaſallus abſque periculo amiſſionis feudi in causâ criminali contra dominum Iudicis partibus fungi? Aienti ſententiæ patrocinari videtur, quòd judicare publicum munus eſt, *l. quippe, 78. ff. de iudic.* Quodque filius in causâ etiam patris Iudicis partes ſuſtinere poteſt, *l. in privatis 77. ff. de iudic.* Quòd denique Iudicis partes quis etiam invitus ſuſcipere tenetur, *l. ſi quis Magiſtratus 9. & l. fin. §. iudicandi neceſſitas, ff. de munerib. & honorib. l. Prætor, 13. §. qui autem, ff. de vacat. & excuſat. muner.* Schrad. *tr. feud. part. 10. ſect. 6. num. 222.* vaſallus autem non niſi ob dolum ſive culpam feudo privatur, *Tit. 52. §. ult. lib. 2. Feud. Tit. 21. lib. 1. Feud.* Dolo autem caret, qui coactus quid facit.

Sed

Sed non obſtantibus hiſce rationibus negativæ inhærendum judico; Tùm quia vaſallus privatur ſuo feudo, ſi criminali in causâ teſtimonium dixerit contra dominum, *d. Tit. 33. § ſimiliter, lib. 2. Feud.* Minus autem eſt dicere teſtimonium, quàm judicare: Et cui quod minus non licet, nec quod maujs eſt licere debet, *l. ſi adulterium 38. §. pen. ff. ad L. Iul. de adult. c. cum in cunctis 7. in princ. Extr. de elect.* Everhard. *in topic. legal. in loco à minore.* Pertinet huc generale illud pronunciatum: Qui repellitur à teſtimonio dicendo, multò magis etiam removetur à judicandi munere, ut ſentiunt Doctores, quos citat & ſequitur Schrader. *tr. feud. part. 10. ſect. 7. num. 79.* Tùm etiam quia vaſallus ab omni debet abſtinere negocio, quo damnum vitæ, corporis, aut famæ adferri domino poteſt, *Tit. 6. de formâ fidelit. & Tit. ſeq. lib. 2. Feud.* Tùm poſtremò, quia hæc negans concluſio adprobatur quoque à ſummo Iuris feudorum Interprete Alvaroto ad *Tit. 24. §. item ſi delator col. 4. libro ſecundo Feudorum.*

Nihil adverſatur concluſioni huic, quòd judicare munus publicum eſt: Nam licet hoc ita ſit, attamen non quilibet in cuiuslibet causâ judex eſſe poteſt, *l. qui iurisdictioni 10. ff. de iurisdict.*

Neque refragatur, quòd etiam filius in patris ſui causâ munere judicandi fungi poteſt. Hoc enim intelligendum ſecundum jus vetus, quo Iudex à Magiſtratu datus certæ judicandi formulæ & præſcripto aſtrictus, ſententiam ferebat, Duaren. *lib. 1. diſput. anniverſ. cap. 51.*

Deniq; non obloquitur, quòd quis invitus judicandi munus ſuſcipere cogitur, Concluſio enim noſtra accipienda in caſu, quo vaſallus ultrò Iudicis partes contra dominum ſuſcepit.

Quamvis autem Alvarotus procedere hanc ſententiam neget, ſi benè & juſtè contra dominum ſententiam dixerit, attamen & hoc caſu feudi privatione dignum reor vaſallum, Nam vaſallus abſq; periculo amiſſionis feudi, ne juſtè quidem criminis accuſare dominum poteſt, ut argumentis ſuprà oſtendi: Nec poteſt vaſallus in causâ juſtâ adverſus dominum dicere teſtimonium, per text. *in d. Tit. 33. §. ſimiliter, lib. 2. Feud.*

57 Adhæc feudo ſuo exuitur vaſallus, ſi in perniciem domini cum hoſte ipſius amicitiā contrahat, Text. *eſt in Tit. 37. quot teſtes ſunt neceſſarij ad probandā feudi ingratitudinem, verſ. vel inimicus eius. lib. 2. Feud.* Schrad. *Tract. feud. part. 9. c. 5. n. 23. & ſeqq.* Confert textus *in l. liberi 28. verſ.*

verſ.ſi tamen mater, C. *de inoff. teſtam. & l.* 1. *§. cum patronus, in fin. ff. de offic. Præfecti Vrbi.*

Cæterùm dubiæ hîc quæſtionis eſt, an vaſallus cum domini hoſte amicitiam contrahens, in perniciem domini id facere, nec ne, præſumatur? Quidam negant, aliqui affirmant, Negat Iacob. de S. Georgio *Tractat. de feud. in verb.* Dictiq; vaſalli promiſerunt non committere, *num.* 14. Roland. à Valle, *conſ.* 1. *num.* 87. *vol.* 3. Schrad. *tr. feud. d. part.* 9. *cap.* 5. *n.* 30. Vultei. *tr. de feud. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 29. *in fin.* Qui omnes volunt, quòd dominus teneatur probare in ſui perniciem vaſallum contraxiſſe amicitiam cum eius hoſte. Affirmat autem Matth. de Afflict. ad *Tit.* 24. *Quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. §. ſi dominum, n.* 21. Zaſ. *tr. feud. part.* 10. *num.* 32. Socin. Iun. *conſ.* 134. *num.* 36. *libr.* 3. Menoch. *conſ.* 102. *num.* 11 *&.* 12. *lib.* 1. & Frideric. Schenk Baro à Tautenberg. ad *Tit.* 32. *numero* 1. *lib.* 2. *Feud.* 58

Negantium opinionem veram judico, Eſt enim amicitiæ conjunctio per ſe res licita, & honeſta, *l. lata culpa* 223. *§.* 1. *ff. de verb. ſign.* Confert text. *in l. Maſſurius* 144. *ff. d. t.* Et præceptum eſt divinum, ne quis pro amico inimicus ſit ꝓximo, Eccleſiaſtici *cap.* 6. Nec præſumend' eſt aliquis, ꝙ in re per ſe hõeſtâ, & licitâ cõtra pietatẽ & bonos mores quid faciat.

l. filius,

l. filius, 15. ff. de condit. inſtit. Maximè vaſallus, qui juramenti ſuì fidelitatis memor, nihil adverſi cõtra dominum perpetrare exiſtimandus eſt. Quare domino incumbit probatio, quòd in ſui perniciem à vaſallo cum domini hoſte amicitia ſit contracta.

59 Non obſtat, quòd quis ſimilis præſumitur illi, cum quo amicitiam contraxit, *l. eum qui 19. C. de Epiſcop. & Cler.* quodque amicus qui eſt inimicis meis, meus reverâ amicus non eſt, *l. liberi 28. verſ. ſi tamen, C. de inoff. teſtam.* Quòd denique tantundem credimus amico, quantum nobis ipſis, ut Seneca ait, *libr. 1. Epiſtol. 3.* Quò pertinet Ciceronis illud in Lælio; In amicum, qui intuetur, tanquam in exemplar aliquod ſui intuetur. Hæc inquam non obſtant, concluſio enim & ſententia hæc noſtra negans juxta quæſtionem propoſitam exaudienda eſt, non ſimpliciter de contractâ cum domini hoſte amicitiâ, ſed de eâ, quæ in domini perniciem ac damnum conjuncta dicitur, Andr. de Iſern. in *Tit. 24. qua fuit prima cauſa benef. amitt. §. porrò, num. 19. lib. 2. Feud.* Sed poteſt vaſallus amicus eſſe hoſtis domini, animo ipſius in dominum ſyncerò manente. Ab eo autem quod abeſſe, vel adeſſe poteſt, nihil certi concludi poteſt, per *l. neque natales, 10. & l. matrem. 17. C.*

de pro-

de probat. Vnde hæc extracta Iuris regula: Non probat hoc eſſe, quod ab eo contingit abeſſe, Everhard. *in Topic. legal. in loco à communiter accidentibus, num. ult.* & Matth. Stephani *lib. 2.Topic.Iur.in loco 60.à communiter accidentibus, in fine.* Tenetur ergò probare dominus, quòd in ſui perniciem contracta ſit à vaſallo amicitia cum hoſte domini.

Ab hâc autem probatione relevatur dominus, ſi tranſierit vaſallus ad domini hoſtem,& cum eo commoratus ſit,Ex eo enim præſumptio fit in domini detrimentum eam conflatam fuiſſe amicitiam,Felin.*ad c.repellantur, num.1. Extr.de accuſat.* & Bald. *ad c. accedens, num. 1. Extr. ut lite non conteſtatâ non procedatur ad teſt. recept.* Hoc ergò caſu incumbit vaſallo neceſſitas probandi, quòd non contraxerit amicitiam cum hoſte domini in diſpendium ipſius, Andr. de Iſern. ad *d.Tit.24.Quæ fuit prima cauſa benef.amitt.§ porrò,num. 21. verſ. ſecus ſi feciſſet lib. 2. Feud.* Menoch. *d. conſ. 102.num.36.& ſeq. lib.1.*

Committit præterea vaſallus culpam in perſonâ ipſiuſmet domini, & ob eam feudo ſuo privatur, ſi credentiam domini ad ejus damnum ſcienter manifeſtaverit, *Tit.17.quib. mod.feud. amitt. verſ. vel ſi,* ibi, credentiam ad eorum damnum ſcienter manifeſtaverit, 60

libr.2.

libr.1. Feud. Eſt autem Credentia domini arcanum ipſius, commiſſum fidei vaſalli, ut apparet ex *Tit. 5.* ibi, ne id, quod mihi ſub nomine fidelitatis commiſerit dominus, pandam alii ad eius detrimentum me ſciente, *Tit. 6. verſ. Tutū*, ibi, ne ſit in damno de ſecreto ſuo, *& Tit. 7.* ibi, & ſi aliquid mihi de ſecretis manifeſtaveris, illud ſine tuâ licentiâ nemini pandam, vel per quod pandatur faciã, *lib 2. Feud.*

Et quia Iure ciuili, qui ſecreta conſilia hoſtibus renunciant, proditores habentur, & capitis pœnam luunt, *l. omne 6. ff. de re milit. & l. ſi quis, 38. § 1. ff. de pœn.* non mirum, quòd Iuris feudorum Authores hanc quoque culpam multandi feudi cauſam eſſe voluerunt.

Non ſolùm tamen feudo ſuo exuitur vaſallus, ſi domini hoſtibus ſecreta ipſius manifeſtaverit, ſed & ſi aliis ea revelaverit, And. de Iſern. *ad d. Tit. 17. num. 6. &* ibi Matth. de Afflict. *num. 10.* Schrader. *tr. feud. part. 9. cap. 5. n. 44. verſ. ſecundò hæc concluſio.* Textus enim Iuris Feudorum prius adducti generaliter loquuntur.

Duo autem conjunctim requiruntur, ut ob credentiam manifeſtatam vaſallus excidat feudo ſuo, Prius eſt malitia, ſive dolus vaſalli, Poſterius propoſitum vaſalli inferendi domino damnum, uti arguit textus in

d. Tit.

d. Tit. 5. lib. 2. Feudorum. Addunt nonnulli tertium requiſitum, quod illud eſt, ut damnum reverâ ſit ſequutum, Alvarot. *ad d. Tit. 17. &* ibidem Baro à Tautenberg, *num. 1. in fin. lib. 1. Feud.* Zaſ. *de feud. part. 10. num. 34.* Sonsbeck. *in comment. in uſus feud. part. 12. num. 62.* Henric. à Roſenth. *tr. de feud. cap. 10. concl. 30. numero 6.*

Verùm opinione meâ amittit vaſallus feudum hâc ex causâ, etiamſi domino ex revelatione illâ nō obvenerit damnum, Tùm quia feudorum placita exigunt ſolùm vaſalli animum & propoſitum inferendi domino damnum, *d. Titulo 17.* ibi, ad eorum damnum, *libr. 1. Feud. & d. Titulo 5.* ibi, ad eius detrimentum, *lib. 2. Feud.* Tùm quia vaſallus cùm domini revelat ſecreta, non ſimplex committit delictum, ſed perjurio ſe polluit, cùm fidelitatis jusjurandum violet, *d. Tit. 5. 6. & 7. lib. 2. Feud.* Tùm etiam quia cum dolosè domino ſuo damnum infert vaſallus, ex hoc ſolo feudum ſuum amittit, ut ex proximè citatis locis intelligitur, & adparet ex *d. Tit. 24. §. item qui dominum, libr. eod. Feud.* ut proinde hîc ſolum eius propoſitum doloſum ſufficere credendum ſit. Tùm poſtremò quia Iure communi in maleficiis voluntas, ſive propoſitum delinquendi, facto declaratum, non exitus ſpectatur 61

l. Divus

l. Divus 14. ff. ad L. Cornel. de ſicar. l. quoniam 6. ... *ad L. Iul. de vi publ. l. qui iniuria 53. ff. de furt. &* ... *pro humani, §. fin. Tit. de homicid. in 6.* Confe... huc Ciceronis illud in Paradoxis: Peccat... non rerum eventu, ſed vitiis hominum me... tienda ſunt; ut & illud, quòd actus pro pe... fecto & impleto habetur, ſi nõ ſtet per agen... tem, quò minus perficiatur actus ille, *l. de pu... pillo 5. §. ſi u, cui nunciatum, ff. de oper. novi nun... ciat.*

Non obſtat, quod ait ICtus in *d. Tit. 6. ver... tutum,* ne ſit ei in damno de ſecreto ſuo. Ho... enim enunciato ſignificat ICtus, ipſam ſe... creti revelationem per ſe eſſe damnum, cùm redundare poſſit in domini perniciem.

62 Quando autem dominus ob credentia... revelationem privare intendit vaſallum feu... do, probare ipſum factum tenetur, per *l. fru... ſtra 8. & l. ult. C. de probat. l. in teſtimonium 20. l. teſtes eos 24. C. de teſtib.* Probato autem ipſo facto, putà revelatione, probatum quoque cenſetur, quòd malitioſè, & in damnum domini revelatio ſecreti facta fuerit. Cùm enim arcana domini propalare, & manifeſtare per ſe delictum ſit, *Tit. 17. lib. 1. Feud.* Siquidem vaſallus juramento promiſerit non pandere ſecreta domini, *Tit. 5. 6. & 7. libr. 2. Feud.* Et promiſſa non ſervare ſit iniquum, & legi...

& legi divinæ adverſum, *c. 1. 2. & 3. Extr. de pact.* nec non Iuri naturali repugnans, *l. 1. in princ. ff. de pact.* præſumptio eſt contra vaſallum, quòd dolo malo aliis aperuerit, quod dominus opertum voluit, per *l. ſi non convicij 6. C. de iniur. & l. 1. C. ad L. Cornel. de ſicar. c. 1.* ubi Abbas, Felin. & alii *Extr. de præſumpt.* Et in ſpecie, quòd doli reus ſit, qui promiſſa non ſervat, tradunt communiter Dd. quos citat Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. numero 63. & ſeq.*

Huic præſumptioni adminiculum adjungere poteſt dominus, ſi doceat, quòd odio vaſalli prematur, quodque aliud ipſius illicitum factum in ſuum redundârit damnum, ut tradit Iohann. Borcholt alios ſequutus, in *Comment. in conſuetud. feud. cap. 8. num. 127.* Etſi enim dolus regulariter non præſumatur, *l. quoties 18. §. qui dolo ff. de probat. & l. non omnes 5. §. à Barbaris, ff. de re militari, & l. quod adhibitus, 5. C. de his, qui ſibi adſcribũt in teſtam.* Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 531.* ex indiciis tamen perſpicuis colligi, & probari poteſt, *l. dolum, 6. C. de dol. mal.* Menoch. *de præſumpt. 3. num. 42. 43. & 44.*

Si ergò vaſallus à dolo ſe excuſare velit, & feudo privari nolit, argumentis probare jubetur, quòd abſque dolo, & propoſito da- 63

mnum inferendi domino myſteria eius pañ derit, arg. *d. l. ſi non convicij*, 5. C. *de iniur. & d. l. 1 verſ. quòd ſi probaveris*, C. *ad L. Cornel. de ſicar. l. non eſt veriſimile 23. in fin. princ. ff. quod met. cauſ. & c. quia veriſimile, Extr. de præſumpt.* Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 5. num. 53.*

Probare autem exiſtimatur vaſallus ſuam intentionem, ſi doceat, quòd ſibi incauto verba quædam de ſecretis domini exciderint, vel quòd domini prudentiam, & calliditatẽ laudare potius voluerit, quàm incõmodum ei quoddam importare, Schrader. *d. c. 5. num. 52.* vel quòd liberare aliquem à mortis periculo voluerit, quod ipſi dominus ſtruere intendit, Andr. de Iſern. ad *Tit. 7. lib. 2. Feud.* & Iohann. Borcholt. *in comment. in conſuetud. feud. cap. 8 num. 127.*

64 Committit quoque vaſallus in ipſius domini perſonâ culpam, & feudo ſuo multatur, ſi feudum, vel eius partem, aut conditionem feudi, putá ſervitiũ dolo malo abneget, & inficietur, *Tit. 26. ſi de feudo defuncti content. ſit int. domin. & agn. §. vaſallus ſi feudum, & §. vaſallus feudum, & Tit. 34. de lege Corradi, §. ult libr. 2. Feud.* Sic & Iure Civili inficiationis pœna dupli comparata eſt in eos, qui damnum à ſe datum negant, *l. 4. C. de Lege Aquil. l. ſed hos ita 22. §. ult. ff. de re iudic. & l. ſi dubitet. 10. §. 1. ff. de fideiuſſorib.*

Quid

Quid verò ſi non præcisè neget vaſallus, 65
ſed dubitanter reſpondeat, Nescio, numquid & hoc caſu excidit ſuo feudo? Quāvis & ille videtur negare, qui dubitat, *l. fi. quis teſtamētum 41. in princ.* ibi, dubitans negat competere, *ff. ad leg. Aquil.* Et reſponſio ambigua nullla ſit reſponſio, pindeq; negans reſpōſio, *l. de ætate 11. §. qui fecerit, & §. nihil intereſt, ff. de interrog. in Iure faciend.* attamen Iure feudorum conſtitutum legimus, quòd vaſallus licet dubitanter reſpondeat, ſuo non privetur feudo, *d. Tit. 26. §. vaſallus feudum, & d. Tit. 34. § ult. lib. 2. Feud.*

Non obſtat, quòd qui dubitat, negare videtur, Nō enim reverâ negat, cùm pro ignorante, & errante habeatur, *l. ult. C. de condict. indeb. & l. 2. in princ. ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ. ſervetur.*

Neque obloquitur, quòd ambigua reſponſio nulla dicitur reſponſio, quę negationi ſimilis eſt. Cujus enim error probabilis eſt, is non intelligitur præcisè negare, *l. ſi filius, 19. ff. de interrogat. in Iure faciend.*

Poſtremò non obſiſtit, quòd vaſallus haud poſſit ignorare, feudale ſit prædium, nec ne, Hoc enim de eo verum eſt vaſallo, qui ipſemet inveſtitus fuit de feudo, non etiam de ſucceſſore defuncti vaſalli, qui juſtâ

ſtâ ignorantiâ excuſare ſe poteſt, *l. qui in alterius 42. ff. de Reg. Iur.*

66 Non aliter tamen ob inficiationem privatur ſuo feudo vaſallus, quàm ſi probet dominus feudum eſſe, *d. Tit. 26. §. vaſallus ſi feudum*, ibi, Et inde conuictus fuerit, *& dict. Tit. 34. §. ult.* ibi, ſiquidem probatum fuerit, *libro ſecundo feudorum.*

Cùm enim unaquæque res præſumatur libera, & allodialis, per *l. altius 8. ubi* Dd. *C. de ſervitut. & aquâ*, æquum eſt, ut probet dominus rem eſſe feudalem.

67 Cæterùm quæri hoc loco poteſt, an vaſallus exuatur feudo, quod extra judicium negavit eſſe feudum? Cujac. ad *Tit. 5. lib. 3. Feud.* ita putat, Verùm textus in *d. Tit. 26. §. vaſallus ſi feudum*, ibi, Et inde convictus fuerit, & *d. Tit. 34. §. ult.* ibi, ſiquidem probatum fuerit, *libr. 2. Feud.* haud obſcurè teſtantur, quòd concluſio hæc de judiciali negatione exaudiri debeat.

68 Quòd ſi vaſallus partem duntaxat feudi abneget, an totum perdat feudum, quæri poteſt? Petr. de Cervo affirmat, in *d. Tit. 26. §. vaſallus ſi feudum, lib. 2. Feud.* At verior eſt ſententia contraria eorum, qui volunt, quòd parte ſolùm negatâ multetur vaſallus, ita ſentiunt quos citat Molinæ. *ad conſuetud. Paris. Tit. I.*

ris. Tit.1.§ 30.num.6.& tradit idem Cujac.*ad d. Tit.5. lib. 3.Feud.*

Hinc ſi vaſallus plures habeat dominos ejusdem feudi, & uni ſaltem abnegaverit ſciens dolo malo, non totum amittit feudum, ſed tantùm illius partem, quem abnegavit ſuum dominum, Molinæ.*d.loco.*

Quòd ſi vaſallus non feudum ipſum, ſed feudale inſtrumentum abneget, quæſtionis eſt, an ex hâc inficiatione feudo ſuo multetur? Schrader. *tr.feud.part.9.cap. 6. num. 23. & ſeq.* aientem amplectitur opinionem. Sed ea mihi dubia videtur, & contraria veritati conſona; Tùm quia in pœnalibus extenſio licita non eſt, Everhard. *in topic. legal. in loco à ratione legis largâ, ad extenſionem ipſius legis.* Tùm etiam quia opinionem hanc reſpuere videtur textus in *d.Tit. 26.§.vaſallus ſi feudum,* ibi, aut ſi aliam rem celaverit vaſallus, feudum tamen non amittit *libr.2.Feud.* Tùm poſtremò, ſi longo vel antiquo tempore vaſallus poſſederit feudum, exigi ab eo non debet inveſtituræ inſtrumentum, *d.Tit.26. §. ſi quis per triginta, lib.2. Feud.* 69

Dictum eſt ſupra, doloſæ inficiationis nomine multari vaſallum feudo, ſi ſciẽs vel neget rem eſſe feudalem, quam poſſidet, vel non agnoſcat dominum, quem feudi ſui do-

minum eſſe non ignorat. Vnde non immeritò vocari in quæſtionem poteſt, quid de latâ hîc ſentiendum ſit culpâ, an excuſet ea vaſallum à feudi amiſſione? Et quia (ut & ſuprà oſtendi) culpa lata dicitur dolo ꝓxima, *l. cum res, 47. §. culpa, ff. de legat. 1. l. ſi fortuito 9. ff. de incend. ruin. naufr. l. mulier. 22. § ſed enim, ff. ad SCt. Trebell. l. quæſitũ 8. §. eum quoq;, ff. de precario.* Et prope dolũ eſſe, *l. ſi fideiuſſor 29. in princ. ff. mandati,* ac prope fraudẽ accedere, *l. impuberib. 7. §. ſi fraus, ff. de ſuſpect. tutorib.* & repræſentare dolum, *l. § culpa, ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſus fuerit,* quandoque etiam ſimpliciter dolus vocatur, *l. magna 226. ff. de Verb. ſign. l. quod Nerva, ff. depoſiti, & l. is cui 5. §. dolum, ff. ut in poſſeſſ. legator.* Idem hîc dicendum eſt de latâ culpâ, quod de dolo dictum fuit. Id quod ſentiunt etiam Feudiſtæ, quos longâ ſerie recenſet Schrad. *Tr. feud. part. 9. cap. 6. num. 26. & ſeq.* tùm etiam Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 32. in addit. ſub litt. F. & G.*

Non obſtat, quòd lex facto doloſo pœnã imponens, extendi negatur ad culpã latam, *l. in lege, 7. ff. ad L. Cornel. de ſicar.* Bart. *in d. l. quod Nerva 22. ff. depoſiti.* Hoc enim Iuris pronunciatum exaudiendum eſt de aſperiori corporis pœnâ, ut innuit Paul. ICtus *in d. l. in lege 7.* ibi, nec in hâc lege culpa lata pro

dolo

dolo accipitur, *ff. ad. L. Cornel. de ſicar.* & docet Duaren. ad *l. 5. in verb.* non etiam ob culpam, *ff. de in litem iurando*, & Ioann. Coras. *libr. 4. miſcellan. cap. 2.*

Dictum quoque ſuprà fuit, vaſallum amittere feudum, ſi ejus conditionem domino abneget, per text. *in d. Tit. 26. §. vaſallus ſi feudum*, ibi, aut feudi conditionem ex certâ ſcientiâ inficiatur, *libr. 2. Feud.* Iam citato loco ſignificari ſubſtantiam, non qualitatem feudi, autumat Præpoſitus ibidem, ac docet ob negatam feudi qualitatem vaſallum feudo non privari. At quia ICtus feudiſta ipſi feudo opponit conditionem feudi, certè per conditionem neutiquam ſignificat ſubſtantiam feudi, ſiquidem SUBSTANTIÆ nomen denotet vel rem ipſam, ex ſuis cauſis conſtantem, *l. Iulianus, 9. §. ſed ſi quis*, ibi, mutatâ formâ propè interemit ſubſtantiam rei, *ff. ad exhibend.* Vel formam ſive ſpecificam differentiam rei, per quam res eſt id, quod eſt, *l. pacta 72. in fin. princ.* ibi, emptionis ſubſtantia conſiſtit ex precio, *ff. de empt, & vendit.* Quòd ſi ergò per cõditionẽ ICtus ſignificaret ſubſtantiã, ineptè & ridiculè cõditionem opponeret feudo, cùm ipſum feudũ pſe juridica ſit ſubſtantia. Dicendũ ergò CONDITIO- 71

nomine, dicto loco ſignificari qualitatem feudi, cujusmodi qualitas eſt feudale ſervitium, & quòd feudum aliud jurabile eſt, aliud non jurabile; Aliud perpetuum, aliud temporale; Aliud maſculinum, aliud fœmineum &c. Quòd ſi ergò dominus dicat, feudum eſſe jurabile, vel eſſe temporale, vel maſculinum feudum; vaſallus verò id neget, ac dicat, non jurabile feudum eſſe, vel eſſe feudum perpetuum, aut fœmineum, idque dolo malo, vel culpâ latâ, ſive craſsâ, ſupinâ & affectatâ negligentiâ, multatur feudo, eoque toto. Conditio enim feudi individua eſt, arg. *l. ſi is, qui quadraginta 80. §. 1. ff. ad L. Falcid.* proindeque totum afficit feudum, ut ſcribũt Feudiſtæ in *d. Tit. 26. §. vaſallus ſi feudum. lib. 2. Feudor.* & eos ſequutus Henric. à Roſenth. *d. cap. 10. concluſ. 32. num. 9.*

72 Cæterùm quia ex abnegatione vaſallus non amittit feudum, niſi inficiatio iſthæc vel dolo malo, vel culpâ latâ ſit facta, ut ſuprà expoſitum, quæritur utrùm præſumatur dolus, vel ea culpa, an verò domino eius probatio incumbat? Cùm autem dolus, aut culpa iſthæc non niſi ex indiciis probetur, *l. dolum 6. C. de dolo malo*, patet inde, incumbere domino, ut oſtendat adeſſe indicia, ex quibus dolus ille, aut culpa probetur. per *l. 2.*

& l. ab

& l. ab eâ, 5. in princ. ff. de probat. Eiuſmodi autem indiciũ eſt, ſi penes vaſallum reperta ſint inſtrumenta, ex quibus cognoſcere potuit, prædia quæ poſſidet eſſe feudalia, & huius vel illius conditionis, per ea quæ tradit Paul. Caſtrens. *conſil. 312. in fin. vol. 1* Molinæ. *in conſuetud. Paris. §. 1. gl. 7. num. 3. Tit. 1.* Andr. Gail *lib. 2. obſervat. practic. obſ. 48. num. 11.* Maſcard. *de probat. concl. 780. num. 8. & 9. vol. 2.* Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 6. concl. 47. num. 6. & ibid. in addit. ad litt.* L. & M. *& cap. 10. conl. 32. num. 11.* De feudi, aut conditionis feudalis abnegatione, pluribus diſſerit Schrad. *tract. feud. part. 9. capite 6. numero 19. & ſequentibus.*

TERTIUS

Tractatus,

DE MODIS AMITTENDI FEVdum ex culpâ vaſalli commiſsâ in perſonâ, quæ poteſtati affectivè Domini ſubiecta eſt.

SUMMARIA.

1. VAſallus aſſiliens & oppugnans Caſtrum, Villam, ſiue domum domini, in quâ uxor domini hæret, exuitur feudo. Ampliatur licet uxor tempore obſidionis ibi non commoretur. num. 5.

2. Quod multò magis procedit ſi in ipſammet per;

perſonam uxoris domini aſſultum fecerit.

3. Vaſallus filium domini ſui inſultans perdit feudum ſuum. Et quid ſi patrem vel matrem domini aſſilierit? num. 4.

6. Vaſallus cum uxore domini concumbens vel concumbere ſe exercens, multatur feudo. *Et* quid ſi pœnitentiâ ductus à cœpto abſtinuit? num. 7.

8. Vaſallus An turpiter ludere cum domini uxore dicatur, & feudo privetur, ſi ei oſculum det impudicum?

9. Vaſallus cum uxore domini turpiter confabulans excidit feudo.

10. Quid ſentiendum de culpâ vaſalli in uxorem domini injuſtam commiſsâ.

11. Vtrùm vaſallus amittat feudum ſi viduæ domini defuncti ſtuprum intulerit?

12. Vaſallus rem veneream habens cum domini concubinâ plectitur feudo. Fallit in concubinâ impropriè ſic dictâ. num. 17.

13. 14. 15. & 16. Diluuntur objectiones pro negativa facientes.

18. An quis mulierem loco uxoris, vel concubinæ habuerit, ex ſolâ animi deſtinatione æſtimatur.

19. Germaniæ noſtræ conſuetudo omnem improbat concubinatum.

20. Vaſallus carnaliter cognoſcens ſpōſam domini ſui an feudo privetur?

21. Vaſallus ſi ſtupro maculârit matrem domini, feudo punitur. Quod limitatur ſi mortuo domino eius matrem vaſallus cognoverit. num. 22.

23. Vaſallus ſtuprum inferens ſorori, vel filiæ domini, item nepti ex filio, vel ſponſæ filij, exuitur feudo.

24. Vtrùm vaſallus multetur feudo ſi cum prædictis fœminis concumbere ſe tantùm exercuerit?

25. Solu-

25. Solutio objectionis ex Tit. 5. §. Item ſi fidelis, lib. 1. Feud. deſumptæ.

26. Soror domini quando manere dicatur in domo domini.

27. Vaſallus ſi pediſſequam dominæ ſuæ ſtupro contaminaverit, an privandus ſit feudo?

28. Vaſallus concumbens cum ſorore dominæ à qua poſſidet feudum, expellitur feudo. Ampliatur licet ſoror ſit dominæ conjugatæ. num 29.

30. Vaſallus cadit feudo ſuo licet prædictis fœminis etiam volentibus vitium obtulerit.

31. Quid ſi eiuſmodi fœminæ meretrices ſint publicæ, anné vaſallus feudo privandus, ſi cum aliqua ipſarum concubuerit? Quid ſi dominum non latuerit harum fœminarum vita meretricia. num. 37. Et quid ſi habitu meretricio ſimulaverint ſe publica eſſe ſcorta, & vaſallus ignorans unam harum compreſſerit. num, 38.

32. 33. 34. 35. & 36. Solvuntur objectiones & argumenta quæ affirmativæ patrocinari videntur.

39 Vaſallus opem præſtans concumbenti cum Domini uxore, filiâ, nuru, nepte ex filio, ſorore domeſticâ, vel pediſſequâ, feudum amittit.

40. Enodatur objectio, quòd ſcil. verba conſuetudinis feudalis in perſonam concepta non ſint extendenda in pœnalibus.

Diſſervi

Diſſervi hactenus de Feudi amiſſione ex culpâ vaſalli, commiſsâ in ipſiuſmet domini perſonâ, ſuccedit nunc feudi amiſſio ex culpâ vaſalli commiſsâ in perſonâ poteſtati, affectuivè domini ſubiectâ.

1 HVius culpæ ſpecies variæ ſunt, Prima eſt, ſi vaſallus per vim aſſiliat, obſideat, & oppugnet locum, putà caſtrum, villam, ſive domum domini, in quâ uxor domini eſt, ipſo vaſallo ſciente, *Tit. 5. Quibus mod. feud. amitt. §. ſimiliter*, ibi, ſciens dominum ibi eſſe, ubi Martin. Laudens. & Baro à Tautenberg, *lib. 1. Feud.* Schrader. *tract. feud. part. 9. cap. 3. num. 5.* Henric. à Roſenthal *tr. feud. cap. 10. concl. 18. num. 13.* Confert huc quòd vir & uxor conjuges corpus cenſeantur unum, *can. admonere 33. quæſt. 2.* quodque injuria uxori illata cenſetur illata marito, *§. patitur, Inſtit. de iniur. & l. 1. §. item per ſemetipſum, §. pen. & ult. ff. d. t.*

Multò

Multò magis ergò privatur vaſallus feudo ſuo, ſi ipſammet perſonam uxoris domini aſſiliat, cùm majus ſit delictum in perſonam alicujus aſſultum facere, quàm illius rem putà caſtrum vel domum oppugnare, Schrader. *d. part. 9. cap. 3. n. 5. verſ. ſextò hæc concluſio & cap. 4. num. 18.*

3 Quod de uxore domini dicitur exaudiendum quoque an ſit de filio domini, dubitat Berojus *conſ. 76. num. 126. vol. 1.* verùm ambigendi cauſam tollit illud, quòd filio illata injuria redundare etiam in patrem dicitur, *d. l. 1. §. uſque adeò autem, & §. pen. ff. de iniur. & d. §. patitur autem, Inſtit. d. t.* Quodque pater & filius una eademque cenſentur eſſe perſona, *l. ult. ubi* Iaſon, & alij *C. de impub. & alijs ſubſtit. & §. ei verò, Inſtit. de inutilib. ſtipulat.*

Amplectuntur hanc de filio concluſionem Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 3. n. 6.* & Henric. à Roſenthal *tract. feud. cap. 10. concl. 18. num. 15.*

4 Quid verò ſentiendum de aſſultu vaſalli in domini patrem aut matrem facto? Ex eo quoq; vaſallum multari ſuo feudo exiſtimāt Feudiſtæ, Schrader. *d. part. 9. capite 3. num. 8.* & Henric. à Roſenthal, *d. concluſ. 18. numero 17.*

Atqui

Atqui hâc de concluſione dubitaverit aliquis non immeritò, ſi vaſallus extra locum domini in perſonam patris, aut matris domini inſultum faciat. Tùm quia licet injuria parenti noſtro, aut alij propinquo illata, nos quoque pertingat, attamen ex eo nobis non competit injuriarum actio, *l. lex Cornelia ſ. in princ. verſ. quâ lege cavetur*, ubi Dd. *ff. de injur.* Tùm quia tantus non eſt affectus liberorum erga parentes, quantus eſt parentum erga liberos, *l. ſcripto 7, in fin ff. ſi tabulæ teſtam. nullæ extab. & l. nam & ſi 15. in princ. ff. de inoff. teſtam.* Tùm quia non ut filius patri in feudum ſuccedit, ita & parens filio ſuo, *Tit. 50. de naturâ ſucceſſ. feud. in princ. lib. 2. Feud.* Tùm quia in pœnalibus extenſio legis licita non eſt, Everhard. *in Top. legal. in loco à ratione legis largâ &c.* Tùm etiam quia vaſallus non amittit feudum ex eo, quòd domini fratrem occidit, *Tit. 37. An ille qui interfecit fratrem domini, in princ. lib. 2. Feud.* Tùm poſtremò, quia pœna privationis feudi non habet locum, niſi in caſibus in Iure expreſſis, vel his ſimilibus, ut tradunt Feudiſtæ, quos citat Schrad. *d. part. 9. cap. 3. num. 20.*

Non obſtat, quòd etiam de filii ſervis quæſtio habenda eſt, ſi pater domini ſit necatus, *leg. 1. §. ſi pater necatus, 14. ff. de SCto Silan.* Hoc enim enunciatũ de illo accipiendum

eſt pa-

cum uxore domini concubuerit, vel concumbere ſe exercuerit, *Tit.5.§.item ſi fidelis, & Tit.21.§.ult.libr.1.Feud.Tit.24.§.rurſus ſi domini, Tit.38.verſ. & ideò, Tit. 57.* ibi, ſi eum cucurbitaverit, *lib.2.Feud.*

Exercere autem ſe, ut cum uxore domini concumbat, dicitur vaſallus, non ſi cogitet ſolùm de concubitu, cum domini uxore, ſed ſi cogitationē & propoſitum ſuum in quendam actum perducat, Baro à Tautenberg *ad d. Tit.5.§.item ſi fidelis, lib. 2.Feud.* Solius enim cogitationis pœnam nemo patitur, *l. cogitationis 18.ff.de pœn.* Confert huc textus *in Tit.51. §.ſi voluerit vaſallus, lib.2.Feud.* Tùm etiam text. *in l.1.in princ.ff.de extraord. crimin.* ubi Paulus ICtus, ſollicitatores, ait, alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etſi effectu ſceleris potiri non poſſunt, propter voluntatem tamen pernicioſæ libidinis extra ordinem puniuntur.

Huic cauſæ amittendi feudum ſuffragatur quoque jus commune, quo indignus judicatur defuncti hereditate, qui cum uxore, aut filiâ, vel nuptâ teſtatoris, concubuit, *l. Lucius Titius 88.§. matre & uxore, 16. verſ. ſed & alius mihi deteriora fecit, ubi* Bald.& alij, *de legat.2.*

Quid verò ſi vaſallus exercuerit quidem 7
ſe cum domini uxore concumbere, ſed pœ-

nitentiâ ductus abſtinuit à cœpto, numquid multabitur nihilominus ſuo feudo? *Gl. in d. Tit. 5. §. itẽ ſi fidelis, in verb.* exercuerit, *lib. 1. Feud.* & Iacob. de Ardizon. *in Epit. Iuris feud. cap. 85.* amplectuntur negatiuam: Curt. verò Iun. *tr. de feud. part. 4. n. 25.* & Frid. Schenck Baro *in d. §. item ſi fidelis, n. 2. lib. 1. Feud.* diſtinguunt inter vaſallum, qui quidẽ ſe exercuit, ut concumberet, ſed ex pœnitentiâ ad actum non peruenit, & eum vaſallũ, qui non tantùm ſe exercuit, ut cõcumberet, ſed ad ipſum quoq; proximum actum pervenit, ſuâ tamen ſponte ab improbo conamine deſtitit; Hunc aiunt feudo privari, illum non item; Atque hæc diſtinctio probari videtur textu in *d. Tit. 51. §. ſi voluerit vaſallus, lib. 2. Feud.*

Verùm dictinctio hæc dubitationi ſubjacere videtur eâ de causâ, quòd vaſallus feudo ſuo multatur ob id ſolùm, quòd cum domini uxore ſaltem turpiter luſit, *d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, libr. 1. Feud.* Si turpis luſus cum domini uxore ad feudi privationem ſufficit, cur non etiam ad feudi amiſſionem ſufficeret ſolus vaſalli conatus ad concubitum cum uxore; conatus, inquam, ipſi improbo crimini proximus, licet vaſallus deſiderium ſuum pœnitentiâ ductus non impleuerit?

Turpiter a. ludere cum domini uxore dicitur vaſallus, quando ipſam impudenter con-

trectat,

trectat, putà manum in ipſius ſinum infere̅do, aut mammillas, vel ſub veſtimentis femur illius tangendo, Gl. & Baro à Tautenberg, & Hotom. *ad d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, lib. 1. Feud.* Sonsb, *in comm. in uſus feud. part. 12. n. 24. & ſeq.*

Sed an turpiter, & impudeter ludere cum domini uxore dicatur; & feudo ſuo multetur vaſallus; qui ei oſculum dat luxurioſum, quæſtionis eſt non cõtemnendæ? Menoch. *lib. 2. de arbitr. iud. caſu 267. n. 3.* & Schrad. alios ſequutus *tr. feud. part. 9. c. 2. n. 84.* affirmant, atque hãc ſententiã judico verã; Tùm quia licet ex impudico, & luxurioſo oſculo non pbetur verè adulterium, Menoch. *de præſumpt. libr. 5. præſumpt. 41. n. 28. & ſeqq.* ut nec ex turpi luſu, cùm ICtus Feudiſta adulterio opponat luſum turpem, in *d. Tit. 5. §. ite̅ ſi fidelis, lib. 1. Feud.* Quia tamen oſculum venereus eſt actus, *can. ne aliqua 27. quæſt. 1.* & futurum arguit adulterium, cùm ſit adulterii præparatorium eiuſq; præludium, Accurſ. *in l. quod ait, 22. ff. de adulter.* Menoch. *d. præſumpt. 41. n. 30. 31. & 33.* certè maculam in domum Senioris infert non exiguã, oſculum uxori ſenioris à vaſallo datum. Tùm quia ex oſculo impudico non levis de adulterio ducitur conjectura, Covarruv. *in epit. de ſponſalib. part. 2. capite 7. §. 6. numero 3.* Maſcard. *de probat. concl. 64.* Tùm poſtremò quia luxurioſum & impudicum dare oſculum

P 2 uxori

uxori alienæ turpior eſt luſus, quàm contrectare eam indecenter, cùm oſculum à concubitu ſit proximum, & ad quartam Veneris partem, ſive ad quartam amoris lineam referatur, tactus verò ad tertiã, juxta verſum: Viſus, & alloquium, tactus, poſt oſcula, factum. Andreas quoque de Iſernia *in d. Tit. 5. § item ſi fidelis, num. 8. lib. 1. Feud.* ſcribit, minus eſſe ponere manus ad pectus mulieris, quàm oſculari eam.

Cùm ergò ob contrectationem impudicam feudo ſuo excidat vaſallus, multò magis eo privãdus eſt, ob venereum oſculum, uxori ſenioris datum.

Sed notandum, quòd loquimur de oſculo venereo, impudico, amatorio, & luxurioſo, non de officioſo, charitativo, honeſto, & ſancto oſculo, quod benevolentiæ, charitatis, & honeſtatis ſignum eſt; proindeque Chriſtianis præcipitur ab Apoſtolo Paulo *ad Roman. 16. verſ. 16. & 1. ad Corinth. cap. 16. verſ. 20. & Epiſtol. 2. cap. 13. verſ. 12.* Item à Petro *1. Epiſt. cap. 5. verſ. 14.*

Verùm hîc ſpectandus eſt Regionis mos, cùm apud quendam populum planè criminoſum ſit, oſculum alienæ mulieri dare, & plerunque pro arrhâ, ac præparatione rei

venereæ habeatur, *d. can. ne aliqua 27. quæſt. 1.* Menoch. *lib. 5. de præſumpt. d. præſumpt. 41. numero 31.*

Quæritur de turpi & inhoneſto colloquio vaſalli cum uxore domini, an pro turpi luſu habeatur, & ex illo vaſallus feudo multetur? Curt. Iun. *tr. feud. 4. num. 26.* affirmat, Zaſius autem *de feud. part. 10. num. 28.* diſtinguit inter colloquium in locis ſuſpectis factum, & colloquium alibi habitum cum domini uxore. Feudiſtæ autem alij communiter negativæ inhærent, ſi ad colloquium turpis aliqua corporis contrectatio non acceſſerit, ita ſentiunt, quos referunt, & ſequuntur Schrader. *tr. feud. part. 9. cap. 2. num. 86. &* Henric. à Roſenth. *d. cap. 10. concl. 28. n. 2. & in addit. ſub lit. E.* 9

Quia tamen turpis cum uxore domini confabulatio non minus dedecoris & criminis plena eſt, quàm inoſculatio & amplexus, teſte Cypriano ad Pomponium de Virginitate, in *d. can. nec aliqua, 27. quæſt. 1.* non videtur ſpernenda Curtij Iunioris opinio. Maximè cùm blandâ oratione, & verbis turpibus fœminæ pudicitiam attentare, injurioſum ſit, & actionem injuriarum producat, *l. item apud 15. §. appellare, 20. & §. ſeq. ff. de iniur.* Ac injuria uxori illata, cenſeatur quoque mari-

to impoſita, *l.1.§.pen, ff. d.t.* etiamſi volentem uxorem quis injuriâ oneret, *d.l.1.§. uſque adeò 5. & l. ſi quis ſervum 36.* ibi, licet conſentientem, *ff. eod. tit.* Ab omni autem injuriâ domini ſub pœnâ amiſſionis feudi abſtinere vaſallus debeat, *Tit. 7. de novâ forma fidel. §. pen. in fin. lib. 2. Feud.*

Denique cùm mala colloquia bonos corrumpant mores, Corinth. *1. cap. 15. verſ. 33.* Senioris autem interſit, animum uxoris ſuæ non corrumpi, *arg. l. ut tantum 14. §. 1. ff. de ſervo corrupt.* patet inde vaſallum feudo ſuo eſſe indignum, qui mores uxoris domini malo, ac turpi colloquio corrupit cùm ex eo abundè arguatur ingratitudo ipſius, quæ ſufficiens eſt cauſa amittendi feudum, *Tit. 24. Quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. in princ.* ibi, tanquam ingratus exiſtens, beneficium amittit, & *§. eſt & alia ingratitudo, lib. 2. Feud.*

10 Quod de uxore domini hactenus dictum fuit, an exaudiri quoque debeat de injuſtâ ejus uxore, quæritur? Matthæus de Afflict. affirmare videtur, licet quoque dubitet, *ad dict. Tit. 5. §. item ſi fidelis, num. 23. lib. 1. Feud.* Atque hæc aiens opinio confirmatur textu *l. ſi uxor 13. §. 1. ff. ad L. Iul. de adult.* ubi ICtus Vlpianus ſcribit, quòd maritus etiam in uxore injuſtâ adulterium vindicare poſſit. Negativam verò amplectitur Iacob. de Ardizone *in*

ne *in ſumma ſiue Epitome Iuris feud. cap. 86. in fin.* eamque tutari videtur text. *in §. ſi adverſus ea, Inſtit, de nupt.* ubi Iuſtinianus Imperator tradit, quòd injuſta uxor non ſit uxor, Confert text. *in l. unic. in princ. ff. unde vir & uxor,* ubi matrimonio injuſto effectus veri, & juſti matrimonii denegantur.

Sed contrarietas hæc diſtinctione tolli poteſt. Matrimonium eſt iniuſtum vel ratione omiſſi ritus nuptialis, vel ob conjunctionem, & proximitatem perſonarum. Si injuſtum ſit propter ritus nuptialis omiſſionem, poteſt maritus adulterium vindicare etiam in uxore, hâc ratione injuſtâ, *d. l. ſi uxor 13. §. 1. ff. ad L. Iul. de adult.* Sin autem fuerit injuſtum ob ſanguinis proximitatem, non poteſt maritus Iure mariti vindicare uxoris adulterium, *d. l. ſi uxor 13. §. ſed & ſi ea, 4. ff. d. t,* Cujac. *libr. 6. obſervat. cap. 16.* Et de hoc poſteriori matrimonio accipiendus eſt text. *in d. §. ſi adverſus ea, Inſt. de nupt.*

Si ergò vaſallus cum domini uxore cõcubuerit, vel concũbere ſe exercuerit, vel turpiter luſerit, amittit feudum, ſi uxor ſit injuſta ratione omiſſi ritus nuptialis, non etiam ſi ob ſanguinis cunjunctionem ſit illegitima cõiux, Vult. *tr. feud. lib. 1. c. 11. n. 31. pag. 738.* Conrad. Rittersh. *lib. 2. partit. feud. c. 5. n. 98.* & Ioan. Schoner. *lib. 1. diſput. feud. diſputat. 10. th. 62.*

Sed diſtinctionis huius pars poſterior limitanda videtur in caſu, quo dominus & eius uxor ignorantes conſanguinitatem ſuam matrimonium contraxerint, ut ſentit Mozz. *tr. de feud. parte ſive Rubrica ult. num. 50.*

21 Anceps autem quæſtio eſt, an vaſallus ſuo privetur feudo, ſi domini defuncti viduę ſtuprum intulerit? Quidam affirmant, aliqui negant, utriuſque ſententiæ authores cumulat Henric. à Roſenthal *tr. feud. cap. 10. concl. 27. in addit. ſub. litt. D. & E.* Ipſe autem ibidem *num. 3.* aienti opinioni inhæret, ut & Vulteius *tract. feud. cap. 11. num. 31. pag. 741. verſ. ſed de viduâ.* Mihi verò negantium ſententia placet, per text. *ind. Tit. 21. §. ult.* ibi, vel ſi concubuerit cum domini uxore DOMINO VIVENTE *lib. 1. Feud.* Confert eodem, quòd in dubio eam ſequimur interpretationem, quâ vitatur, & excluditur pœna, *l. meritò 51. ff. pro ſocio. l. ſemper in dubijs, 56. ff. de Reg. Iur. in 6.* quodque minor eſt injuria, quæ infertur defuncto, quàm quæ viventi imponitur, Bart. *in l. fideicommiſſum 27. num. 2. C. de fideicomm.* Cravet. *conſ. 205. num. 26.* Quodque defuncto marito, vidua eius lege matrimonij ſoluta eſt, Paul. *ad Corinth. 1. cap. 7. verſ. 39.* Quòd denique ſenior mortuus, vaſalli dominus amplius non eſt, ſed defuncti Senioris ſuc-

ris ſucceſſor ipſius eſt dominus, *Tit. 11. de ſucceſſ. fratrum, in princ. Tit. 24. quæ fuit prim. cauſ. beneficij amitt, in princ. & Tit. 40. de capit. Corrad. in princ. lib. 2. Feud.*

Hanc poſteriorem ſententiam adprobant præter alios Sonsbeck. *in comm. in uſus feud. part. 12. num 16.* Baro à Tautenberg *ad d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, num. 1. lib. 1. Feud.* Eguinar. Baro *libr. 3. de benefic. cap. 3.* & Carol. Molinæ. *in conſuetud. Paris. Tit. 1. §. 30. num. 143.*

Affirmantium tamen opinionem procedere judico in caſu, quo vaſallus intra luctus tempora cum domini viduâ concubuit, Vidua enim defuncti ſenioris, quæ intra luctus tempora vaſallum veneris cauſâ admittit, ſuſpicionem de ſe movet adulterij, vivo marito cum ipſo vaſallo commiſſi, per text. in *Novell. 39. cap. 2. §. ſed quia hæc, verſ. ſi enim illas.* Accedit huc, quòd vaſallus qui intra luctus tempus cum viduâ domini ſui concumbit, occaſionem præbet turbandi ſanguinem defuncti ſenioris, per text. *in l. liberorum 11. §. 1. in fin ff. de his qui notant. infam.*

Huius concluſionis patronum ſe profitetur Molinæ. *in cõſuetud. Paris. d. Tit. 1. §. 30. n. 143.* ut & Ioann Borcholt. *in comment. in conſuetud. feud. cap. 8. num. 97.*

Extra hunc caſum aienti opinioni haud

tribuunt firmitatem ullam rationes, quas pro eâ adducunt Feudiſtæ, quod enim aiunt, patrono etiam defuncto exhibendam eſſe reverentiam, *per l. 4. §. adverſus parentes 16. verſ. ſemper enim, ff. de doli mali & met.except.* quodque libertus quaſi indignus carere jubetur legato, & fideicommiſſo à patrono ei relicto, ſi eum etiam mortuum quaſi illicitæ mercis negociatorem detulerit, *l. 1. ff. de his, quæ ut indign. aufer.* exaudiendum illud eſt, de probroſis Patroni factis ab ipſo adhuc vivo commiſſis, in quib. ei etiam mortuo parcere jubetur libertus, nec quicquã infame adverſus ipſum movere. At vaſallus cum defuncti Senioris ſui viduæ ſtuprum infert, nihil infame, ac probroſum de mortuo ſeniore ex facinore ipſius improbo manifeſtat.

Quod item aiunt ſententiæ affirmantis defenſores, viduam intelligi manere in priori matrimonio, quamdiu ad ſecunda non tranſit vota, *l. ult. C. de bon. matern.* id tantùm fit Iuris fictione, in commodum non defuncti mariti, ſed viduæ ſuperſtitis, uti arguit nõ ſolùm text. *d. l. ult. C. d. t.* ſed & *l. ult. in princ. C. de privil. Scholar. libr. 12. l. fœmina 8. verſ. tamdiu igitur, ff. de ſenatorib. & l. filij libertorum 22. §. vidua mulier, ff. ad municipal.*

12 In quæſtionem venit & illud, an feudo multetur vaſallus, ſi cum domini Concubinâ

ſtupro

ſtupro cojerit? Cócubina eſt, quæ cum mare cœlibe, uxoris loco abſque nuptiis domi vivit, *l. Maſſurius 144. in fin. ff. de verb. ſignif. l. 1. l. 3. l. 4. & tot. tit. ff. de concubinis, l. 1. C. de naturalib. liber. l. ſi qua illuſtris, 5. ff. ad SCtum Orphitianum.* Quod attinet quæſtionem noſtram contrariæ de eâ Feudiſtarum extant opiniones, Ajenti ſententiæ inhærent Iacob. de Ardizone in *Epit. Iur. feud. c. 87.* Iacobin. de S. Georgio in verb. dictique vaſalli ꝓmiſerunt, *numero 29.* Curt. Iun. *tr. feud. part. 4. num. 21. verſ. ego autem ſequor,* Baro à Tautenb. *ad dict. Tit. 5. §. itē ſi fidelis lib. 1. Feud.* Zaſius *tr. feud. part. 10. num. 27.* Sonsbeek. *in comment. in uſus feud. part. 10. num. 20.* Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 2. num. 15.* Negantem verò opinionem potiorem habent Martin. Laudens. *ad dict. Tit. 5. §. item ſi fidelis, libr. 1. Feud.* Petr. Ferrar. *in aureâ pract. libellorum, in formâ libelli, quo agitur ad revocationem feudi, in verb.* Nec ſuperſtitibus, *numero 17* Molinæ. *ad conſuetud. Paris Tit. 1. §. 30. num. 140.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 31. pag. 739.* Conrad. Ritterſh. *lib. 2. partit. feudal. cap. 5. numero 104.*

Affirmantium opinionem veritati propiorem eſſe judico Iure Civili Iuſtinianeo, in concubinâ ita propriè dictâ; Tùm quia concubinat' eſt cõjunctio & cõſuetudo legitima, & ſe-

& ſemimatrimonium, per *l. ſi quâ 5. C. ad SCtum Orphitianum*, unde concubina in antiquis inſcriptionibus viceconiux appellatur, Cuiac. *in paratit. ff. Tit. de concubinis.* Tùm quia concubinæ nomen non modò legitimum eſt nomen, *l. 3. §. ult.* ibi, concubinatus per leges nomen aſſumpſit, *ff. de concubin.* ſed eſt quoque nomen honeſtum, *l. Maſſurius 144. ff. de Verb. ſign.* Tùm quia concubina legitimam uxorem imitatur, ut ait Iulianus Anteceſſor & Cuiac. in *Novel. 18.* Idem Cuiac. *libr. 5. obſervat. cap. 6. & ad l. cum tabulis 16. §. 1. ff. de his, quæ ut indignis.* Tùm quia inter legitimam concubinam & uxorem niſi dignitate nihil intereſt, *l. item legato 49. §. parvi autem, ff. de legat. 3. l. donationes 31. in princ. ff. de donat. & l. probrum 41. §. 1. ff. de rit. nupt.* Tùm quia concubinatus coniugium eſt, ſed inæquale, *l. 3. C. de natur. liber.* unde per concubinatum non committitur ſtuprum, *l. 3. ff. de concubin. & l. ſtuprũ ff. ad L. Iul. de adult. l. cum tabulis 16. §. 1. ff. de his, quæ ut indign.* Tùm quia etiam concubina cum extraneo concumbens, ut uxor tenetur Lege Iuliâ de adulteriis, *d. l. ſi uxor 13. in princ. ff. ad L. Iul. de adult.* Tùm quia concubina tanquam ſecunda patris uxor, filio concubini ex juſtis nuptiis nato, quaſi noverca eſt, ut ipſe eam ducere uxorem non poſſit,

l. 4. C.

l. 4. C. de nupt. Tùm quia ut uxori ſuperducere uxorem non licet, *l. 2. C. de inceſt. nupt.* ita nec bonis moribus convenit, concubinæ ſuperducere concubinam, *l. ex eâ 121. §. 1. ff. de verb. oblig. l. ult. in fin. C. communia de manumiſſ.* Tùm poſtremò quia filius, qui ſe patris concubinæ miſcuit, Iure exheredari per patrem poteſt, non minus ac ſi cum novercâ ſuâ rem habuerit. *Novell. 115. cap. 3. §. ſi novercæ ſuæ, aut concubinæ patris.* Cauſæ a. exheredationis plerumque ad feudi privationem ſufficiunt, *Tit. 24. Quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. §. prædicto modo, lib. 2 Feud.*

13 Non obſtat huic aienti pronunciato noſtro, quòd vir in concubinâ ſuâ adulterium Iure mariti vindicare non poteſt, *d. l. ſi uxor 13. §. ſi quis uxorem, §. quod & in concubinâ ff. ad L. Iul. de adult.* Etſi enim non jure mariti in concubinâ accuſari adulterium poſſit, poteſt tamen concubinus in eâ vindicare adulterium ut extraneus aliquis, *d. l. ſi uxor, 13. in princ. ff. ad L. Iul. de adult.*

14 Nec obloquitur, quòd concubina ſoluto concubinatu famosâ furti actione conveniri poteſt à concubino ſuo, ſi ei res quaſdam amoverit, *l. ſi concubina 17. in princ. ff. rerum amot.* Marito autem non furti, ſed rerum amotarum actio contra eam quæ uxor ſua

fuit,

fuit, ob res conſtante matrimonio amotas competit, *l.1. & tot. tit. ff. de act. rer. amot.* Nihil enim aliud ex diſſimilitudine hâc colligitur, quàm quòd plenior uxoris honor eſt, quàm concubinæ, id quod teſtatur etiam *d.l. item legato 49 §. parvi autem 4 ff. de legat. 3.* ubi Vlp. ICtus parvi, ait, refert, uxori an concubinæ quis leget, ſanè enim niſi dignitate nihil intereſt, arguit idem text. *in d.l probrum 41 §.1. ff. de rit. nupt.* Aliàs tamen & concubinæ nomen, ut ſuprà dixi, nomen eſt Iure Civili honeſtum.

15 Adhæc nihil obſiſtit, quod apud Iul. Paul. *libr. 2. recept. ſentent. Tit. 20. de concubinis*, legimus, concubinam ab uxore ſolo delicto ſeparari, unde argui videtur, concubinatum eſſe delictum, proindeq; conſuetudinem inhoneſtam, & illicitam. At ſciendum, quòd locus ille ſit corruptus, & pro DELICTO ſit legendum DELECTU, ut convincitur ex *l. pen. ff. de concubin.* ubi Paul. ICtus concubinam, ait, ex ſolà animi deſtinatione æſtimari oportet. Delictum enim non eſſe concubinatum, apparet ex *l.3. § ult. ff. d.t.* ubi Marcianus ICtus. Quia, ait, concubinatus per leges nomen aſſumpſit, extra legis pœnam eſt.

16 Deniq; nihil decerpit pronunciato noſtro ajenti Leonis Imp. *Novell. 91.* quo Iuſtina-

neum

neum Ius de concubinis penitus abrogatur, & concubinatus omninò prohibetur: Novellæ enim Imperatoris Leonis neq; Iuſtinianeo Iuri, de quo hîc agimus, uſpiam connumerantur à Lothario Saxone, qui nobis Ius reſtituit, neq; uſu in orbe Romano recēptæ ſunt.

17
Negantiũ opinatio admitti poteſt in concubinâ ita impropriè dictâ. Duobus a. modis concubina dicitur impropriè cõcubina. Primò ſi maritus præter legitimã uxorem concubitus gratiâ habeat concubinam. Huius concubinæ uſus Divino, Canonico, & Civili Iure prohibitus eſt; Divino Iure, ut patet ex Geneſi *capite 21.* vbi Deus vult, ut Abraham ex voluntate juſtæ uxoris ſuæ Saræ filium Iſmaelem ex ancillâ Agar concubinâ natum, cum matre eius eiiciat. Quod factum probat quoque Chriſtus ad Galat. *cap. 4. verſ. pen.* Et quòd Diuino Iure non liceat juſtæ uxori concubinam ſuperducere, oſtenditur in Exodo *cap. 20.* & textu Deuter. *cap. 5.* tùm etiam ad Hebræ. *cap. 13. verſ. 4.* De Iure Canonico text. *eſt in can. non omnis 32. quæſt. 2. & can. nemo ſibi 32. quæſt. 4. & can. non mœchaberis, 32. quæſt. 6.* De Iure Civili extat textus *in d. l. ex eâ 121. §. 1. ff. de verb. obl. & l. unic. C. de concubinis.*

Secundò

Secundò dicitur impropriè concubina, quæ quidem cum viro cœlibe domi vivit, ſed ad tempus ſolùm adhibetur, putà donec vir aliam dignam honoribus & facultatibus ſuis inveniat, quam in coniugium ducat. Huius concubinæ uſus ſimiliter Iure Canonico prohibitus eſt, & illicitus, *can. concubina*, ibi; ad tempus adhibitæ, *& can. ſeq. verſ. etenim ſi aliquam 32. quæſt. 2.* Cum hujuſmodi ergò impropriâ concubinâ ſenioris ſi vaſallus ſtupro coierit, feudo ſuo non multatur, cùm eius honeſtas ſit nulla, Mozz. *de feud. part. ult. num. 51.*

18 Concubina autem ita propriè dicta non ſolùm Civili Iure, ſed & Canonicis legibus permiſſa eſt: qualis eſt, quæ cum viro cœlibe ſine nuptiis loco uxoris vivit, hoc mutuo conſenſu, ut ambo uſque ad mortem alterutrius cohabitent, ut convincitur ex *can. is qui habet, & can. Chriſtiano, diſtinct. 34. junct. d. can. concubina, & can. ſeq. 32. quæſt. 2.* Verba *can. is qui*, hæc ſunt: Is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, unius uxoris, aut concubinæ illius conjunctione ſit contentus. *Canon Chriſtiano* his conceptus eſt verbis: Licitum eſt Chriſtiano non niſi unam tantùm aut uxorem, aut certè loco uxoris (ſi conjux deeſt) concubinam [redacted] habere

habere. Vt a. concubinatus ſit juſtus, & concubina juſta, ac propria neceſſe eſt, ut concubinus, & concubina hoc mutuo ſint cõſenſu, quòd usq; ad mortem alterutrius cohabitare velint, ut arguit text. *in d. can. concubina, & can. ſeq. 32. quæſt. 2.*

Juſta igitur & legitima concubina ab uxore differt; Tùm quòd hæc nuptijs intervenientib. viro ſe cõjunxit, illa ſine nuptiis ſuo ſe junxit cõcubino, Cujac. *lib. 5. obſ. cap. 6. in princ.* Nicol. Mozz. *tr. de. feud. part. ult. num. 51. pag. 333. in princ.* Tùm quòd uxoris dignitas & honor plenus eſt, non etiam concubinæ *l. cum tabulis 16. §. 1. ff. de his, quæ ut indign. l. liberta 8. C. de oper. libert. d. l. item legato 49. §. parui autem, ff. de legat 3. & d. l. probrum 41. §. 1. ff. de ritu nupt. l. donationes 31. in princ. vers. an autem maritalis ff. de donat.* Eſt & concubinæ nomen honeſtum, *d. l. Maſſurius 144. ff. de verb. ſignif.* Sed concubina cum uxore collata longè minoris eſt dignitatis & honeſtatis, quàm uxor legitima, ut ex ſententiâ Lyſiæ adverſus Eratoſthenem refert Cujac. *ad. l. donationes 31. ff. de donat. libr. 12. Reſponſ. Papin.* Vxor eſt domina & materfamilias in mariti domo, concubina non item, *d. l. probrum 41. §. 1. ff. de rit. nupt. & l. 1. in fin. princ. ff. de concubin.*

An autem mulierem quis loco uxoris, vel 18
concubinæ habuerit, in dubio ex ſolâ ani-

mi deſtinatione æſtimari oportet, *l. pen. ff. de concubin.* Animus autem ille conſideratur ex perſonarum comparatione, & vitæ conjunctione, *d. l. donationes 31. in princ. ff. de donat.* Vnde Nobilis non præſumitur in matrimonium habuiſſe plebeiam, ſed in concubinatum potius, arg. *l. in libera 24. ff. de rit. nupt.* Neque præſumitur quis eam habuiſſe uxorem, cui non detulit honores, & miniſteria dominæ ſive matrifam. congruentia, ut quam ſuâ menſâ non fuit dignatus, neque cubili ſuo, niſi quandoq; concubitus causâ, *c. illud, Extr. de præſumpt.* Vicinorum quoque fama & opinio hîc ſpectanda eſt, *l. ſi vicinis 9. C. de nupt. & d. c. illud, Extr. de præſumpt.* Cujac. ad *d. l. donationes, ff. de donat.*

19 Etſi autem hæc ita ſe habeant Iure Communi Cæſareo, & Canonico, attamen in Germaniâ plerique Principes & Magiſtratus alii Leonis Novellam 91. ſequuti, omnem concubinatum ſuis Conſtitutionibus omninò prohibuerunt. Qui ergò Conſtitutionibus illis ſubiecti ſunt, & parere coguntur, in concubinatu vivere prohibentur, nec ad illos quęſtionis noſtræ deciſio pertinet.

20 In quæſtionem vocatur & illud, priveturné vaſallus feudo ſuo, ſi cum domini ſui ſponsâ rem exerceat venereã? Quidam ſimpliciter affirmant, ut Zaſ. *de feud. part. 10. n. 27.* Schrad.

Schrad. *tr. feud. part. 9. c. 2. n. 12. & ſeq.* & Eguinar. Baro *lib. 3. de benefic. cap. 3.* Aliqui verò diſtinguunt inter ſponſam de præſenti, & ſpõſam de futuro. Spõſa de præſenti eſt, quæ per verba de præſenti facta eſt ſponſa, putà, Ego te in meã accipio, & ego te accipio in meum. Sponſa de futuro dicitur, quæ per verba de futuro facta eſt ſponſa, veluti: Ego te recipiam in meã, & Ego te in meum recipiam, *c. ſicut, & c. pen. & ult. Extr. de ſponſal. c. de illis, Extr. de conditionib. appoſitis.* Atque hanc diſtinctionem ſponſæ neutiquã reijciendam putat Beza *tr. de divortijs pag. 7.* Quamvis Iure noſtro Cæſareo ſuſtineri non poſſit, cùm hoc Iure omnis ſponſa ſit de futuro, *l. 1. ff. de ſponſal.* quod adprobat etiam *can. noſtrates 30. quæſt. 5.*

Domini autem ſponſæ de præſenti ſi vitium intulerit vaſallus, feudo ſuo ob hoc facinus ipſum multari, nõ etiam ſi ſponſam de futuro ſtupraverit, exiſtimat Petr. de Ravenna ad *Tit. 5. §. item ſi fidelis,* & ibidem Balzaran. *n. 9. lib. 1. Feud.* Et certè ꝙ attinet ſponſam de præſenti, verum eſt, quòd vaſallus Iure exuatur feudo, ſi hanc domini ſponſam ſtupro maculare auſus fuerit, cùm ſponſa hæc vera ſit coniux domini, & inter hanc ſponſam & dominum matrimonium exiſtat verum, per text. in *c. tua fraternitati, & c. pen. & ult. Extr. de ſponſal.* & nihil differat ab uxore juſtâ,

quàm quòd ſolennitas nuptialis nondum acceſſerit, putà deductio in domum mariti, *l. mulierem 5. ff. de rit. nupt. l. cui fuerit 15. ff. de condit. & demonſtrat. & l. ea quæ 32. ff. ad municip.* de quâ deductióne, ut neceſſariâ nuptiarum ſolennitate, quoad Ius Civile Iuſtinianeum, latè diſſervi in Centuriâ controverſar. *concl. concl. 6.* Sed in huius locum ſucceſſiſſe videtur deductio ad Eccleſiam, & Sacerdotalis copulatio, & benedictio, quæ hodie Iure etiā Canonico neceſſaria eſt, *can. 1. can. ſponſus. 30. quæſt. 5. cum ſimilib.* Cujac. *ad Rubr. Extr. de ſponſ.*

Cæterùm quod de ſponsâ de præſenti dicitur, exaudiendum quoque de eâ ſponsâ, quæ per verba de futuro facta eſt ſpóſa, quòd ſcil: ob ſtuprum huic illatum vaſallus feudum amittat, Tùm quia ſponſus ſtuprum ſponſæ ſuæ oblatum Iure mariti vindicare poteſt, *l. ſi uxor 13. §. divi, ff. ad L. Iul. de adult.* Cujac. *libr. 6. obſervat. cap. 16.* & *libr. 20. cap. 16.* Petr. Faber *libr. 3. coniectur. cap 6.* Tùm etiam, quia ſponſæ impoſita injuria, ad ſponſi contumeliam ſpectat, proindeque eius nomine ſponſo injuriarum competit actio, *l. item apud, 15. §. ſponſam quoque ff. de iniur.* Tùm poſtremò, quia vaſallus perdit feudum ſuum etiam ob contumeliam alicui ex illis, qui domini

mini affectui ſubjecti ſunt, allatam, *Tit. 7. in fin. princ.* ibi, ad tuam, vel tuorum injuriam, vel contumeliam *lib. 2. Feud.*

Non obſtat *l. miles 11. §. quærebatur, ff. ad L. Iul. de adult.* ibi enim agit Papinianus de caſu, quo ſponſa alicujus ſtuprata, à patre eius poſt ſtuprum alii cuidam in matrimonium tradita fuit, ut proindè meritò priori ſponſo denegetur facultas vindicandi ſtuprum illud mariti Iure.

Neque etiam obſiſtit, quòd feudorum placita loquuntur ſolùm de uxore domini, non etiam de ſponsâ, & in pœnis irrogandis verba legum propriè ſunt accipienda, non etiam interpretatione producenda, *l. interpretatione, ff. de pœnis, & c. odia* ubi Dyn. *Tit. de Reg. Iur. in 6.* Nam licet Lex Iulia loquatur tantùm de viro, attamen ſponſum non excludit, *d. l. ſi uxor, 13. §. Diui, ff. ad L. Iul. de adult.* Et quamvis oratio D. Marci loquatur tantùm de uxore non dûcendâ pupillâ ab ejus tutore, attamen extenditur quoque ad ſponſam. *l. ſi quis tutor, 60. §. quamvis verba, 5. ff. de rit. nupt.*

Vlterius quæritur & illud, An vaſallus exuatur ſuo feudo, ſi matrem ſui domini ſtupro cognoverit? Ambigere videtur Sonſbeck. *in comment. in uſus feud. part. 12. num. 19.* 21

tribuunt firmitatem ullam rationes, quas pro eâ adducunt Feudiſtæ, quod enim aiunt, patrono etiam defuncto exhibendam eſſe reverentiam, *per l. 4. §. adverſus parentes 16. verſ. ſemper enim, ff. de doli mali & met.except.* quodque libertus quaſi indignus carere jubetur legato, & fideicommiſſo à patrono ei relicto, ſi eum etiam mortuum quaſi illicitæ mercis negociatorem detulerit, *l. 1. ff. de his, quæ ut indign. aufer.* exaudiendum illud eſt, de probroſis Patroni factis ab ipſo adhuc vivo commiſſis, in quib. ei etiam mortuo parcere jubetur libertus, nec quicquã infame adverſus ipſum movere. At vaſallus cum defuncti Senioris ſui viduæ ſtuprum infert, nihil infame, ac probroſum de mortuo ſeniore ex facinore ipſius improbo manifeſtat.

Quod item aiunt ſententiæ affirmantis defenſores, viduam intelligi manere in priori matrimonio, quamdiu ad ſecunda non tranſit vota, *l. ult. C. de bon. matern.* id tantùm fit Iuris fictione, in commodum non defuncti mariti, ſed viduæ ſuperſtitis, uti arguit nõ ſolùm text. *d. l. ult. C. d. t.* ſed & *l. ult. in princ. C. de privil. Scholar. libr. 12. l. fœmina 8. verſ. tamdiu igitur, ff. de ſenatorib. & l. filij libertorum 22. §. vidua mulier, ff. ad muninipal.*

12 In quæſtionem venit & illud, an feudo multetur vaſallus, ſi cum domini Concubinâ ſtupro

ſtupro cojerit? Cōcubina eſt, quæ cum mare cœlibe, uxoris loco abſque nuptiis domi vivit, *l. Maſſurius 144. in fin. ff. de verb. ſignif. l. 1. l. 3. l. 4. & tot. tit. ff. de concubinis, l. 1. C. de naturalib. liber. l. ſi qua illuſtris, 5. ff. ad SCtum Orphitianum.*

Quod attinet quæſtionem noſtram contrariæ de eâ Feudiſtarum extant opiniones, Ajenti ſententiæ inhærent Iacob. de Ardizone in *Epit. Iur. feud. c. 87.* Iacobin. de S. Georgio in verb. dictique vaſalli ꝓmiſerunt, *numero 29.* Curt. Iun. *tr. feud. part. 4. num. 21. verſ. ego autem ſequor,* Baro à Tautenb. *ad dict. Tit. 5. §. itē ſi fidelis lib. 1. Feud.* Zaſius *tr. feud. part. 10. num. 27.* Sonsbeek. *in comment. in uſus feud. part. 10. num. 20,* Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 2. num. 15.* Negantem verò opinionem potiorem habent Martin. Laudens. *ad dict. Tit. 5. §. item ſi fidelis, libr. 1. Feud.* Petr. Ferrar. *in aureâ pract. libellorum, in formâ libelli, quo agitur ad revocationem feudi, in verb.* Nec ſuperſtitibus, *numero 17* Molinæ. *ad conſuetud. Paris Tit. 1. §. 30. num. 140.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 31. pag. 739.* Conrad. Rittersh. *lib. 2. partit. feudal. cap. 5. numero 104.*

Affirmantium opinionem veritati propiorem eſſe judico Iure Civili Iuſtinianeo, in concubinâ ita propriè dictâ; Tùm quia concubinat' eſt cōjunctio & cōſuetudo legitima, & ſe-

& ſemimatrimonium, per *l. ſi quâ 5. C. ad SCtum Orphitianum*, unde concubina in antiquis inſcriptionibus viceconiux appellatur, Cuiac. *in paratit. ff. Tit. de concubinis.* Tùm quia concubinæ nomen non modò legitimum eſt nomen, *l. 3. §. ult.* ibi, concubinatus per leges nomen aſſumpſit, *ff. de concubin.* ſed eſt quoque nomen honeſtum, *l. Maſſurius 144. ff. de Verb. ſign.* Tùm quia concubina legitimam uxorem imitatur, ut ait Iulianus Anteceſſor & Cuiac. in *Novel. 18.* Idem Cuiac. *libr. 5. obſervat. cap. 6. & ad l. cum tabulis 16. §. 1. ff. de his, quæ ut indignis.* Tùm quia inter legitimam concubinam & uxorem niſi dignitate nihil intereſt, *l. item legato 49. §. parvi autem, ff. de legat. 3. l. donationes 31. in princ. ff. de donat. & l. probrum 41. §. 1. ff. de rit. nupt.* Tùm quia concubinatus coniugium eſt, ſed inæquale, *l. 3. C. de natur. liber.* unde per concubinatum non committitur ſtuprum, *l. 3. ff. de concubin. & l. ſtuprū ff. ad L. Iul. de adult. l. cum tabulis 16. §. 1. ff. de his, quæ ut indign.* Tùm quia etiam concubina cum extraneo concumbens, ut uxor tenetur Lege Iuliâ de adulteriis, *d. l. ſi uxor 13. in princ. ff. ad L. Iul. de adult.* Tùm quia concubina tanquam ſecunda patris uxor, filio concubini ex juſtis nuptiis nato, quaſi noverca eſt, ut ipſe eam ducere uxorem non poſſit,

l. 4. C.

l. 4. C. de nupt. Tùm quia ut uxori ſuperducere uxorem non licet, *l. 2. C. de inceſt. nupt.* ita nec bonis moribus convenit, concubinæ ſuperducere concubinam, *l. ex eâ 121. §. 1. ff. de verb. oblig. l. ult. in fin. C. communia de manumiſſ.* Tùm poſtremò quia filius, qui ſe patris concubinæ miſcuit, Iure exheredari per patrem poteſt, non minus ac ſi cum novercâ ſuâ rem habuerit. *Novell. 115. cap. 3. §. ſi novercæ ſuæ, aut concubinæ patris.* Cauſæ a. exheredationis plerumque ad feudi privationem ſufficiunt, *Tit. 24. Quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. §. prædicto modo, lib. 2 Feud.*

Non obſtat huic aienti pronunciato no- 13
ſtro, quòd vir in concubinâ ſuâ adulterium Iure mariti vindicare non poteſt, *d. l. ſi uxor 13. §. ſi quis uxorem, §. quod & in concubinâ ff. ad. L. Iul. de adult.* Etſi enim non jure mariti in concubinâ accuſari adulterium poſſit, poteſt tamen concubinus in eâ vindicare adulterium ut extraneus aliquis, *d. l. ſi uxor, 13. in princ. ff. ad L. Iul. de adult.*

Nec obloquitur, quòd concubina ſoluto 14
concubinatu famosâ furti actione conveniri poteſt à concubino ſuo, ſi ei res quasdam amoverit, *l. ſi concubina 17. in princ. ff. rerum amot.* Marito autem non furti, ſed rerum amotarum actio contra eam quæ uxor ſua

fuit,

fuit, ob res conſtante matrimonio amotas competit, *l.1.& tot. tit. ff. de act. rer. amot.* Nihil enim aliud ex diſſimilitudine hâc colligitur, quàm quòd plenior uxoris honor eſt, quàm concubinæ, id quod teſtatur etiam *d. l. item legato 49 §. parvi autem 4 ff. de legat. 3.* ubi Vlp. ICtus parvi, ait, refert, uxori an concubinæ quis leget, ſanè enim niſi dignitate nihil intereſt, arguit idem text. *in d. l probrum 41 §. 1. ff. de rit. nupt.* Aliàs tamen & concubinæ nomen, ut ſuprà dixi, nomen eſt Iure Civili honeſtum.

15 Adhæc nihil obſiſtit, quod apud Iul. Paul. *libr. 2. recept. ſentent. Tit. 20. de concubinis*, legimus, concubinam ab uxore ſolo delicto ſeparari, unde argui videtur, concubinatum eſſe delictum, proindeq; conſuetudinem inhoneſtam, & illicitam. At ſciendum, quòd locus ille ſit corruptus, & pro DELICTO ſit legendum DELECTU, ut convincitur ex *l. pen. ff. de concubin.* ubi Paul. ICtus concubinam, ait, ex ſola animi deſtinatione æſtimari oportet. Delictum enim non eſſe concubinatum, apparet ex *l. 3. § ult. ff. d. t.* ubi Marcianus ICtus. Quia, ait, concubinatus per leges nomen aſſumpſit, extra legis pœnam eſt.

16 Deniq; nihil decerpit pronunciato noſtro ajenti Leonis Imp. *Novell. 91.* quo Iuſtinaneum

neum Ius de concubinis penitus abrogatur, & concubinatus omninò prohibetur: Novellæ enim Imperatoris Leonis neq; Iuſtinianeo Iuri, de quo hîc agimus, uſpiam connumerantur à Lothario Saxone, qui nobis Ius reſtituit, neq; uſu in orbe Romano recẽptæ ſunt.

Negantiũ opinatio admitti poteſt in concubinâ ita impropriè dictâ. Duobus a. modis concubina dicitur impropriè cõcubina. Primò ſi maritus præter legitimã uxorem concubitus gratiâ habeat concubinam. Huius concubinæ uſus Divino, Canonico, & Cirili Iure prohibitus eſt; Divino Iure, ut patet ex Geneſi *capite 21.* vbi Deus vult, ut Abraham ex voluntate juſtæ uxoris ſuæ Saræ filium Iſmaelem ex ancillâ Agar concubinâ natum, cum matre eius eiiciat. Quod factum probat quoque Chriſtus ad Galat. *cap. 4. verſ. pen.* Et quòd Diuino Iure non liceat juſtæ uxori concubinam ſuperducere, oſtenditur in Exodo *cap. 20.* & textu Deuter. *cap. 5.* tùm etiam ad Hebræ. *cap. 13. verſ 4.* De Iure Canonico text. *eſt in can. non omnis 32. quæſt. 2. & can. nemo ſibi 32. quæſt. 4. & can. non mœchaberis, 32. quæſt. 6.* De Iure Civili extat textus *in d. l. ex eâ 121. §. 1. ff. de verb. obl. & l. unic. C. de concubinis.* 17

Secundò

Secundò dicitur impropriè concubina, quæ quidem cum viro cœlibe domi vivit, ſed ad tempus ſolùm adhibetur, putá donec vir aliam dignam honoribus & facultatibus ſuis inveniat, quam in coniugium ducat. Huius concubinæ uſus ſimiliter Iure Canonico prohibitus eſt, & illicitus, *can. concubina*, ibi, ad tempus adhibitæ, *& can. ſeq. verſ. etenim ſi aliquam 32. quæſt. 2.* Cum hujuſmodi ergò impropriâ concubinâ ſenioris ſi vaſallus ſtupro coierit, feudo ſuo non multatur, cùm eius honeſtas ſit nulla, Mozz. *de feud. part. ult. num. 51.*

18 Concubina autem ita propriè dicta non ſolùm Civili Iure, ſed & Canonicis legibus permiſſa eſt: qualis eſt, quæ cum viro cœlibe ſine nuptiis loco uxoris vivit, hoc mutuo conſenſu, ut ambo uſque ad mortem alterutrius cohabitent, ut convincitur ex *can. is qui habet, & can. Chriſtiano, diſtinct. 34. iunct. d. can. concubina, & can. ſeq. 32. quæſt. 2.* Verba *can. is qui*, hæc ſunt: Is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, unius uxoris, aut concubinæ illius conjunctione ſit contentus. *Canon Chriſtiano* his conceptus eſt verbis: Licitum eſt Chriſtiano non niſi unam tantùm aut uxorem, aut certè loco uxoris (ſi conjux deeſt) concubinam [illegible]

habere

habere. Vt a. concubinatus ſit juſtus, & concubina juſta, ac propria neceſſe eſt, ut concubinus, & concubina hoc mutuo ſint cõſenſu, quòd usq; ad mortem alterutrius cohabitare velint, ut arguit text. *in d. can. concubina, & can. ſeq. 32. quaſt. 2.*

Juſta igitur & legitima concubina ab uxore differt; Tùm quòd hæc nuptijs intervenientib. viro ſe cõjunxit, illa ſine nuptiis ſuo ſe junxit cõcubino, Cujac. *lib. 5. obſ. cap. 6. in princ.* Nicol. Mozz. *tr. de. feud. part. ult. num. 51. pag. 333. in princ.* Tùm quòd uxoris dignitas & honor plenus eſt, non etiam concubinæ *l. cum tabulis 16. §. 1. ff. de his, quæ ut indign. l. liberta 8. C. de oper. libert. d. l. item legato 49. §. parui autem, ff. de legat 3. & d. l. probrum 41. §. 1. ff. de ritu nupt. l. donationes 31. in prino. vers. an autem maritalis ff. de donat.* Eſt & concubinæ nomen honeſtum, *d. l. Maſſurius 144. ff. de verb. ſignif.* Sed concubina cum uxore collata longè minoris eſt dignitatis & honeſtatis, quàm uxor legitima, ut ex ſententiâ Lyſiæ adverſus Eratoſthenem refert Cujac. *ad. l. donationes 31. ff. de donat. libr. 12. Reſponſ. Papin.* Vxor eſt domina & materfamilias in mariti domo, concubina non item, *d. l. probrum 41. §. 1. ff. de rit. nupt. & l. 1. in fin. princ. ff. de concubin.*

18 An autem mulierem quis loco uxoris, vel concubinæ habuerit, in dubio ex ſolâ ani-

mi deſtinatione æſtimari oportet, *l. pen. ff. de concubin.* Animus autem ille conſideratur ex perſonarum comparatione, & vitæ conjunctione, *d. l. donationes 31. in princ. ff. de donat.* Vnde Nobilis non præſumitur in matrimonium habuiſſe plebeiam, ſed in concubinatum potius, arg. *l. in libera 24. ff. de rit. nupt.* Neque præſumitur quis eam habuiſſe uxorem, cui non detulit honores, & miniſteria dominæ ſive matrifam. congruentia, ut quam ſuâ menſâ non fuit dignatus, neque cubili ſuo, niſi quandoq; concubitus causâ, *c. illud, Extr. de præſumpt.* Vicinorum quoque fama & opinio hîc ſpectanda eſt, *l. ſi vicinis 9. C. de nupt. & d. c. illud, Extr. de præſumpt.* Cujac. ad *d. l. donationes, ff. de donat.*

19 Etſi autem hæc ita ſe habeant Iure Communi Cæſareo, & Canonico, attamen in Germaniâ plerique Principes & Magiſtratus alii Leonis Novellam 91. ſequuti, omnem concubinatum ſuis Conſtitutionibus omninò prohibuerunt. Qui ergò Conſtitutionibus illis ſubiecti ſunt, & parere coguntur, in concubinatu vivere prohibentur, nec ad illos quęſtionis noſtræ deciſio pertinet.

20 In quæſtionem vocatur & illud, priveturné vaſallus feudo ſuo, ſi cum domini ſui ſponsâ rem exerceat venereã? Quidam ſimplicitur affirmant, ut Zaſ. *de feud. part. 10. n. 27.*

Schrad.

Schrad. *tr. feud. part. 9. c. 2. n. 12. & ſeq.* & Eguinar. Baro *lib. 3. de benefic. cap. 3.* Aliqui verò diſtinguunt inter ſponſam de præſenti, & ſpõſam de futuro. Spõſa de præſenti eſt, quæ per verba de præſenti facta eſt ſponſa, putà, Ego te in meã accipio, & ego te accipio in meum. Sponſa de futuro dicitur, quæ per verba de futuro facta eſt ſponſa, veluti: Ego te recipiam in meã, & Ego te in meum recipiam, *c. ſicut, & c. pen. & ult. Extr. de ſponſal. c. de illis, Extr. de conditionib. appoſitis.* Atque hanc diſtinctionem ſponſæ neutiquã reijciendam putat Beza *tr. de divortijs pag. 7.* Quamvis Iure noſtro Cæſareo ſuſtineri non poſſit, cùm hoc Iure omnis ſponſa ſit de futuro, *l. 1. ff. de ſponſal.* quod adprobat etiam *can. noſtrates 30. quaſt. 5.*

Domini autem ſponſæ de præſenti ſi vitium intulerit vaſallus, feudo ſuo ob hoc facinus ipſum multari, nõ etiam ſi ſponſam de futuro ſtupraverit, exiſtimat Petr. de Ravenna ad *Tit. 5. §. item ſi fidelis,* & ibidem Balzaran. *n. 9. lib. 1. Feud.* Et certè ꝙ attinet ſponſam de præſenti, verum eſt, quòd vaſallus Iure exuatur feudo, ſi hanc domini ſponſam ſtupro maculare auſus fuerit, cùm ſponſa hæc verà ſit coniux domini, & inter hanc ſponſam & dominum matrimonium exiſtat verum, per text. in *c. tuâ fraternitati, & c. pen. & ult. Extr. de ſponſal.* & nihil differat ab uxore juſtâ,

mini affectui ſubjecti ſunt, allatam, *Tit. 7. in fin. princ.* ibi, ad tuam, vel tuorum injuriam, vel contumeliam *lib. 2. Feud.*

Non obſtat *l. miles 11. §. quærebatur, ff. ad L. Iul. de adult.* ibi enim agit Papinianus de caſu, quo ſponſa alicujus ſtuprata, à patre eius poſt ſtuprum alii cuidam in matrimonium tradita fuit, ut proindè meritò priori ſponſo denegetur facultas vindicandi ſtuprum illud mariti Iure.

Neque etiam obſiſtit, quòd feudorum placita loquuntur ſolùm de uxore domini, non etiam de ſponsâ, & in pœnis irrogandis verba legum propriè ſunt accipienda, non etiam interpretatione producenda, *l. interpretatione, ff. de pœnis, & c. odia* ubi Dyn. *Tit. de Reg. Iur. in 6.* Nam licet Lex Iulia loquatur tantùm de viro, attamen ſponſum non excludit, *d. l. ſi uxor, 13. §. Diui, ff. ad L. Iul. de adult.* Et quamvis oratio D. Marci loquatur tantùm de uxore non dûcendâ pupillâ ab ejus tutore, attamen extenditur quoque ad ſponſam. *l. ſi quis tutor, 60. §. quamvis verba, 5. ff. de rit. nupt.*

Vlterius quæritur & illud, An vaſallus exuatur ſuo feudo, ſi matrem ſui domini ſtupro cognoverit? Ambigere videtur Sonſbeck. *in comment. in uſus feud. part. 12. num. 19.* 21

 & ne-

& negare Eguinar. Baro. *libr.1.de benef. cap.3.* Cęteri verò communiter affirmant, Iacob.de Ardiz. *in Epit.Iuris.feud.c.84.* Baro à Tautenb. *adTit.5.§ item ſi fidelis libr.1.Feud.* Zaſ.*tr.de feud. part.12.n.19.* Schrader.*tr.feud.part.9.cap.2.n.16* Henric. à Roſenth.*tr.feud. cap. 10. concl. 27. n.25.*& alij ab his allegati. Quorum ſententiæ haud invitus ſubſcribo. Tùm quia filij dignitas derivatur quoque in matrem, Novell. *105.cap.2.in princ.* & *l.ult. §.ult.C.de privil. Scholar. libr. 12.* Cui conſequens, quòd etiam filij honorem & exiſtimationem contingat injuria ejus matri illata. Tùm quia vaſallus amittit feudum etiam ob injuriam & contumeliam impoſitam per ipſum ei, qui, quævé domini affectui ſubjectus eſt, *Tit. 7. de novâ formâ fidelit. in fin. princ. verſ. & nunquam aliquid*, ibi ad tuam vel tuorum injuriam vel cōtumeliam, *lib.2.Feud.* Tum poſtremò quia vaſallus ſuo privatur feudo, ſi domini ſororē virginem ſtupraverit *d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, libr.1. Feud. & Tit. 24. §. rurſus domini, libr. ſecund. Feud.* Major autem ratio eſt in matre domini, quàm ſorore ipſius, cùm frater facilius exheredare ſororem poſſit, quàm filius matrem, vt convincitur ex collatione textus in Novell. *22.cap.46.* & *cap. 47.* cum textu in Novell. *115.cap.4*

Non

Non tuetur contrariam opinionem ratio hæc, quòd pœnalia per interpretationem extendi non debeant, *l. interpretatione 42. ff. de pœnis*. Extenſio enim hæc in matre non ſolâ fit interpretatione, ſed & Iuris authoritate, ut argumenta pro communi enunciato adducta ſatis ſuperque arguunt.

Cæterùm an ajens hæc opinio procedat 22 etiam eo caſu, quo domino feudi mortuo eius mater à vaſallo ſtuprata fuit? Negat Sonsbeck. *d. part. 12. num. 18. & 19.* Cujus opinio placitis Feudorum conſona videtur, ex quibus evincitur, quòd vaſallus licet ſe viduæ domini ſuî carnaliter miſcuerit, attamen feudo ſuo non excidat, per text. *in Tit. 21. §. ſi quis miles, verſ. vel ſi concubuerit*, ibi, domino vivente, *libr. 1. Feudor.* Idem ergò dicendum de matre domini defuncti. Quò accedit, quòd ſenior mortuus vaſalli dominus amplius non eſt, *Tit. 11. de ſucceſſ. fratrum, in princ. & Tit. 24. de capit, Corradi, in princ. lib. 2. Feud.*

Adhæc feudo ſuo ſpoliari poteſt vaſallus 23 ſi domini ſororem virginem (ut & antea attigi) vel filiam, vel ex filio neptem domini, vel nuptam filio ipſius ſtupro maculaverit, per text. in *d. Tit. 5. § item ſi fidelis, lib. 1. Feud.*

24 Sed quæſtionis eſt, an vaſallus ſuo excidat feudo, ſi ipſe cum his perſonis concumbere exercuerit ſe tantùm, non autem ſuum impleuerit deſiderium? Affirmant Martin. Laudens. & Iacob. de Belviſo, *verſ. quæro ſi vaſallus, ad d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, lib. 1. Feud.* ut & Curt. Iun. *tr. feud. part. 4. num. 25. verſ. ſecunda cadit dubitatio, pag. 341.* Negant verò Bald. & Baro à Tautenberg *in d. §. item ſi fidelis.* Prior aientium opinio mihi neutiquam diſplicet. Tùm quia generaliter definitum eſt de omnibus ſollicitatoribus, & interpellatoribus honeſtarum fœminarum, quòd licet effectu ſceleris potiri non potuerint, propter voluntatem tamen perniciosæ libidinis puniri debeant, *l. 1. in princ. ff. de extraord. crimin. l. ſi quis, 5. C. de Epiſcop. & Cler. & l. unic. C. ſi quâcunque præditus poteſtate,* Tùm etiam quia vaſallus ſuo multatur feudo, ſi perſonæ injuriam intulerit, quæ affectui domini ſubjecta eſt, *d. Tit. 7. in fin. princip. lib. 2. Feud.* Prædictas autem perſonas domini affectui ſubjectas eſſe convincitur ex *l. 1. §. itẽ aut per ſemetipſum, ff. de iniur.* Tùm poſtremò quia in *d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, lib. 1. Feud.* Clauſula ſive appendix illa Vel Concumbere Se Exercuerit, non modò ad præmiſſum axioma de uxore domini, ſed & ad ſequens enunciatum

ciatum de filiâ, de nepte ex filio, de nuptâ filio, & ſorore domini haud ineptè referri poteſt. Quoties enim clauſula, ſive appendix præcedens congruit quoque his, quæ ſequuntur, tunc in horum quoque communionem ipſa aſſumitur, *l. cum pater 77. §. cum imperfecta, ff. de legat. 2.* Quinetiam clauſula præcedens potentior eſt ſæpè in ſequentia, quàm in ea quæ præcedunt, *l. quiſquis 95. ubi Gl. ff. de legat. 3. l. filiumfam. 27. in princ. ff. quando dies legator. cedat,* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gl. 14. num. 25. & ſeq.* Menoch. *libr. 2. de arbitrar. iud. caſu 64. num. 19. & ſeq. & libr. 1. de præſumpt. præſ. 28. num. 23. & ſeq.*

Cùm ergò Iure communi etiam attentare pudicitiam honeſtæ fœminæ ſit injurioſum, *l. item apud 15. §. ſi quis virgines, & §. appellare, ff. de iniur.* certè quod de ipſo ſtupratore dicitur, exaudiendum quoque de eo, qui tantùm ſollicitare fœminam hujuſmodi de ſtupro auſus fuit.

Nihil opitulatur negantium opinioni, quod ajunt in *d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, lib. 1. Feud.* differentiæ causâ mentioni de uxore domini adponi verba hæc VEL CONCUMBERE SE EXERCUERIT, proindè pertinere ea 25

ſolùm ad uxorem domini, non etiam reſpicere perſonas ſequentes. Cùm repetitio non intelligatur fieri eius, quod differentiæ causâ diſpoſitum eſt. Non inquam id negantium opinioni auxiliatur, Cùm nulla dicto loco adpareat conjectura, quòd verba iſthæc differentiæ causâ à ICto ſint adjecta.

26 Quod verò ICtus ibidem de ſorore domini diſponit, exaudiendum illud duntaxat de eâ ſorore, quæ in domo domini manet. Quæ autem ſoror manere dicatur in domo domini dubitari poteſt. Interpretes Feudorum plerique accipiunt DOMUM DOMINI de domicilio, & habitatione domini, Alvarot. Præpoſ. Matth. de Afflict. in *d. §. item ſi fidelis*, Iacobin. de S. Georgio *in verb.* dictique vaſalli *num. 29.* Curt. Iun. *part. 4. num. 29.* Zaſ. *tr. feud. part. 10. n. 25. & ſeq.* Mozz. *tr. de feud. cap. ult. num. 59.* Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 2. n. 16. verſ. octavò hoc procedit.* Et in hanc ſententiam inclinare quoque videtur Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 27. num. 30. & ſeqq.*

Recentiores verò quidam interpretantur domum domini de domini familiâ, & eam domini ſororem in eius domo, id eſt, familiâ manere dicunt, quæ virgo & innupta manet, ita explicat Hotom. *in libello de verbis feudalib. ſub lit. l. in verb.* in capillo; Tùm etiam

etiam Vulteius *libr. 1. de feud. cap. 11. numero 31. verſ. nec diſtinguitur*, Gothofred. item in notis ad *Tit. 24. Quæ fuit prim. cauſ. beneſ. amitt. §. rurſus ſi domini*, *lib. 2. Feud.* & Ioann. Schoner. *lib. 1. diſput. feud. diſp. 10. theſ. 62.* Atque hanc interpretationem lubens admitto. Primò enim quod ICtus Feudiſta in *d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, libr. 1. Feud.* ſcribit de ſorore domini in domo eius manēte, id explicat ICtus *in d. Tit. 24. §. rurſus, lib. 2. Feud.* de eâ ſorore domini virgine, ſiue innuptâ, ſoror autem domini virgo in eius familiâ manere dicitur, non etiam ea, quæ nupta eſt viro, ut quæ in viri tranſiit familiam, *l. pronunciatio 195. §. mulier autem, & l. familiæ appellatione, 196. ff. de verb. ſign. l. quicunque 10. C. de re milit. lib. 12. l. pen. §. Iulianus, ff. quod falſo tut. auth. geſtum eſſe dicatur. l. pen. ff. de agnoſc. & alend liber.* Cōfert huc ſecundò text. in *§. pater nec non is*, ibi, ex unâ domo, *Inſt. de teſtam. ordin.* ubi domus appellatione ſignificatur familia ut & in *l. perſpiciendum, §. furta, ff. de pœn.* & ſcribit Duaren. *lib. 1. diſput. anniverſar. cap. 28.* & Donell. *lib. 6. comment. cap. 7.* quamvis Cuiac. diſſentiat in *l. ad teſtium, 22. in princ. ff. qui teſtam. facere poſſ.* Iuvat denique hanc noſtram interpretationē, quòd ICt⁹ *in d. Tit. 5. §. itē ſi fidelis, lib. 1. Feud.*

non

non generaliter de nepte domini loquitur, ſed tantùm de nepte ex filio, quæ neptis eſt de familiâ & agnatione domini, non etiam neptis ex filiâ, §. *ult. ubi* Weſemb. *Inſtit. de patriâ poteſt. l. familiæ appellatione 196. ff. de verb. ſign. d. l. quicunque 10. C. de re milit. lib. 12. & d. l. pen.* §. *Iulianus, ff. quod falſo tutor. auth. geſt. eſſe dicatur.*

27 Eſt hîc & illa dubitationi obnoxia quæſtio, an excidat vaſallus feudo ſuo, ſi dominæ ſuæ à quâ feudum poſſidet, pediſſequam ſpurcâ venere impurare auſus fuerit? Quidam negant, quos citat & ſequitur Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 2. numero 97.* negant item Sonsbeck. *in comment. in uſus feud. part. 12. n. 22.* & Baro à Tautenberg *ad d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, lib. 1. Feud.* Affirmat autem Conrad. Rittershuſ. *lib. 2. part. feudal. cap. 5. num. 105.* Mihi quoque jampridem affirmativa propior veritati viſa fuit, cui adhuc inhærendum exiſtimo, Tùm quia uaſallus honeſtatem ſuæ dominæ minuit, quando eius pediſſequæ fœminæ honeſtæ, & pudicę vitium adfert, cùm Matronæ honeſtæ dignitatis, & honoris causâ pediſſequas habeant, Eſt autem vaſallus feudo indignus, ſi quid contra honeſtatem domini, vel dominæ ſuæ agat, *Tit. 6. verſ. honeſtum, iunct. verſ. ſed quia non ſufficit, lib. 2. Feud.*

Tùm

Tùm etiam quia multatur ſuo feudo vaſallus, ſi iniuriâ affecerit perſonam affectui domini ſubiectam *Tit. 7. in fin. princ.* ibi, quod pertineat ad tuam, vel tuorum injuriam, *lib. 2. Feud.* Cùm ergò pediſſequa dominæ virgo pudica heræ ſuæ affectui ſubjecta ſit, videtur in ejus quoque perſonâ affici injuriâ & ipſa domina feudi. Tùm poſtremò, quia Iure etiam communi injuria onerat dominam, qui ejus pediſſequam aſſectatur, & pudicitiam illius attentat, *l. item apud, 15. §. tenetur etiam, & §. ſeq. §. meminiſſe, ff. de iniur.* ob injuriam autem Domino, vel Dominæ à vaſallo oblatam amittitur feudum, *d. Tit. 7. in fin. princ. lib 2. Feud.*

Non impedit concluſionem hanc, quòd nullo Iuris Feudorum expreſſo textu expelli ſuo feudo dicitur vaſallus, qui carnaliter pediſſequæ ſuæ dominæ ſe cõmiſcuit. Vaſallus enim non modò ob cauſas nominatim in libris feudorum expreſſas, feudo ſuo multatur, ſed & ob alias ſimiles cauſas, vel majores, *Tit. 24. §. ſed quia natura, lib. 2. Feud.* Et quia communi Iure Matrona honeſta injuriarum actione convenire poteſt eum, qui pediſſequæ illius injuriã intulit, videtur idem etiam ad feudorum Iura de feudi amiſſione extendendum, per text. in *Tit. 1. §. ſtrenuus autem, lib. 2.*

lib. 2. Feud. ubi ICtus Feudiſta, ſtrenuus, ait, Iuriſperitus, ſicubi caſus emerſerit, qui conſuetudine feudi non ſit comprehenſus, abſq; calumniâ uti poterit lege ſcriptâ.

Neq; etiam pronunciato huic noſtro quicquam detrahit, quòd aiunt communis opinionis patroni, filium non poſſe exheredem fieri ex eo, quòd ſtupraverit pediſſequam matris. Enunciatum enim hoc non eſt planè certum, cùm parens exheredare filium poſſit, etiam ob gravem, & inhoneſtá injuriam à filio ipſi illatam. Novell. 115. *cap. 3. §. ſi gravem.* Ac gravis & atrox videatur injuria omnis, quæ parenti infertur, *§. atrox iniuria, vel ex perſonâ, Inſtit. de Iniur. l. Prætor edixit 7. §. ult. ff. d. t.*

Etſi verò contraria opinio communi Dd. judicio munita ſit, proindeq; in foro ab eâ declinare, & deflectere periculoſum fuerit, attamen author & ſuaſor vaſallo eſſem, ne in conſuetudinem pediſſequarum ſuæ dominæ veneream & illicitã ſe immergeret unquam; Tùm quòd Iudex motus noſtræ aientis opinionis rationibus, repudiare poſſet communem Doctorum opinionem, & contra vaſallum ſuam dare ſententiam. Tùm etiam, quòd dominus propter vaſalli perjurium in non

ſervan

ſervandâ honeſtate commiſſum occaſionem quęrere poſſet, de facto ſaltē ex feudo ipſum expellendi, Matth. de Afflict. *in d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, num. 22. lib. 1. Feud.*

Quod dictum fuit proximè de pediſſequâ dominæ, à quâ vaſallus feudum poſſidet, exaudiendum eſt multò magis de ſorore ipſius dominæ, cùm maior ſit, & naturalis affectio erga ſororem, quàm famulam. Quinetiam ICtus Feudiſta in *d. Tit. 24. §. rurſus, lib. 2. Feud.* loquitur tàm de ſorore dominæ, quàm domini ſorore; Quo loco DOMINÆ vocabulo ſignificatur non domîni uxor, ſed feudi domina, à quâ vaſallus poſſidet feudum. Cùm enim ſoror vxoris domini non ſit de familiâ, & agnatione domini, affectui ipſius ſubiecta non eſt, ſi tamen ſoror uxoris domini cum ipſo in eius domo vivat, eique vaſallus ſtupri vitium inferat, ob nefariam hanc libidinem feudo ſuo multatur: Cùm enim impurando fœdâ libidine familiam domini, contra eius honeſtatem, quam ſartam tectam ſervare promiſit, nefariè agat vaſallus, *Titul. 6. §. honeſtum, libr. ſecundo Feudor.* non immeritò excidit feudo ſuo. Id quod probat etiam argumentum textus in *d. Tit. 5. §. item ſi fidelis*, ibi, in domo domini maneat *lib. 1. Feud.* 28

& negare Eguinar. Baro. *libr.1.de benef. cap. 3.* Cęteri verò communiter affirmant, Iacob.de Ardiz. *in Epit.Iuris.feud.c.84.* Baro à Tautenb. *adTit.5.§.item ſi fidelis libr.1.Feud.* Zaſ.*tr.de feud. part.12.n.19.* Schrader.*tr.feud.part.9.cap.2.n.16* Henric. à Roſenth.*tr.feud. cap. 10. concl. 27. n.25.*& alij ab his allegati. Quorum ſententiæ haud invitus ſubſcribo. Tùm quia filij dignitas derivatur quoque in matrem, Novell. *105.cap.2.inprinc. & l.ult. §.ult.C.de privil. Scholar. libr. 12.* Cui conſequens, quòd etiam filij honorem & exiſtimationem contingat injuria ejus matri illata. Tùm quia vaſallus amittit feudum etiam ob injuriam & contumeliam impoſitam per ipſum ei, qui, quævè domini affectui ſubjectus eſt, *Tit. 7. de novâ formâ fidelit. in fin. princ. verſ. & nunquam aliquid*, ibi ad tuam vel tuorum injuriam vel cõtumeliam, *lib.2.Feud.* Tum poſtremò quia vaſallus ſuo privatur feudo, ſi domini ſororē virginem ſtupraverit *d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, libr.1. Feud. & Tit. 24. §. rurſus domini, libr. ſecund. Feud.* Major autem ratio eſt in matre domini, quàm ſorore ipſius, cùm frater facilius exheredare ſororem poſſit, quàm filius matrem, vt convincitur ex collatione textus in Novell. *22.cap.46. & cap. 47.* cum textu in Novell. *115. cap. 4*

Nos

Non tuetur contrariam opinionem ratio hæc, quòd pœnalia per interpretationem extendi non debeant, *l. interpretatione 42. ff. de pœnis*. Extenſio enim hæc in matre non ſolâ fit interpretatione, ſed & Iuris authoritate, ut argumenta pro communi enunciato adducta ſatis ſuperque arguunt.

Cæterùm an ajens hæc opinio procedat etiam eo caſu, quo domino feudi mortuo eius mater à vaſallo ſtuprata fuit? Negat Sonsbeck. *d. part. 12. num. 18. & 19.* Cujus opinio placitis Feudorum conſona videtur, ex quibus evincitur, quòd vaſallus licet ſe viduæ domini ſui carnaliter miſcuerit, attamen feudo ſuo non excidat, per text. *in Tit. 21. §. ſi quis miles, verſ. vel ſi concubuerit*, ibi, domino vivente, *libr. 1. Feudor.* Idem ergò dicendum de matre domini defuncti. Quò accedit, quòd ſenior mortuus vaſalli dominus amplius non eſt, *Tit. 11. de ſucceſſ. fratrum, in princ. & Tit. 24. de capit, Corradi, in princ. lib. 2. Feud.* 22

Adhæc feudo ſuo ſpoliari poteſt vaſallus ſi domini ſororem virginem (ut & antea attigi) vel filiam, vel ex filio neptem domini, vel nuptam filio ipſius ſtupro maculaverit, per text. in *d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, lib. 1. Feud.* 23

24 Sed quæſtionis eſt, an vaſallus ſuo excidat feudo, ſi ipſe cum his perſonis concumbere exercuerit ſe tantùm, non autem ſuum impleuerit deſiderium? Affirmant Martin. Laudens. & Iacob. de Belviſo, *verſ. quaro ſi vaſallus, ad d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, lib. 1. Feud.* ut & Curt. Iun. *tr. feud. part. 4. num. 25. verſ. ſecunda cadit dubitatio, pag. 341.* Negant verò Bald. & Baro à Tautenberg *in d. §. item ſi fidelis.* Prior aientium opinio mihi neutiquam diſplicet. Tùm quia generaliter definitum eſt de omnibus ſollicitatoribus, & interpellatoribus honeſtarum fœminarum, quòd licet effectu ſceleris potiri non potuerint, propter voluntatem tamen pernicioſæ libidinis puniri debeant, *l. 1. in princ. ff. de extraord. crimin. l. ſi quis, 5. C. de Epiſcop. & Cler. & l. unic. C. ſi quâcunque præditus poteſtate,* Tùm etiam quia vaſallus ſuo multatur feudo, ſi perſonæ injuriam intulerit, quæ affectui domini ſubjecta eſt, *d. Tit. 7. in fin. princip. lib. 2. Feud.* Prædictas autem perſonas domini affectui ſubjectas eſſe convincitur ex *l. 1. §. itē aut per ſemetipſum, ff. de iniur.* Tùm poſtremò quia in *d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, lib. 1. Feud.* Clauſula ſive appendix illa VEL CONCUMBERE SE EXERCUERIT, non modò ad præmiſſum axioma de uxore domini, ſed & ad ſequens enunciatum

ciatum de filiâ, de nepte ex filio, de nuptâ filio, & ſorore domini haud ineptè referri poteſt. Quoties enim clauſula, ſive appendix præcedens congruit quoque his, quæ ſequuntur, tunc in horum quoque communionem ipſa aſſumitur, *l. cum pater 77. §. cum imperfecta, ff. de legat. 2.* Quinetiam clauſula præcedens potentior eſt ſæpè in ſequentia, quàm in ea quæ præcedunt, *l. quiſquis 95. ubi Gl. ff. de legat. 3. l. filiumfam. 27. in princ. ff. quando dies legator. cedat,* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gl. 14. num. 25. & ſeq.* Menoch. *libr. 2. de arbitrar. iud. caſu 64. num. 19. & ſeq. & libr. 1. de præſumpt. præſ. 28. num. 23. & ſeq.*

Cùm ergò Iure communi etiam attentare pudicitiam honeſtæ fœminæ ſit injurioſum, *l. item apud 15. §. ſi quis virgines, & §. appellare, ff. de iniur.* certè quod de ipſo ſtupratore dicitur, exaudiendum quoque de eo, qui tantùm ſollicitare fœminam hujuſmodi de ſtupro auſus fuit.

Nihil opitulatur negantium opinioni, quod ajunt in *d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, lib. 1. Feud.* differentiæ causâ mentioni de uxore domini adponi verba hæc VEL CONCUMBERE SE EXERCUERIT, proindè pertinere ea 25

Q 5 ſolùm

ſolùm ad uxorem domini, non etiam reſpicere perſonas ſequentes. Cùm repetitio non intelligatur fieri eius, quod differentiæ causâ diſpoſitum eſt. Non inquam id negantium opinioni auxiliatur, Cùm nulla dicto loco adpareat conjectura, quòd verba iſthæc differentiæ causâ à ICto ſint adjecta.

28 Quod verò ICtus ibidem de ſorore domini diſponit, exaudiendum illud duntaxat de eâ ſorore, quæ in domo domini manet. Quæ autem ſoror manere dicatur in domo domini dubitari poteſt. Interpretes Feudorum plerique accipiunt DOMUM DOMINI de domicilio, & habitatione domini, Alvarot. Præpoſ. Matth. de Afflict. in *d.* §. *item ſi fidelis*, Iacobin. de S. Georgio *in verb.* dictique vaſalli *num.* 29. Curt. Iun. *part.* 4. *num.* 29. Zaſ. *tr. feud. part.* 10. *n.* 25. *& ſeq.* Mozz. *tr. de feud. cap. ult. num.* 59. Schrad. *tr. feud. part.* 9. *cap.* 2. *n.* 16. *verſ. octavò hoc procedit*. Et in hanc ſententiam inclinare quoque videtur Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap.* 10. *concl.* 27. *num.* 30. *& ſeqq.*

Recentiores verò quidam interpretantur domum domini de domini familiâ, & eam domini ſororem in eius domo, id eſt, familiâ manere dicunt, quæ virgo & innupta manet, ita explicat Hotom. *in libello de verbis feudalib. ſub lit.* I. *in verb.* in capillo; Tùm

etiam

etiam Vulteius *libr. 1. de feud. cap. 11. numero 31. verſ. nec diſtinguitur*, Gothofred. item in notis ad *Tit. 24. Quæ fuit prim. cauſ. beneſ. amitt.* §. *rurſus ſi domini*, *lib. 2. Feud.* & Ioann. Schoner. *lib. 1. diſput. feud. diſp. 10. theſ. 62.* Atque hanc interpretationem lubens admitto. Primò enim quod ICtus Feudiſta in *d. Tit. 5.* §. *item ſi fidelis, libr. 1. Feud.* ſcribit de ſorore domini in domo eius manētē, id explicat ICtus *in d. Tit. 24.* §. *rurſus, lib. 2. Feud.* de eâ ſorore domini virgine, ſive innuptâ, ſoror autem domini virgo in eius familiâ manere dicitur, non etiam ea, quæ nupta eſt viro, ut quæ in viri tranſiit familiam, *l. pronunciatio 195.* §. *mulier autem, & l. familiæ appellatione, 196. ff. de verb. ſign. l. quicunque 10. C. de re milit. lib. 12. l. pen.* §. *Iulianus, ff. quod falſo tut. auth. geſtum eſſe dicatur. l. pen. ff. de agnoſc. & alend liber.* Cōfert huc ſecundò text. in §. *pater nec non is*, ibi, ex unâ domo, *Inſt. de teſtam. ordin.* ubi domus appellatione ſignificatur familia ut & in *l. perſpiciendum*, §. *furta, ff. de pæn.* & ſcribit Duaren. *lib. 1. diſput. anniverſar. cap. 28.* & Donell. *lib. 6. comment. cap. 7.* quamvis Cuiac. diſſentiat in *l. ad teſtium, 22. in princ. ff. qui teſtam. facere poſſ.* Iuvat denique hanc noſtram interpretationē, quòd ICt⁹ *in d. Tit. 5.* §. *itē ſi fidelis, lib. 1. Feud.*

non

non generaliter de nepte domini loquitur, ſed tantùm de nepte ex filio, quæ neptis eſt de familiâ & agnatione domini, non etiam neptis ex filiâ, §. *ult. ubi* Weſemb. *Inſtit. de patriâ poteſt. l. familiæ appellatione 196. ff. de verb. ſign. d. l. quicunque 10. C. de re milit. lib. 12. & d. l. pen. §. Iulianus, ff. quod falſo tutor. auth. geſt. eſſe dicatur.*

27 Eſt hîc & illa dubitationi obnoxia quæſtio, an excidat vaſallus feudo ſuo, ſi dominæ ſuæ à quâ feudum poſſidet, pediſſequam ſpurcâ venere impurare auſus fuerit? Quidam negant, quos citat & ſequitur Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 2. numero 97.* negant item Sonsbeck. *in comment. in uſus feud. part. 12. n. 22.* & Baro à Tautenberg *ad d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, lib. 1. Feud.* Affirmat autem Conrad. Rittershuſ. *lib. 2. part. feudal. cap. 5. num. 105.* Mihi quoque jampridem affirmativa propior veritati viſa fuit, cui adhuc inhærendum exiſtimo, Tùm quia uaſallus honeſtatem ſuæ dominæ minuit, quando eius pediſſequæ fœminæ honeſtæ, & pudicę vitium adfert, cùm Matronæ honeſtæ dignitatis, & honoris causâ pediſſequas habeant, Eſt autem vaſallus feudo indignus, ſi quid contra honeſtatem domini, vel dominæ ſuæ agat, *Tit. 6. verſ. honeſtum, iunct. verſ. ſed quia non ſufficit, lib. 2. Feud.*

Tùm

Tùm etiam quia multatur ſuo feudo vaſallus, ſi iniuriâ affecerit perſonam affectui domini ſubiectam *Tit. 7. in fin. princ.* ibi, quod pertineat ad tuam, vel tuorum injuriam, *lib. 2. Feud.* Cùm ergò pediſſequa dominæ virgo pudica heræ ſuæ affectui ſubjecta ſit, videtur in ejus quoque perſonâ affici injuriâ & ipſa domina feudi. Tùm poſtremò, quia Iure etiam communi injuria onerat dominam, qui ejus pediſſequam aſſectatur, & pudicitiam illius attentat, *l. item apud, 15. §. tenetur etiam, & §. ſeq. §. meminiſſe, ff. de iniur.* ob injuriam autem Domino, vel Dominæ à vaſallo oblatam amittitur feudum, *d. Tit. 7. in fin. princ. lib 2. Feud.*

Non impedit concluſionem hanc, quòd nullo Iuris Feudorum expreſſo textu expelli ſuo feudo dicitur vaſallus, qui carnaliter pediſſequæ ſuæ dominæ ſe cõmiſcuit. Vaſallus enim non modò ob cauſas nominatim in libris feudorum expreſſas, feudo ſuo multatur, ſed & ob alias ſimiles cauſas, vel majores, *Tit. 24. §. ſed quia natura, lib. 2. Feud.* Et quia communi Iure Matrona honeſta injuriarum actione convenire poteſt eum, qui pediſſequæ illius injuriã intulit, videtur idem etiam ad feudorum Iura de feudi amiſſione extendendum, per text. in *Tit. 1. §. ſtrenuus autem,*

lib. 2.

lib. 2. Feud. ubi ICtus Feudiſta, ſtrenuus, ait, Iuriſperitus, ſicubi caſus emerſerit, qui conſuetudine feudi non ſit comprehenſus, abſq; calumniâ uti poterit lege ſcriptâ.

Neq; etiam pronunciato huic noſtro quicquam detrahit, quòd aiunt communis opinionis patroni, filium non poſſe exheredem fieri ex eo, quòd ſtupraverit pediſſequam matris. Enunciatum enim hoc non eſt planè certum, cùm parens exheredare filium poſſit, etiam ob gravem, & inhoneſtā injuriam à filio ipſi illatam. *Novell. 115. cap. 3. §. ſi gravem.* Ac gravis & atrox videatur injuria omnis, quæ parēti infertur, *§. atrox iniuria, vel ex perſonâ, Inſtit. de Iniur. l. Prætor edixit 7. §. ult. ff. d. t.*

Etſi verò contraria opinio communi Dd. judicio munita ſit, proindeq; in foro ab eâ declinare, & deflectere periculoſum fuerit, attamen author & ſuaſor vaſallo eſſem, ne in conſuetudinem pediſſequarum ſuæ dominæ veneream & illicitā ſe immergeret unquam; Tùm quòd Iudex motus noſtræ aientis opinionis rationibus, repudiare poſſet communem Doctorum opinionem, & contra vaſallum ſuam dare ſententiam. Tùm etiam, quòd dominus propter vaſalli perjurium in non

ſervan

ſervandâ honeſtate commiſſum occaſionem quęrere poſſet, de facto ſaltē ex feudo ipſum expellendi, Matth. de Afflict. *in d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, num. 22. lib. 1. Feud.*

Quod dictum fuit proximè de pediſſequâ dominæ, à quâ vaſallus feudum poſſidet, exaudiendum eſt multò magis de ſorore ipſius dominæ, cùm maior ſit, & naturalis affectio erga ſororem, quàm famulam. Quineciam ICtus Feudiſta in *d. Tit. 24. §. rurſus, lib. 2. Feud.* loquitur tàm de ſorore dominæ, quàm domini ſorore; Quo loco Dominæ vocabulo ſignificatur non domini uxor, ſed feudi domina, à quâ vaſallus poſſidet feudum. Cùm enim ſoror vxoris domini non ſit de familiâ, & agnatione domini, affectui ipſius ſubiecta non eſt, ſi tamen ſoror uxoris domini cum ipſo in eius domo vivat, eique vaſallus ſtupri vitium inferat, ob nefariam hanc libidinem feudo ſuo multatur: Cùm enim impurando fœdâ libidine familiam domini, contra eius honeſtatem, quam ſartam tectam ſervare promiſit, nefariè agat vaſallus, *Titul. 6. §. honeſtum, libr. ſecundo Feudor.* non immeritò excidit feudo ſuo. Id quod probat etiam argumentum textus in *d. Tit. 5. §. item ſi fidelis*, ibi, in domo domini maneat *lib. 1. Feud.* 28

Feud. & Tit. 24. §. rurſus. ibi ſorori in domo adhuc manenti, *lib. 2. Feud.* & ſentit ita Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 27. num. 39. & ſeq.*

30 Cæterùm de ſorore dominæ quod dictum fuit, intelligendum ſit tantùm de dominæ adhuc innuptæ ſorore, an etiam de ſorore dominæ conjugatæ, quæri video? Conrad. Rittershuſ. *lib. 2. partit. feudal. cap. 5. num. 110.* affirmat de innuptæ dominæ ſorore, non etiã de ſorore dominæ conjugatæ, hâc motus ratione, quòd domina conjugata nubendo, in mariti familiam tranſierit, & non ampliùs cum ſorore ſuâ eiusdem ſit familiæ. Atqui idem aſſertare de conjugatæ feudi dominæ ſorore, cum ipsâ dominâ habitante, dubito nihil, eò, quòd dominæ etiam conjugatæ affectui ſubjecta eſt ſoror eius, & per hanc ipſi quoque injuria infertur, quæ in ipſam quoque feudi dominam redundat, ut arguit generalis textus in *d. Tit. 7. in fin. princ.* ibi, quod pertineat ad tuã vel tuorum injuriam vel contumeliam, *lib. 2. Feudor.*

31 Amittit autem vaſallus feudum ſuum non modò ſi prædictis fœminis invitis, ſed & volentibus vitium obtulerit. Etſi enim volentibus non inferatur injuria, in ipſis tamen imponitur iniuria illis, quorum affectui ſubjectæ

iectæ ſunt, *l. 1. §. uſque adeò, & l. ſi quis ſervum 26. ff. de iniur.* atque ita ſentiunt etiam Feudiſtę quos citant, & ſequuntur Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 2. n. 19.* Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 27. n. 46.* Vulteius *lib. 1. de feud. c. 11. num. 31. pag. 747. verſ. cæterùm non diſtinguimus.*

Quid verò ſi prædictæ fœminæ meretrices ſint publicæ, & palàm corpore ſuo turpem quæſtum faciant, numquid vaſallus feudo ſuo cadit, ſi cum aliquâ ipſarum concumbere auſus fuerit? Feudiſtæ ita communiter opinantur, quos ſequuntur Schrader. *tr. feud. d. part. 9. cap. 2. num. 19.* Henric. à Roſenth. *d. cap. 10. concl. 27. num. 47.* & Herman. Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. n. 31. pag. 747. verſ. non etiam diſtinguimus,* Ioann Schoner. *lib. 1. diſput. feud. diſp. 10. th. 64.* 31

Atque hæc opinio probabiliter defendi poſſe videtur, Tùm quia in meretrice non modò ſtuprum, *l. probrum aliàs ſtuprum 41. ff. de rit. nupt.* Sed & adulterium committi putatur, *l. ſi uxor 13. §. ſed & in eam, ff. ad L. Iul. de adult.* Id quod ſentit etiam Ioann. Vaud. *lib. 2. variar. quæſt. quæſt. 21.* Tùm etiam quia iniuriarum actione experiri poteſt dominus adverſus eum, qui ancillæ domini ſtuprum intulit, *l. ſi ſtuprum 25. ff. de iniur.* Tùm poſtremò quia text. in *d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, libr. 1.*

R Feud.

Feud. & text. in *Tit.24 §. rurſus ſi domini, libr. 2. Feud.* non diſtinguunt honeſtè vel turpiter vivant mulieres illæ.

Cæterùm non deſunt rationes, quib. contraria defenſari ſententia videtur, Primò enim teſtatur Iuris authoritas, quòd nec ſtupri, nec adulterij crimen incurrat, qui conjugem alicuius meretricem publicam carnaliter agnovit, *l. ſi ea, 22. & l. quæ adulterium 29. C. ad L. Iul. de adult.* Iul. Clar. *lib. 5. ſentent.* §. *adulterium, n. 3.* Emanuel Soarez *lib. opin. comm. lit. M. n. 139. &* Ioach. à Beuſt *tr. de nupt. part. 2, cap. 19.*

32 Quam ſententiam non impedit text. in *l. ſi uxor, 13. §. ſed in eâ, ff. ad L. Iul. de adult.* Eo enim loco poſtrema hæc verba, QUÆ VULGARIS FUERIT, arguunt, loqui Iurisconſultum de uxore, non quæ adhuc vulgaris eſt, ſed quæ ante matrimonium contractum vulgaris fuit.

33 Neque obloquitur textus in eâdem lege §. 1. qui oſtendit legem Iuliam de adulteriis ad omnia pertinere matrimonia, pertinet enim generaliter ad proximè præmiſſam ſententiam, quæ hæc eſt, quòd maritus vindicare adulterium poſſit non ſolùm in uxore juſtâ, ſed & injuſtâ uxore, qualis eſt, quæ omiſsâ Iuris ſolennitate ducta fuit, ut & ſuprà oſtendi.

Non

Non repugnat quoque textus in *d. l. probrum, aliâs ſtuprum 41. ff. de rit. nupt.* ubi Marcellus ICtus probrum, ait, intelligitur etiam in his mulieribus eſſe, quæ turpiter viverent, vulgoq; quæſtum facerent, etiamſi non palàm. Ibi enim ut & Florẽtina editio teſtatur, legendum eſt non Stuprum, ſed Probrum, id quod adparet etiam ex ſentẽtiâ eius legis, quæ hoc depromitur modo, Lege Papiâ cautum inter cætera fuit, Ne Senator in Fœdus matrimonii tranſiret cum eâ muliere, quæ probroſa eſſet. Quæ igitur ſint mulieris probroſæ exponit Marcellus dicto loco, & ait in illis etiam mulieribus probrum intelligi, quæ turpiter viverent, & vulgò quæſtum corpore facerent, etiamſi non palàm. Atque hanc dictæ legis ſententiam eſſe arguit abundè non ſolùm ſequens *l. palàm quæſtum, 43. ff. eod. tit.* ſed & quod idem ICtus Marcellus author eius legis ſcripſit etiam ad legem Iuliam Papiam de Senatorum & ingenuorum nuptiis, ut convincitur ex *l. ſciendum eſt 32. & l. ſeq. l. obſervandum 49 & l. ſeq. ff. d. t. de rit. nupt.* 34

Quòd ſi pro voce Probrum legeretur Stuprum, nihil ea lex ad eum Tit. *de rit.*

*nupt.*pertineret,ſed relegāda eſſet ad Tit. Digeſtorum *ad Leg. Iul. de adult.* ſub quo tamen Titulo nullam Marcelli ICti legem invenies, cùm tamen eius authoris quinque extent leges ſub *d. Tit. de rit. nupt.* Cum ergò vaſallus neq; adulterij neq; ſtupri crimen contrahit, quando cum domini uxore vel filiâ, vel nepte ex filio, vel nuru, vel ſorore domeſticâ, vel ſponsâ, vel matre, quæ meretrix eſt publica, & corpore ſuo quęſtum vulgò facit, feudo ſuo multari non debet.

Atque hæc prima eſt ratio, qua communis Feudiſtarum opinio deſtruitur, & altera contraria probatur. Ad eam accedit & illa, quòd qui publicè ſe commiſcet ſcorto etiam uxori alienæ, neque ipſi, neque eius marito, aut patri injuriam infert. Ipſi ſcorto non infert injuriam per text. *in l. item apud 15. §. ſi quis virgines, verſ. multò minus ſi meretricea veſte, ff. de iniur.* Non afficit quoque iniuriâ maritum, aut patrem meretricis, qui cum ipsâ meretrice veneream habet coniunctionem. Cùm enim maleficia volūtas, & propoſitum delinquentis diſtinguat, *l. qui iniuria 53. in princ. ff. de furt.* Et iniuria ex affectu facientis conſiſtat, *l. 3. §. 1. ff. de iniur.* Nec quiſquam onerare quemquam iniuriâ dicatur, niſi eius contumeliæ causâ quid faciat, *d. l. 3. §. pen. l. iniuriarum 15. §. ſi quis*

§. ſi quis de honorib. & §. quæ iure poteſtatis, & l. quod Reipubl. 43. ff. d. t. & l. quod quæritur 13. §. item Iulianus, ff. locati. Vaſallus autem, qui cum domini uxore, aut filiâ meretrice publicâ concumbit, non in domini injuriam, ſed libidinis causâ id facit, certè iniuriam domino imponere haud rectè dici poteſt.

Non tuetur cõmunem opinionem, quòd iniuriarum actio domino competere dicitur etiam adverſus eum, qui ſtupri vitium ancillæ domini offerre auſus fuit, per text. *in d. l. item apud 15. §. ſi quis ſic fecit, ff. de iniur.* Ancilla autem deterioris eſt conditionis, quàm fœmina conditionis liberæ meretrix publica, arg. *l. libertas 16. & l. liberos 107. ff. de Reg. Iur.* Vlpianus enim ICtus dicto loco de eâ loquitur iniuriâ, quæ domini ſervo illata fuit directò in contumeliam ipſius domini. Idem ergò dici poteſt de vaſallo, qui cum prædictis fœminis publicis meretricibus non tàm fœdæ libidinis causâ quàm contumeliæ in dominum concumbere auſus fuit. 35

Neque ullam adfert opem communi pronunciato, quòd feudorum placita in *d. Tit. 5. §. item ſi fidelis, lib. 1. Feud. & d. Tit. 24. §. rurſus ſi domini, lib. 1. Feud.* generaliter loquuntur, nec diſtinguunt inter prædictas fœminas honeſtas, & eas, quę meretricio more corpus ſuum 36

vulgò quæſtui exponunt. Quod enim Feudorum Iure ſpecialiter definitum non eſt, Iuri communi relictum cenſetur, *Tit. 1. in fine princ. lib. 2. Feud.* Cui concinit text. in *l. præcipimus 32. in fin. C. de appellat.*

67 Cæterùm poſito, communem Feudiſtarum opinionem veritati propiorem eſſe, quæri poteſt, an ſi dominum feudi non latuerit uxoris, aut alterius prædictæ fœminæ meretricia vita, ſed eius turpitudinem ſciverit, nihilominus ob turpe facinus illud vaſallus feudo ſuo excidat? In defenſionem negativæ proclivior eſſe non erubeſco. Dominus enim hoc caſu lenocinij reus habetur, proindeque dolus cum dolo compenſandus erit, *l. ult. §. pen.* ubi Gloſſ. Bart. & alii, *ff. de eo, per quem factum erit, quò minus quis in iudicio ſiſtat.*

68 Quid verò ſi domini uxor, filia, nurus, neptis ex filio, ſoror domeſtica, pediſſequa item dominæ, non quidem ſit meretrix publica, ſed habitu meretricio ſimultaverit ſe talem eſſe, ut ita eius libidini pareret vaſallus, ipſe quoque eam ignorans compreſſerit, an feudo ſuo multandus erit? Secundum opinionem Feudiſtarum communem (de quâ prius) inhærendum videtur aienti pronunciato, modò ſciverit vaſallus perſonam eiuſmodi eſſe domini uxorẽ, filiam, nurum,

neptem

neptem ex filio, ſororem, aut pediſſequam dominæ. Sin autem ignoraverit illud, excuſatione dignus erit, etiam juxta alteram negantem concluſionem. Ignorantia enim excuſat à delicto, ſiquidem animus delinquendi abſit, *l. ſi ignorans 50. ff. locati. l. 3. §. qui neſcit, ff. de liber. hom. exhib. l. liberorũ 11. §. pen. de his qui not. infam. & l. igitur ſciendum 12. §. & generaliter 3. ff. de liberal. causâ.*

Eſt & illa huius loci quæſtio frequens, an vaſallus ſuo privetur feudo, ſi alii cuidã opẽ, vel auxilium pręſtiterit, ut cum domini uxore, Filiâ, nuru, nepte ex filio, ſorore domeſticâ, vel dominæ pediſſequâ fœdæ libidinis vitium obtulerit? Affirmativam rectè ampleстuntur Feudiſtæ communiter, quos citat, & ſequitur Ludolph. Schrad. *tr. feud. part 9. cap. 2. num. 10.* vaſallus enim & hoc modo ſui domini vel dominæ honorem, & exiſtimationem admodum lædit, arg. *l. iſti quidem 1. §. pen. & ult. ff. quod met. causa,* proindeque feudi privatione dignus erit, per text. in *Tit. 6. § honeſtum, & Tit. 7. de novâ formâ fidel. in fin. princip. lib. 2. Feud.* 39

Nihil hanc impedit concluſionem, quòd feudalis cõſuetudinis verba in perſonã conceptа, cum amiſſionis irrogant pœnã, extẽdi 40

non debent ad eum, qui delinquenti opem vel auxilium præſtitit, ſiquidem huiuſmodi conſuetudinis, ut & ſtatuti verba in caſu proprio intelligi debeant, *l. 3. §. hac verba*, ubi Bart. *ff. de negoc. geſt.* Bart. in *l. omnes populi 9. ff. de Iuſtit. & Iure, & in l. 1. ff. de fonte* Et in delictis puniendis debeamus eſſe contenti pœnis à Iure communi impoſitis, *l. ſi ſtipulatio 19. ubi Ias.* & alii *ff. de Verb. oblig.*

Nihil inquam id obſtat, huiuſmodi enim feudalis conſuetudo tàm in rem ipſam, id eſt, delictum, quàm in perſonam eſt concepta, quocirca & privationis pœna hîc locum propriè obtinet.

QVAR-

QVARTVS Tractatus, De

FEUDI AMISSIONE, OB CULPAM Vaſalli in rebus Domini commiſſam: ubi etiam de feudi deterioratione.

SUMMARIA.

1. Vaſallus Caſtrum, Vicum, aut Civitatem Domini inſultans, feudo privatur. Ampliatur licet dominus tempore inſultus ibi non fuerit. num. 3. Ampliatur etiam ſi alii tale quid facienti opem vel conſilium præſtiterit. numero 6.

2. & 4. Solutio obiectionis ex Tit. 24. §. ſed quia lib. 2. Feud. Et Tit. 5. §. ſimiliter, lib. 1. Feud. depromptæ.

5. Vaſallus oppugnans Caſtrum, Vicum. aut Civitatem, quam cum domino habet communem, num multetur feudo?

7. Vaſallus deteriorans rem feudalem, An feudo exuatur?

8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. Referuntur negativæ opinionis argumenta.

15. 16. 17. & 18. Diluuntur argumenta quæ imminuere videntur hanc negativam.

19. Nomen BENEFICII In Tit. 27. §. quicunque Advocatiam, lib. 2. Feud. denotat officium quoddam.

20. Vaſallum ob deteriorationem rei feudalis privandum eſſe feudo, communior & verior eſt opinio. Quam tamen declara ut in num. 29.

21. 22. 23. & 24. Proponuntur fundamenta & Patroni huius affirmativæ ſententiæ.

25. Argumentum ab uſufructuario deductum non munire hanc aientem ſententiam, oſtenditur.

26. 27. & 28. Refutatio argumentorum quibus veriſimiliter probatur negativa præcedentis quæſtionis.

30. Dolus & lata culpa vaſalli feudum deteriorantis quando præſumantur.

31. Levis culpæ deterioratio ad feudi privationem non ſufficit. Vindicatur tamen hæc culpa Actione L. Aquiliæ, ſive in factum. num 35. & 41.

32. 33. & 34. Diſſoluuntur duo argumenta huic concluſioni contraria.

36. Deterioratio modica non ſufficit ad feudi amiſſionem, ſed inſignis & magna ut ſit, neceſſe eſt.

37. Va-

37. Vaſallus ex prædio feudali multas incidens arbores fructiferas, feudo privatur. Non etiam ſi ex multis arboribus paucas exciderit. num. 38. Nec etiam ſi ſylvam cæduam exciderit. num. 39. Non item ſi vaſallo plane inutilis eſſet ſylva incædua, niſi arbores quoque fructiferas ſuccideret. num. 46.

40. Num vaſallus ex ſylvâ cæduâ etiam grandes fructiferas arbores impunè excidere poſſit?

42. Deterioratio magna & enormis quæ ſit, Iudicis relinquitur arbitrio.

43. Priveturné feudo vaſallus, ſi in locum arborum fructiferarum magno numero inciſarum, alias ſubſtituerit arbores?

44. Vtrùm vaſallo liberum ſit, ex feudali ſylvâ pro ædificii refectione grandes ſuccidere arbores fructiferas? Et quid de extructione novi ædificii dicendum. num. 45.

47. Vaſallus privatur feudo ſuo etiam emptitio, ſi malè in eo verſatus eſt.

48. Vaſallus plura ab eodem domino poſſidens prædia feudalia, ſi unum reddat deterius, aliud verò melius, An feudo excidat? Et quid ſi ab eodem domino diverſa poſſideat feuda, & unum effecerit deterius, alterum non. num. 49.

50. Sitné vaſallus feudi privatione dignus, ſi eas inciderit arbores, quas ipſe poſuit?

51. Vaſallus partem rei feudalis deteriorem reddens, parte tantùm illâ privatur. Niſi deterioratio hæc particularis in alias etiam redundet feudi partes. num. 56.

52. 53. 54. & 55. Impugnantur argumenta quibus veriſimiliter oſtenditur, vaſallum ob particularem deteriorationem toto privandum eſſe feudo.

57. Vaſallus nimium ſæviens in ſuos ſubditos, cadit feudo ſuo. Ampliatur licet nulla domini ad-

monitio præceſſerit, num. 68. & 69. Quod tamen declara ut à num. 79. uſque ad num. 85. incluſivè.

58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. & 66. Recenſentur fundamenta & rationes cur vaſallus ob ſævitiam in ſubditos perdat feudum ſuum.

76. Interpretatio textus in Tit. 27. de pace tenendâ, §. quicunque lib. 2. Feud.

71. 72. 73. 74. 75. 77. & 78. Enumerantur ſpecies ſævitiæ vaſalli in ſubditos ob quas privatur feudo.

76. Operæ quas debent ſubditi dominis ſuis vel certæ ſunt, vel incertæ, gemeſſne oder ungemeſſne Frondienſt.

86. Subditi contra ſævientem vaſallum pro quâdam freni temperie ad dominum feudi confugere, & auxilium ipſius implorare poſſunt.

87. Poſſitne toto feudo privari vaſallus, ſi in quoſdam ſolùm ſæuierit ſubditos?

88. Vaſallus maiori ſubditorum parti denegans juſtitiæ adminiſtrationem, univerſo multatur feudo.

89. Vaſallum ob denegatam ſubditis iuſtitiæ adminiſtrationem, ne quidem ſuâ jurisdictione privandum eſſe nonnulli Doctorum arbitrantur.

90. An Vaſallus feudum amittat, ſi ædes feudales incendio perierint?

Expo-

EXPOSITIS hactenus 1.
modis amittendi feudum ob culpam vaſalli in perſonâ vel domini, vel eius, qui poteſtati, affectuive domini ſubiectus eſt, commiſſam: proximum eſt, ut agamus de modis feudum amittendi ex vaſalli culpâ in rebus domini commiſſâ; cuiuſmodi culpa primùm eſt, ſi vaſallus domini arcem, caſtrum, vicum, aut civitatem oppugnet, per text. *in Tit. 6. de form fidel. vers. tutum, & vers. utile, Tit. 7. de novâ form. fidel. vers. etſi contigerit te rem aliquam. lib. 2. Feud.*

Qui-

Quibus ex locis evincitur, contra fidelitatis juramentum agere vaſalium, qui domino infert damnum in munitionibus, aliiſque poſſeſsionibus ipſius. Amittit autem vaſallus feudum ſuũ, quando contra præſtitum fidelitatis juramentum agit, textus eſt expreſſus *in Tit. 21. de feud. ſin. culp. non amitt. in princ. lib. 1. Feud.*

NON obſtat feudorum placitũ in *Tit. 24. Qua fuit prim. cauſ. benef. amitt.* §. *ſed quia natura, verſ. nam & ſæpè deierat, lib. 2. Feud.* ubi ICtus Feudiſta, ſæpè, ait, deierat, & beneficium nihilominus retinet: ut putà, qui beneficii portionem alienat abſque domini ſcientiâ: beneficium quidem retinet, ſed fidem promiſſam ſervare non videtur. Non inquam, id obſtat: Hoc etenim enunciatum Feudiſtæ intelligendum eſt de Iure feudorum

ſum antiquo, quo vaſallus partem feudi alienando non amittebat, vel totum feudum, vel partem alienatam, ut arguit text. *in Tit. 17. in princ. lib. 2. Feud.* Non autem feudorum Iure vaſallus partem feudi abſque domini conſenſu alienans, amittit eam partem, *Tit. 38. de vaſallo qui contra Conſtit. Lotharij Regis benef. alienavit, lib. 2. Feud.* Vt ergò vaſallus alienando partem feudi deierat, ita quoque ex Iure Feudorum novo amittit eam partem: Et vaſallus omnis, qui contra præſtitum fidelitatis juramentum culposè agit, feudo ſuo privatur.

Sed obiectare hîc quiſquam poſſet, ICtum in *d. Tit. 24. §. ſed quia, verſ. nam & ſæpè, lib. 2. Feud.* particulâ illâ SÆPE, videri innuere, non tantùm in ſubiecto illo exemplo de alienatione partis rei feudalis Iure veteri contingere, ut vaſallus retineat feudum, licet contra fidelitatem egerit, ſed aliâs ſæpè, cùm dictio illa SÆPE frequentativæ ſignificationis ſit, Verùm quia generaliter traditum eſt in *d. Tit. 21. in princ. lib. 1. Feud.* quòd feudum amittat vaſallus, ſi contra præſtitam fidelitatem egerit, reſtringenda eſt particula illa SÆPE ad frequentes caſus, qui in uno culpæ genere, putà in alienandâ feudi parte contingunt.

Quòd

Quòd autem exuatur feudo ſuo vaſallus, ſi damnũ adferat domino feudi in poſſeſſionibus ipſius, ut ſi arcem caſtrum, vicum aut Civitatem eius oppugnet; tradunt quoque communiter Feudiſtæ, quos citat, & ſequitur Schrad. *tr. ſeud. part. 9. cap. 3. num. 2.* ſentiunt idem Frider. Schenck Baro *ad Tit. 5. n. 1. lib. 1. Feud.* Sonsbeck *in comment. in uſus feud. part. 12. num. 35.* Roland. à Valle, *conſ. 1. num. 6. vol. 3.* Menoch. *conſ. 99. n. 49. & ſeq. lib. 1.*

3 Sed quæſtionis eſt, an recipienda quoque & admittenda hæc ſit concluſio, ſi oppugnationis, ſive inſultus tempore dominus iſthîc non fuerit, vel adfuerit quidem, ſed vaſallus ignoraverit illud? Feudiſtæ communiter affirmant, quos refert, & ſequitur Henric. à Roſenth. *tr. feud. c. 10. concl. 18. in addit. ad lit. g.* tùm etiam Schrad. *d. part. 9. cap. 3. num. 2. verſ. quæ concluſio.*

Non impedit aientem hanc ſententiam

4 text. in *d. Tit. 5. §. ſimiliter,* ibi, vel caſtrum domini, ſciens dominum ibi eſſe, *libr. 1. Feud. & Tit. 24. §. porrò ſi dominum,* ibi, vel vicum, in quo eſt. *lib. 2. Feud.* Cùm enim fidelitatis juramento contrarium ſit, domini caſtrum, vicum, aliamvè poſſeſſionem aſſilire, & oppugnare, & hãc ob culpam feudum certò amittat vaſallus, ut antea oſtendi, exiſtimandum

eſt ex

eſt ex interpretum Iuris feudorum ſententiâ, vel exempli causâ id ICtum adieciſſe, vel ſubaudiendam ibi particulam MAXIME, quaſi dixiſſet ICtus: caſtrum domini, ſciens maximè dominum ibi eſſe: Item vicum, maximè in quo eſt dominus: Vel ICtum utroque illo loco agere de culpâ vaſalli, quæ in ipſiuſmet domini perſonâ committitur, ut expoſui ſuprà. Sed in dicto *Tit.6.§. Tutum, & §. utile, item in d. Tit. 7. § Et ſi contigerit lib. 2. Feud. iunct. d. Tit. 21. in princ.* proponi culpam vaſalli, in domini rebus commiſſam.

Eſt & illa huius loci quæſtio, An vaſallus ſ feudum amittat, ſi arcem, caſtrum, vicum, aut civitatem oppugnet eam, quam cum domino communem habet? Schrad. negativam amplectitur, *tr. feud. part. 9. cap. 3. n. 4.* hoc argumento, quòd Dd. communiter tradunt, pœnam ſtatutam in illum, qui alium in domo ſuâ vulnerat, non habere locum in eo, qui aliquem vulnerat eâ in domo, quam ipſe vulnerans cum vulnerato communem habet.

Verùm nihil hâc ratione motus, ſententiam contrariam veritati propiorem probare dubito nihil; Tùm quia & ſocius ſi in re communi damnum dederit, veluti ſi com-

munem ſervum occiderit, aut vulneraverit, tenetur ſocio ſuo ex Lege Aquiliâ, ſcil: pro eâ parte, pro quâ is dominus eſt, *l. ſed ſi ex causâ, 47. §. 1. & ll. ſeqq. ff. pro ſocio, l. ſed ſi communem ſervum 19. & l. ſeq. ff. ad L. Aquil.* Tùm quia ſocius ſi rei communis furtum fecerit, ſocio ſuo furti actione tenetur, *l. ſi ſocius 45. ff. de furt.* Tùm etiam quia de re totâ quod dicitur, de eius quoque parte in re etiam communi intelligendum eſt, *l. quæ de totâ, 76 in princ. ff. de rei vind. l. 3.* ubi, ut hoc ſit in parte, quod in toto, *ff. pro derelicto, l. qui ſcit, 25. in princ. ff. de uſuris, l. in ratione, 30. §. rurſus, ff. ad Leg. Falcid. l. ſi duo 51. in fin. ff. de adminiſtr. & peric. tutor. & l. ſi ſervus eius, 82. ff. de adquir. vel amitt. hered.* Tùm denique quòd ſocio permiſſum non eſt, ut in re communi quid faciat, quo ea res deterior efficiatur. *l. parietem 8. & l. quidam Hiberus 13. ff. de ſervit. præd. urban.* Quo priori notatu digno loco Gajus ICtus, parietem, ait, qui naturali ratione communis eſt, alterutri vicinorum demoliendi eum, & reficiendi jus non eſt.

6 Non ſolùm autem feudo ſuo exuitur vaſallus, ſi ipſemet domino in eius munitionibus, aliisvé poſſeſſionibus damnum dederit, ut ſi illius arcem, caſtrum, vicum, civitatem ipſemet oppugnaverit, ſed & ſi alij tale aliquid

quid facienti cõſilium, aut opem præſtiterit, per text. in *Tit. 6. verſ. ſed quia non ſufficit, & Tit. ſeq. verſ. ego iuro, & Tit. 57.* ibi, inſidiiſque eum clandeſtinis appetiverit; vel inimicis eius ſuas amicitias copulaverit, atque in aliis ſic verſatus eſt, ut potius inimicus quàm fidelis eſſe credatur; *lib. 2. Feud.* Et tradunt Dd. quos refert, & ſequitur Henric. à Roſenth. *in ſynopſi Iuris feudalis, cap. 10. numero 52. edit. primâ.*

Eſt præterea vaſalli culpa in rebus domini commiſſa, ſi vaſallus rem feudalem deteriorem effecerit, & tradunt Dd. communiter, privari vaſallum feudo, ſi illud deterius reddiderit, Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 6. n. 59.* Cæterùm quia concluſio hæc non experꝭ eſt omninò dubitationis, in eius examen ſequentia proferam. 7

Pro negativâ quæ ſequuntur argumenta magnoperè militant. In feudorum libris nuſquam deterioratio rei feudalis connumeratur modis amittendi feudum; veriſimile ergò non videtur, quòd ob eam quoq; vaſallus feudum ſuum amittat, cùm feudum non niſi juſtâ & legitimâ ex causâ amittatur, *Tit. 7. de naturâ feud. in princ. & Tit. 21. lib. 1. Feud.* 8

Huic argumẽto proximum eſt illud: Si rei feudalis deterioratio in ſocietatem cauſarũ, ex quib. amittitur feudũ, admittẽda eſſet, 9

veriſimiliter eam Iuris feudorum Collectores nominatim & ſingulariter expreſſiſſent ijs locis, ubi de modis amittendi feudum tractant, cùm non minima inter cæteras, ſed admodum notabilis ea cauſa eſſet. Quia autem illius inter eas cauſas non meminerunt, probabiliter eam reiicere voluerunt. Notabilia enim quæ ſunt, & ſcitu digna videntur, ſi non ſpecialiter notentur, neglecta & reiecta intelliguntur, *l. item apud, 15. §. hoc edictum 26. ff. de iniur. l. 1. §. 2. ff. de publican. & l. Et ita 3. § 1. verſ. niſi fortè, ff. nautæ, caup. ſtab.*

10 Tertiò accedit eodem & hæc argumentatio: Feudi conceſſio eſt donatio quædam, *d. Tit. 23. ex quib. cauſ. feud. amitt. §. inprimis te illud ſcire oportet, & §. ſeq. lib. 2. Feud.* Donatio autem non niſi certis, & legitimis ex cauſis jure expreſſis revocari poteſt, *§. ſciendum eſt tamen*, ibi, certis ex cauſis, *Inſtit. de donat. l. ſive emancipatis, 17. C. de donat. l. pen.* ibi, revocare nō poterit, niſi edoctis manifeſtiſſimis cauſis, *& Tot. Tit. C. de revocand. donat.* Neque ergò vaſallo auferri poteſt feudum, niſi ex cauſis feudorum jure expreſsè definitis. Maximè cùm ex eiſdem ferè cauſis feudum amittatur, ex quibus donatio revocatur *Tit. 24. Quæ fuit prim. cauſ. beneſ. amitt. §. prædictis modis*, ibi, Et donationes Iure perfectæ revocantur *lib. eod. feud.*

Adhæc

Adhæc omnis privatio, vel amiſſio Iuris 11
ſui pœna dicitur, *l. in criminali, 5. C. de iuriſd. omn. iud. l. unic. C. de his, quæ pœnæ nom. in teſtam. vel codicill. ſcribuntur, vel relinquuntur, Gl. in c. ult.* ubi Abbas, *Extr. de Iure patron.* Iaſon *in l. ſi emancipati, 9. C. de collat.* Ludolph. Schrad. *conſ. 4. n. 148. & ſeq. vol. 1.* Et quòd pœna ſit privatio feudi latè oſtendit Schrad. *tr. feud. part. 2. part. 9. principal. ſect. 6. n. 38.* Pœna autem locum non habet, niſi in caſibus jure expreſſis, Novell. *de non eligendo ſecundo nubentes mulieres, cap. 3. cum igitur reliquum, verſ. ſicut enim patres, c. is qui 18. in princ. Tit. de ſentent. excommunicationis, lib. 6. l. Et ſi quis 14. §. Divus, ff. de religioſ. & ſumpt. fun.* Tiraquell. *in l. ſi unquam, 8. in verb,* revertatur, *num. 249. cum ſeqq. C. de revocand. donat.* Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. caſ. 276. & de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 49. num. 1.* Cùm ergò nuſquam feudorum placitis cautum ſit expreſsè, ut ob rei feudalis deteriorationem privetur feudo ſuo vaſallus, haud temerè illud affirmandum erit.

Quintò ex Iuris communis diſpoſitione, 12
qui damnum rei alienæ infert, ad illud reſarciẽdum tenetur legis Aquiliæ, ſive in factum actione, *§. capite tertio*, ibi, item in omnibus rebus, quæ animâ carent, *Inſt. de Lege Aquil. & l. ſi ſervus, 27. §. ſi quis veſtimenta, & §§. ſeqq. ff. ad*

Digitized by Google

L. Aquil. Idem quoque de Iure feudali exaudiẽdum eſt cùm eo Iure aliud receptum non ſit, *Tit. 1. in princ. §. ſtrenuus autem, lib. 2. Feud.*

Non ergò ob rei feudalis deteriorationem vaſallus feudo privandus, ſed legis Aquiliæ, ſive in factum actione, ad damnum illud reſarciendum conveniendus erit, arg. *l. item apud, 15. §. hoc. edictum, 26. ff. de iniur.*

13 Sextò vaſallus domino ſuo obligatus eſt ad præſtandam fidelitatem, obſequium, & ſervitium, *Tit. 5. 6. 7. & 23. in fin. libr. 2. Feud.* Quæ tria cum prętat & exhibet domino ſuo vaſallus, nõ videtur feudi privatione dignus, licet rem feudalem effecerit deteriorem, maximè cùm deteriorationis illius nomine legis Aquiliæ, ſive in factum actione, (ut dixi) conveniri poſſit.

14 Poſtremò neganti huic ſententiæ inhæret Iulius Clarus *lib. 4. ſentent. quæſt. 56.* ubi diſertè ſcribit, quòd nunquam ſibi placuerit communis Dd. concluſio, quâ volunt, quòd vaſallus feudo ſuo ob deteriorationem rei feudalis privetur.

15 Et certè negativæ nihil decerpit argumentum ab Emphyteuſi ad Feudum, Emphyteu-

phyteuta ob rei emphyteuticæ deteriorationem amittit jus ſuum emphyteuticum, Novell. *120. cap. 8. & Auth. qui rem, C. de SS. Eccleſ.* Quamvis autem argumentum ab emphyteuſi in Iure noſtro ſit validum, ut oſtendit Everhard. *in Topic. legal. in loco ab emphyteuſi ad feudum*, id tamen admittendum non eſt, ſi aliqua diverſitatis ratio adpareat, ut *dicto loco num. 9.* docet idem Everhard. Sed ratio diverſitatis conſiſtit in eo, quòd emphyteuta meliorem tenetur reddere emphyteuticam rem, ut abundè arguit dictio EMPHYTEVSIS, quæ græca eſt, & ſignificat idem quod inſitio, & implantatio, Vnde convincitur, quòd emphyteuta fundum emphyteuticum per inſitionem, & implantationem tenetur reddere meliorem, non deteriorem, Molinæ. *in conſuetud. Pariſ. Tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 80.* Sichard. *ad Rubr. Cod. de Iure emphyt. numero 4.* Weſemb. Heig. & Ioann. Borcholt. *ad §. adeò autem, Inſt. de locat. & conduct.* Idem Borcholt. in *tract. feud. cap. 3. num. 2. & 6.* ubi alios ſequutus ſcribit, quòd ſub lege meliorationis prædium in emphyteuſin detur, hâc igitur lege non ſervatâ, meritò ipſe emphyteuta privatur emphyteuſi ſuâ, ſi deterius fecerit emphyteuticum prædium.

16 Nihil quoque neganti obſtat concluſioni, quòd conductor expelli poteſt, ſi malè in re locatâ verſatus ſit, *l. 3. C. de locato, & Auth. qui rem, C. de SS. Eccleſ.* Minus enim juris conductor habet in re conductâ, quàm vaſallus in feudali prædio. Vaſallus poſſidet rem feudalem, *Tit. 2. §. 1. Tit. 3. Tit. 12. lib. 1. Feud. Tit. 8. §. ult. lib. 2. Feud.* Conductor verò non poſſidet rem conductam *l. officium. 9. ff. de rei vind. §. poſſidere autem, Inſtit. de interdict.* vaſallus inſtar domini in re feudali jus habet vindicabile, *Tit. 8 §. rei autem, lib. 2 Feud.* Conductor verò in re conductâ non item, id quod expeditum eſt, cùm vindicatio nemini competat, niſi domino, vel quaſi domino.

17 Non imminuit etiã negans pronunciatum textus in *Tit. 8. de inveſtiturâ, de re alienâ factâ, §. è contrà autem, lib. 2. Feud.* Etſi enim ICtus Feudiſta eo loco dicat, quòd vaſallus feudi conditionem deteriorem facere non poſſit, tamẽ neceſſariò inde nõ poteſt inferri, quòd vaſallus, ſi fecerit deteriorem rei feudalis conditionem, ipſo feudo privari debeat; Tùm quia ICtus dicto loco illud ne verbo quidẽ indicat, ſed oſtẽdit, ſi vaſallus ſervitutem impoſuerit prædio feudali, finito quâlibet ex causâ feudo, illud ad dominum reverti à ſervitute omninò liberum: cùm feudi, id

di, id eſt prædii feudalis conditionem in præjudicium domini deteriorem facere non poſſit vaſallus; Tùm etiam quia de pupillo quoque dicitur, quòd abſque tutoris authoritate conditionem ſuam deteriorem facere non poſſit, §. *1. Inſtit. de author. tut.* Perperàm tamen ex eo infertur, quòd ſi fecerit conditionem ſuam deteriorem, re ſuâ eam ob cauſam privetur: Tùm poſtremò, quia licet intelligamus Feudiſtæ ſententiam illam non modò de ſervitute prædio feudali impoſitâ, ſed generaliter de quâvis prædii feudalis conditione, haud tamen officit neganti concluſioni, ut quæ non eſt de feudi deterioratione in conditione, ſive qualitate rei, ſed re ipsâ feudali.

Denique nihil impedit negans illud pronunciatum textus in *Tit. 27. de pace tenendâ, §. quicunque Advocatiam, lib. 2. Feud.* Vbi Frider. 18
Imp. ſcribit, ſi quis Advocatiam ſuam vel aliquod aliud beneficium inornatè, ſiue (ut Cujac. & Hotom. legunt) inordinatè tractaverit, tàm Advocatiâ, quàm beneficio ſuo exuatur. Etſi enim BENEFICII appellatione in feudorum libris plerunque ſignificetur feudum, *Tit. 1. §. ſciendũ eſt, Tit. 52. de feudi alien. per Loth. §. comperimus lib. 2. Feud.* attamen in *d. Tit. 27. §. quicunque Advocatiam,*

 bene-

beneficij nomen non denotat feudum, ſed officium quoddam, ſive negocii cuiusdam publici procurationem quandam deſignat, ut ibidem rectè tradit Andr. de Iſern. *n. 34.* & Matth. de Afflict. *n. 7.* ſignificat ergò dictio ADVOCATIA ibidem negocij alicuius publici Eccleſiaſtici vel ſecularis procurationem, putà defenſionem, judicationem, conſultationem à ſuperiore mandatam, quemadmodum etiam oſtendit Hotom. *dicto loco*, & in *Libello de Verbis feudalibus*, in voce ADVOCATIA, & adparet ex *c. in quibusdam, Extr. de pœn. & can. ſalvator, verſ. in nomine verò*, ibi, defenſoris nomine advocatum, *cauſ. 1. quæſt. 3. c. 2. Tit. de reb. Eccleſ. non alien. libr. 6. c. Clerici & c. præterea, Extr. de Iure patron. & c. in ſingulis, in fin. Extr. de ſtat. monach.* Quia autem ADVOCATIA dicto loco ſignificat officium aliquod, probabile eſt, ibidem etiam BENEFICII nomine non feudum, ſed officium aliquod in negocio publico denotari: ſiquidem ibi conjunguntur Advocatiæ & beneficij nomina, & quidem his verbis: Advocatia vel aliquod aliud beneficium, dictiones ALIQUOD ALIUD, ſimilitudinem, ſive aliam ſimilem rem denotant, *Gl. in l. ff fugitivi 3.* ibi, aut quā-

quâlibet aliâ, ubi Dec. *n. 34. C. de ſerv. fugitiv.* Menoch. *conſ. 183. n. 19. & conſ. 200 n. 2. & 3. lib. 2.* Sic alibi etiã ut in *Tit. 40. de capit. Corradi, §. ult.* ibi, Eccleſiaſticũ beneficiũ, *lib. 2. Feud.* per beneficiũ Eccleſiaſticũ deſignatur nõ feudum, ſed officium Eccleſiaſticũ, ut ibidem docent Andr. de Iſern. & Frider. Schenck, & oſtendi in Tractatu meo *de qualitate, & differentiâ feudorum cap. 2. num. 3.*

19 Non debet cuiquam mirum videri, quòd in dict. *Tit. 27. de pace tenendâ, §. quicunque advocatiam*, BENEFICIVM non feudum, ſed officium aliquod ſignificari dixi. Nam titulus ille ferè totus, paucis exceptis, tractat materiam à re feudali alienam, ut etiã agnoſcit Frideric. Schenck ad Rubr. tituli illius. Non diſplicet tamen quòd Alvarotus dicto loco BENEFICIVM, de quo ibi agitur, annexum habere feudũ affirmat. Solet enim officium publicum ita cõmitti, ut pro eo præſtando feudum concedatur. Sic Advocatia per ſe feudum non eſt, poteſt tamen pro ipsâ Advocatiâ, id eſt patrocinio dari alicui feudum, ut poſt alios tradit Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 4. concl. 72. n. 1.* Et Guardia, item Gaſtaldia per ſe non ſunt feuda, pro illis tamen mercedis nomine feudum concedi ſolet, *Tit. 2. lib. 1. Feud.*

Quòd

Quòd ſi eiuſmodi vaſallus, cui pro officio quodam mercedis loco prædia in feudum ſunt data, inordinatè tractaverit tale officiū, quod annexum habet feudum, privatur iſthoc officio ſuo, per text.in *d. §. quicunque Advocatiam*, privatur item feudo ſuo, licet illud non inordinatè tractaverit, ſed quia officio fuit annexum feudum.

Ex his omnibus ſatis ſuperq́ue adparet ex textu *d. §. quicunque Aduocatiam*, perperàm aſtrui, vaſallum exui feudo ſuo, ſi prædium feudale effecerit deterius.

20 Cæterùm etſi prædicta patrocinium præſtare videantur neganti pronunciato præclarum, nihil tamen dubito communi Dd. aienti opinioni meum quoque calculum addere, & quidem inprimis hoc fundamento: Quando vaſallus contra præſtitum fidelitatis juramentum quid agit, feudo ſuo privari poteſt, textus eſt expreſſus in *dict. Tit. 21. de feud. ſin. culp. non amitt. lib. 1. Feud. & Tit. 6. in fin.* ibi, ſi beneficio vult dignus videri, *lib. 2. Feud.* Sed vaſallus quando domini ſui poſſeſſionibus, id eſt prædiis propriis, damnum aliquod infert, contra præſtitum fidelitatis juramentum agit, *d. tit. 6. de form. fidel. verſ. utile, iunct. verſ. ſed quia non ſufficit, lib. 2. Feud.* Hanc igitur ob cauſam feudo ſuo privari poteſt.

Nec

Nec obſtat, quòd citato jam loco poſſeſſionis tantùm ſit mentio, quódque poſſeſſio rei feudalis non ad dominum, ſed ad vaſallum pertinet, *Tit. 8. §. ult. lib. 2. Feud.* Verbo enim POSSESSIONIBVS in *d. tit. 6. §. ult. lib. 2. Feud.* ICtus non ſignificat poſſeſſionem ita propriè dictam, ſivè ipſam rei detentionem, ſivè Ius detinendi rem, *ut in l. 1. in princ. §. 1. & §. 5. ff. de adquir. poſſ. l. ab hoſtibus 15. §. ult.* ibi, poſſeſſoris detentio, *ff. ex quib. cauſ. maior.* Sed metonymicè ipſa poſſeſſionis ſubiecta prædia, ad dominum pertinentia. Loquitur enim ICtus Feudiſta de poſſeſſionum damno, quod non ipſi Iuri detinendi, ſed prædiis infertur. Sic aliâs ſæpè POSSESSIONIS nomen in jure noſtro agrum, fundum, ſive prædium quodlibet ſignificat *l. pen. ff. de alienat. iudic. mutand. cauſ. fact. l. 5. §. item Prætor, ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura ſunt, ſine decret. non alien. l. 3. ff. de varijs & extraord. cognit. l. Pannonius, 56. in fin. ff. de adquir. vel omitt. hered. l. quæſitum 12. ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat. l. ſi ex eâ pecuniâ 6. C. de rei vind. l. 2. C. de probat. l. ſi propter fructus, 8. & l. ult. C. de compenſat.*

Cùm ergò prædia feudalia proprietatis 21
Iure non ad vaſallum, ſed ad dominum feudi pertineant, *Tit. 23. ex quib. cauſ. feud. amitt. §. ult.* ibi, proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ

ficiatæ penes dominum remaneat, *lib. 2.Feud.* conſequẽs ei eſt, privari vaſallum feudo ſuo, ſi prædio feudali damnum intulerit, *d. Tit. 6. verſ. utile. iunct. verſ. ſed quia, lib. eod. Feud.*

22 Huic argumento rectè adjungi poteſt & hæc ratio, quòd vaſallus feudo ſuo privatur, ſi ſciverit, quempiam grãde damnum patrimonio domini ſui moliri, nec tamen de eo certioraverit dominum ſuum, textus eſt in *Tit. 24. Quæ ſit prima cauſa benef. amitt. §. præterea vaſallus, lib. 2. Feud.* Multò magis igitur feudo ſuo exui debet vaſallus, ſi ipſemet grandem jacturam patrimonio domini moliatur. Major enim eſt culpa in committendo, quàm in omittendo, Gl. *in l.mora ff.ſolut. matrim.* Iacobin. de S. Georgio *tr. de Roydis, ſeu operis, 46. circa finem.*

23 Adhæc vaſallus, qui feudum ſuum inconſulto domino alienavit, ideò Iure feudi privatur, quòd amplius ex fructib. alienati prædij feudalis domino ſervitia præſtare non valet, *Tit. 52. de probib. feud. alien. per Lothar. & Tit. 55. de probib. feud. alien. per Frider. in princ.* ibi, unde debita ſervitia amittebant, *lib. ſecundo Feud.* Eadem hæc ratio militat quoque in vaſallo, qui rem feudalem ita deterioravit, ut ex fructibus prædii feudalis amplius

amplius non poſſit ſervitia domino præſtare; ut ſi glandiferam ſylvam, vel precioſum hortum pyris, pomis, aliiſque arborib. fructiferis conſitum exciderit, aut feracem vineam extirpaverit, vel agrum fertilem incultum reliquerit, ac ſterilem fieri permiſerit, argument. text. in *l. fructus 7. §. ſi fundum viro 12.* ibi, ſi minus, quaſi deteriorem fundum fecerit, maritus tenebitur *ff. ſolut. matrim. l. ſi cuius rei, 13. §. fructuarius cauſam, ff. de uſufructu, l. Et eleganter 7. §. non ſolùm 3.* ibi, vel ædificia diruit, arbores excidit, vel extirpavit, *ff. de dolo malo, & l. in fraudem 45. §. pen. ff. de Iur. Fiſci.* Iaſon alios ſequutus in *d. l. fructus 7. §. ſi fundum, num. 2. & 3. verſ. circa ſecundã ff. ſolut. matrim.* Matthæ. de afflict. *decis. 265. n. 72. & ſeqq.* Roland. à Valle *conſ. 18. numero 11. & ſeqq. vol. 3.* Ioann. Borcholt. *de feud. capite 8. num. 129.*

Denique affirmativam hanc amplectuntur præter alios Hartman. Hartmanni ab Eppingen *lib. pract. obſervat. Tit. 54. de feud. obſervat. 36.* Weſemb. *de feud. cap. 15. num. 6.* Borcholt. *de feud. cap. 8. num. 129. & ſeq.* Vulteius *libr. 1. de feud. capite 11. numero 39. &* plerique alii, quos longâ ſerie recenſent, & ſequuntur Schrader. *tract. feud. part. 9. capite 6. numero 59.* & Henric. à Roſenthal 24

tr. feud.

tr. feud. cap. 10. concl. 33. in addit. ſub lit. A. ſed argumenta ipſorum, quib. adducti huic inhærent ſententiæ, parum, ut ſuprà oſtendi ponderis habent, cuiuſmodi ſunt, quòd emphyteuta deteriorando rem emphyteuticam, amittat emphyteuſin; quòd item conductor, qui malè in re conductâ verſatur, expelli poſſit; quodque vaſallus feudi conditionem deteriorem facere nequeat: quòd item quicunque Advocatiam ſuam, vel aliquod aliud beneficium inordinatè tractaverit, tàm Advocatiâ, quàm beneficio exuatur.

25 Quibus rationibus Sonsbeck. *in comment. in uſus feud. part. 12. n. 67.* addit quoque argumentum ab uſufructuario petitum. At licet Dd. communis ſit cõcluſio, uſufructuarium ob prædii fructuarii deteriorationem privari uſufructu, ut alios ſequutus tradit Ioann. del Caſtillo *tr. de uſufructu, cap. 21. num. 9. & ſeqq.* Quia tamen non pauci ab hâc diſſentiunt opinione, quos idem Ioann. del Caſtillo refert dicto loco, & textus in *l. 1. §. utilius autem, & §. ſeq ff. uſufructuarius quemadmodum caveat,* contrariam ſuadere videtur ſententiam; certè argumentum hoc ab uſufructuario deductum non ſatis munit affirmativam: cùm incertum, per æquè incertum haud rectè probetur.

betur. Inhærendum igitur rationibus, quas ego pro aiente, eoque communi pronunciato adduxi.

Cui non obſtant argumenta pro negante opinione ſuprà in initio propoſita. Quatuor 26
enim priora argumenta ideò non infringunt aientem ſententiam, quòd licet deterioratio prædij feudalis non expreſsè, & nominatim connumeretur cauſis amittendi feudum, quia tamen Authores Iuris feudorum haud obſcurè oſtendunt, quòd vaſallus abſque periculo amiſſionis feudi non poſſit abuti prædijs feudalibus, damnum ipſis inferendo perindè eſt, ac ſi nominatim & expreſsè cauſis amittendi feudũ ipſam quoq; deteriorationẽ adpoſuiſſent; Expreſſum quippe in Iuris diſpoſitione & illud dicitur, quod naturaliter verbis continetur, eorumque ſignificatui ineſt, ſive ex ratione ac mente legis colligitur, *l. nomine & rei, 6. §. verbum ex legib. ff. de verb. ſignif. c. intelligentia, c. præterea Extr. d. t. Gl. in c. 1. de temporib. ordinationum, lib. 6. & in c. ſi poſtquã 33. in verb.* mente. *Tit. de elect. in 6.* Ang. *in Auth. ſed cum teſtator, num. 2. C. ad L. Falcid,* Menoch. *conſ. 235. num. 41. lib. 3.* Cravett. *conſ. 589. n. 11. conſ. 659. num. 3. conſ. 811. n. 5. conſ. 916. n. 8. conſ. 965. num. 18.*

27
Quintum argumentum ſimiliter nihil decerpit aienti pronunciato, non enim Iure

T noſtro

noſtro rarum eſt, ut quis è prædio alieno, quod jure fruendi poſſidet expellatur ob illius deteriorationem, atque inſuper damni illius nomine teneatur, *Novell. 120. c. 8. & Auth. qui rem, C. de SS. Eccleſ.*

Argumentum ſextum ideò negocium hîc faceſſit nullum, quòd vaſallus deteriorando prædia feudalia, promiſſæ & debitæ fidelitati neutiquam ſatisfacit, ſicuti arguit diſertè fidelitatis forma *Tit. 6. verſ. utile, lib. 2. Feud.*

28 Quod denique attinet Iulii Clari authoritatem, licet illa ſuam meritò obtineat laudem, ubi legibus, aut earum rationi ac menti non adverſatur; quia tamen hîc Iuri feudali, & communi, receptæque Feudiſtarum concluſioni contraria reperitur, haud tutò ipſi adſtipulari poſſumus.

29 Communis autem concluſio hæc non ita ſimpliciter, & generaliter admittenda, ſed deteriorationis cauſa, item quantitas, & qualitas cumprimis hîc conſideranda eſt. Non poteſt vaſallus feudo ſuo privari ob rei feudalis deteriorationem, niſi dolus aut lata culpa ipſius arguatur, cùm abſque dolo, vel culpâ latâ vaſallus non amittat feudum, text. eſt in *Tit. 21. de feudo ſine culpâ non amitt. & Tit. 22. §. ſancimus*, ibi, niſi convicta culpa, *libr. 1. Feudor. & Tit. 22. de milite vaſallo, qui contumax*

eſt, in

ſt, in princ. ibi, dicendo eum in culpam cecidiſſe, & *Tit. 24. Quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.* §. *præterea ſi vaſallus*, ibi, quòd ſi non fecerit, doloque vel negligentiâ ſuâ, vel fraude celaverit, & *Tit. 52. de prohibit. feud. alien. per Loth.* §. *ult. lib. 2. Feud.*

Sic emphyteuta ob deteriorationem rei emphyteuticæ eatenus jure ſuo privatur, quatenus ipſius dolus vel culpa lata deprehenditur, Mynſing. *centur. 6 obſerv. 86 num. 9.* & Hartman. Piſtor. *lib. 1. quæſt. iur. quæſt. 28. n. 4.* confert text. *in l. ſi ut certò, 5. §. nunc videndum, ff. commodati, & l. contractus 23. ff. de Reg. Iur.*

Dolus autem & lata culpa vaſalli præſumuntur ex eo, quòd expreſsè juramento ſuo fidelitatis promiſit, quòd domini patrimonio nullum inferre damnum velit, ſuæ tamen promiſſioni huic contravenit, per ea, quæ tradit Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 531. n. 47. & ſeqq.* Inprimis verò dolus & lata culpa vaſalli arguuntur, ſi à Domino feudi admonitus, ut deſiſteret à deteriorando, ipſe contemnens admonitionem, à damnificandâ re feudali non abſtineret, arg. text. *in l. ait Prætor. 10. §. ſi quis particeps. 3. ff. quæ in fraud. credit. l. virilis 8. §. ult. ff. de legat. præſt. l. ſi fundus, 17. C. de rei vind.* Hartm. Piſtor. *d. quæſt. 28. n. 5.* Ritterſ. *partit. feudal. lib. 2. cap. 5. num. 65.* 10

31 Quid verò ſi non dolus vel lata culpa vaſalli, ſed eius tantùm culpa levis probetur? Hic diſſentientes ſeſe offerunt Dd. opiniones. Quidam levis quoque culpæ deteriorationem ad feudi privationem ſufficere autumant, Iaſ.*in pralud.feudor.n.68.in fin.* Nicol. Mozz.*tr.de feud. cap. Ex quib. cauſ. feud. amitt. & finiatur, num. 76.* Roland. à Valle *conſ. 49. num. 21. & 22. vol. 2.* Burſat. *conſ. 91. n. 3. vol. 1.* Ioann.Schneidevv.*tr feud. cap. 8. part. 1. num. 32. limit. 3.* Menoch. *de arbitr.Iud.cent.2.caſ.78. num. 6.*

Aliqui verò levem vaſalli culpam in deteriorandâ re feudali non eſſe cauſam ſufficientem privandi vaſallum feudo, judicant, Schrader. *tr.feud. part. 9. cap. 6.n. 68.* & Weſemb.*conſ.57. num. 13.*

Atque hanc poſteriorem opinionem Iuri feudorum conſonam puto; Tùm quia ut locus ſit privationi ob factum vaſalli, dolus ipſius requiritur, vel culpa lata. *Tit. 24. qua fuit prima cauſa benef. amitt. §. praterea, verſ. quod ſi non fecerit, & Tit.52. de prohib. feudi alien. per Loth. lib. 2. Feud.* Tùm etiam quia privatio feudi eſt pœna quædam odioſa, non ergò ob culpam levem privari ſuo feudo vaſallus debet, arg. *l. in lege 7. in princ. ff. ad L. Cornel. de ſicar.* confert. Bald.*conſ.17.n.2.circa fin.lib.1.conſiliorum.*

Non

Non obſtat, quòd ex ſuâ etiam culpâ, & negligentiâ vaſallus feudum amittere dicitur in *Tit. 21. de feudo ſine culpâ non amitt. libr. 1. Feud. & in d. Tit. 24. §. præterea*, ibi, doloque vel negligentiâ. Priori enim loco per CVLPAM ſignificatur vaſalli dolus, & lata culpa, ut quæ vaſalli ingratitudinem arguit, *Tit. 23. ex quib. cauſ. feud. amitt. in princ. verſ. ſi quis enim dixerit, & verſ. ſeq.* ibi, egregiæ ingratitudinis, & *Tit. ſeq. in princ.* ibi, tanquam ingratus, & §. *1.* ibi, alia ingratitudo, *lib. 2. Feud.* Poſteriori loco NEGLIGENTIÆ nomen latam denotare culpam, ex eo convincitur, quòd ibi dolus, negligentia & fraus coniunguntur: & quidem inter dolum & fraudem negligentia interponitur. 32

Nihil quoque concluſioni huic obſiſtit, quòd ex Dd. communi ſententiâ Emphyteuta propter culpam quoque levem re emphyteuticâ deterioratâ, Iure emphyteutico privatur, Mynſing. *cent. 6. obſervat. 86. n. penult.* Hartm. Piſtor. *d. quæſt. 28. num. 4. lib. 1.* & alij quos citat Roſenth. *tract. feud. cap. 10. concl. 33. in addit. ſub lit. d.* 33

Cui & illud adjungendum, quòd nullo certo Iure oſtendi poteſt, Emphyteutam privari Iure emphyteutico ob deteriorationem rei emphyteuticæ levi culpâ factam. 34

Vaſallus enim expreſsè & ſpecialiter fidelitatis juramentò promittit, ſe nullum velle damnum inferre domini ſui poſſeſſionibus ſive prædiis, *Tit. 6. de forma fidelit. §. utile, ubi Feudiſtæ, lib. 2. Feud.* quo juramento non eſt adſtrictus Emphyteuta. Vnde ob diverſitatem hanc rationis argumentum ab Emphyteutâ hîc non procedit, per tradita Everhardi in *Topic. legalib. in loco ab Emphyteuſi ad feudum, n. 9.*

35 Etſi verò vaſallus feudo ſuo non privetur ob rei feudalis deteriorationem, ex levi culpâ profectam, haud tamen ipſius culpa hæc inulta manet, cùm dominus feudi Legis Aquiliæ, ſive in factum actione ad reſarciendum damnum illud convenire ipſum poſſit. *§. capite tertio, Inſt. de lege Aquil. l. item apud 15. §. hoc edictum 26. & l. ſi ſervus 27. §. ſi quis & §§. ſeqq. ff. d. t. iunct. text. Tit. 1. §. ſtrenu⁹. lib. 2. Feud.* Henr. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 33. n. 33.*

36 Quantitatem deteriorationis quod attinet, non ſufficit ad feudi amiſſionem deterioratio modica, ſed inſignis, magna, & grandis ut ſit, neceſſe eſt, per text. *in Tit. 23. Ex quibus cauſ. feud. amitt. verſ. non enim ad hoc ſufficit,* ibi, egregiæ ingratitudinis cauſæ, & *Tit. ſeq. §. præterea,* ibi, patrimonij grandem jacturam, & *§. item ſi delator,* ibi, grave diſpendium, *§. denique,*

nique, verſ. ſi verò, ibi, graviter deliquerit, vel grave quid commiſit, item ibi, vel aliud grave crimen, *lib. 2. Feud.* Confert text. *in l. 4.* ibi, ne propter ſatis minimam, *ff. de in integr. reſtit.* Facit quoque huc argumentum ab Emphyteutâ ductum, qui non privatur Iure ſuo emphyteutico ob deteriorationem, niſi ea fuerit inſignis, & magna, ut poſt alios ſcribunt Hartm. Piſtor. *lib. 1. quaeſt. Iur. quaeſt. 28. n. 4.* Ioann. Borcholt. *de feud. cap. 3. n. 33.* Menoch. *de arbitr. iud. caſu 78. n. 41.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 86. n. 4.* Et feudum non amitti ob rei feudalis deteriorationem, niſi ea ſit inſignis, magna & notabilis, tradunt, quos citant, & ſequuntur Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 6. n. 66.* Henric. à Roſenth. *tr. eod. c. 10. concl. 33. in addit. ſub lit. B.*

Si ergò vaſallus multas arbores fructiferas, putà ex feudali ſylvâ quercus, aut fagos glandiferas, ex pomario feudali pomos, aut pyros fœcundas & feraces dolo, aut latâ culpâ incidere auſus fuerit, privari ſuo poteſt feudo, arg. text. *in l. ſi cuius 13. §. fructuarius cauſam 4.* ibi, non debet arbores fructiferas excidere, *ff. de uſufruct. l. Et eleganter 7. §. non ſolùm 3.* ibi, arbores excidit, vel extirpavit, *ff. de dolo malo, l. in fraudē 45. §. pen.* ibi, cęteraſq; arbores pomiferas cędere, *ff. de Iure Fiſci, l. fructus 7. §. ſi fun-* 37

fundum 12. ff. ſolut. matrim. l. Et ſi non 8. §. venit, ff. comm. divid. l. denique 13. §. ſi ex ſocijs, ff. quod vi aut clam. Quibus ex textibus intelligimus, quòd fructuarius, cui ſimilis eſt vaſallus, ſi ex prædio fructuario, vel conductor ex conducto prædio, vel ſocius ex communi prædio, fructiferas exciderit arbores, ob id quidem conveniri actione competente, non autem jure ſuo privari poſſit: At ſi aliquis ipſorum, putà uſufructuarius hâc lege & modo acceperit utendum prædium, ne ex eo fœcundas & fructiferas excideret arbores, privari poteſt jure ſuo, ſi contravenerit præſcriptæ huic legi, §. *finitur*, ibi, & non utendo per modum, *Inſtit. de uſufruct.* Vaſallus autem fidelitatis juramento promittere ſolet, ac tenetur, quòd nullum prædiis domini ſui damnum inferre velit. *Tit. 6. verſ. utile lib. 2. Feud.* Vnde ſequitur, ſi fructiferas arbores multas exciderit ex feudali prædio, amittat feudum ſuum: Id quod tradunt etiam Feudiſtæ, quos referunt, & ſequuntur Schrad, *tr. feud. part. 9. cap. 6. num. 64. & ſeqq.* & Henric. à Roſenth. *tr. eod. cap. 10. concl. 33. in addit. ſub lit. E.*

38 Si verò ex multis & innumeris arboribus fructiferis paucas, putà duas, aut tres exciderit vaſallus, feudali re magnâ ob id privandus non eſt, cùm deterioratio iſthæc reſpectu

magni

magni feudi non poſſet dici enormis, magna & inſignis, per tradita Iaſonis, in ſimili de Emphyteutâ in *l. divortio 8. §. ſi fundum, num. 4. in fin. verſ. iſtam communem, ff. ſolut. matrim. & conſ. 17. num. 2. vol. 1.* Rolandi à Valle *conſ. 49. num. 19. verſ. ſed præmiſſis. vol. 2.* Pauli Pici *in repetit. l. Titia cum teſtamento, 34. §. Titia cum nuberet 7. num. 120. in fin. ff. de legat. 2.* Corbuli *tr. de iure emphyteut. cap. 13. n. 24.* Henrici à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 33. n. 4. in fin.*

Sylvam quoque cæduam, ut quæ ex ſtirpibus, ſive radicibus renaſcitur, *l. ſylva cædua. 30. in princ. ff. de verb. ſign.* poteſt vaſallus licitè excidere, arg. *l. ex ſylvâ 10. & l. ſeq. l. ſi cuius 13. §. fructuarius, l. abſente 48. ff. de uſufruct. l. fructus 7. §. ſi fundum 12 ff. ſolut. matrim.* 39

Quid verò ſi in ſylvâ feudali cæduâ, ſint etiam grandes fructiferæ arbores, numquid eas unâ cum cæduis lignis impunè excidere poteſt vaſallus? Dicendum videtur, quod non, argumento uſufructuarii, qui cæduâ ex ſylvâ grandes arbores cædere non poteſt, *l. ſed ſi grandes 11. ff. de uſufruct.* Sed veram iudicarem hanc ſententiam, ſi magno numero ſucciderentur eiuſmodi arbores, atque ita deterioratio fuerit enormis, magna & inſignis, per ea quæ antea dicta ſunt. 40

Idem ſentirem quoque in caſu, quo pars

feudi minima in arboribus fructiferis conſiſtit, cùm iniquum fuerit, & contra proportionem, vaſallum ob paucarum arborum inciſionem feudo ſuo privari, Henric. à Roſenth. *d. cap. 10. concl. 33. n. 5.*

41 Etſi verò non amittat vaſallus feudum ſuum ob modicam deteriorationem feudi, eius tamen nomine legis Aquiliæ, ſive in factum actione tenetur, per text. in *l. 1. l. cadere 5. §. 1. l. furtim, 7. §. 2. & l. pen. ff. arbor. furtim cæſarum.*

42 Quæ autem magna, enormis, ſive inſignis ſit deterioratio, Iudicis arbitrio committendum eſt, Menoch. *lib. 2. de arbitr. iud. cent. 1. caſ. 78. n. 4. & ſeqq.*

43 Cæterùm quæſtionis eſt, An & eo caſu vaſall' ſuo privetur feudo, quo in locum fructiferarum arborum magno numero inciſarum, alias ſubſtituerit arbores? Paul. Caſtrens. Alex. & Iaſon negant *in d. l. divortio 8. §. ſi fundum, ff. ſolut. matrim.* quos ſequitur Schrad. *d. part. 9. cap. 6. num. 71.* tradit idem Schneidevv. *part. 8. cap. 1. num. 35.* At Tiraquell. *de retract. conuent. §. 3. Gl. 1. & vn. num. 26.* & Corbulus *tr. de Iure emphyteut.* de emphyteuſi loquentes, contrarium ſentire videntur. Diſertè etiam de feudo idem ſcribit Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 33. num. 4.*

num. 4. qui aſſentiri non dubito in fructiferis arboribus, quæ tardè admodum creſcunt, & ſerò ad frugem perveniunt, ut ſunt quercus, caſtaneæ, & fagi; Tùm quia arbores annorum multitudinem exigéntes, donec fructus proferant, inciſarum vice fungi non intelliguntur, per tradita Pinel. *ad l. 1. part. 2. n. 59. C. de bon. matern.* & Tiraquelli *de retr. conuent. §. 3. gl. vn. d. n. 26.* Tùm etiam quia arbores fructiferæ vetuſtiores adhuc vivaces, multò ſunt fœcundiores, fructuſque adferunt ſuaviores, & meliores, quàm iuniores, Tiraquell. *de retr. convent. §. 3. gl. 1. n. 26.*

Eſt & illa huius loci quæſtio non inelegans, ſitné liberum vaſallo ex feudali ſylvâ pro ædificij refectione grandes ſuccidere arbores fructiferas? Aiens opinio admittenda videtur duobus concurrentibus, quorum unum, ſi illa ædificii refectio neceſſaria fuerit; Alterum, ſi non nimis magna ſylvæ feudalis devaſtatio inde ſequatur, argumento text. *in l. ex ſylua 10.* ibi, ex non cæduâ in uineam ſumpturum, dum ne fundum deteriorem faciat, *& l. arboribus 12. in princ.* ibi, quantum ad villæ refectionem, item ibi, aliudvè quid ædificio neceſſarium, *ff. de uſufr.* Atque hãc opinionẽ amplecti videtur Gloſſ. 44

in d.

in d.l.divortio 8. §.ſi fundum,in verbo tenebitur, *in fin.ff.ſolut. matrim.* Probant eandem Alex. Bald.& Aretin.ibidem. Paris item de Puteo *de feudi redintegratione cap. 46.num.9.& 10.* Paulus Picus à monte Pico *in d. l. Titia cum teſtamento 34. §. Titia 7.num. 117.& 118. ff.de legat. 2.* Tiraquell.tamen *de retract. convent. §.3. Gl. 1. & vn.num. 29.* de eâ concluſione ſubdubitare videtur; Sed ille textus (ne fallaris) loquitur de arboribus evulſis, & vi ventorum deiectis. Verùm licet textus *d.l. arborib. 12. ff.de uſufruct.* ſtatim in principio agat de evulſis ſolùm & vi ventorum deiectis arboribus: Attamen ſequenti in verſ. *materiam tamen,* textus de ſuccedendis arboribus planè generalis proponitur, his verbis: Materiam tamen ipſum ſuccidere, quantum ad villæ refectionem putat poſſe. Id quod animadvertit quoque poſt Aretinum, quem citat Paul. Picus *in d.§.Titia,n.117.*

45 Sed quod de ædificii refectione modò diximus, An etiam de extructione ædificii novi exaudiendum ſit, quæri poteſt? Paul. Picus *in d.§.Titia,n.118.verſ.ſecundò debet intelligi,* negat, hoc argumento, quòd text, in *d.l.arboribus 12.in princ.verſ. materiam tamen. ff.de uſufruct.* nominatim & ſpecialiter de villæ refectione loquatur, Et de refectione villæ Dd.

ple-

plerique antea citati idem ſentiunt ad *l. divortio 8. §. ſi fundum, ff. ſolut. matrim.*

Cæterùm quod de refectione domus eſt dictum, non injuriâ accipiendum quoque de novi ædificii extructione, ſi neceſſitas exigat, ut vaſallus novum extruat ædificium, & non nimium devaſtetur ſylva feudalis, per generalem textum in *d. l. arboribus 12. verſ. materiam*, ibi, aliudvé quid ædificio neceſſarium, *ff. de uſufruct.* confert text. in *d. l. ex ſylvâ 10.* ibi, ex non cæduâ in vineam ſumpturum. *ff. d. t.* Confirmat hanc ſententiã authoritas Gloſſæ in *d. l. divortio 8. §. in fundum, in verb.* tenebitur, in fin. ibi, niſi ad neceſſitatem, *ff. ſolut. matrim.* Tradit idem expreſsè Henric. à Roſenth. *d. cap. 10. concl. 33. n. 12.* Tuetur eandem hanc concluſionem notoria Germaniæ conſuetudo.

Quid verò ſi vaſallo planè inutilis eſſet 46
ſylva incædua, niſi arbores quoque grandes ſuccideret, putà abietes, ſive pinus, itemque fraxinos, & ornos, numquid integrum ipſi eſſet, eiuſmodi excidere arbores, eaſque aut vendere, aut proprium in uſum vertere? Affirmativę inhærendum judico, per textum elegantem *in l. pen. in princ. ff. de uſu & habit.* Accedit, quòd diſpoſitio quælibet intelligi ita debet, ne ſit inutilis, *l. quoties 12. ff. de reb.*

dub.

dub. Denique confert huc, quòd rei feudalis fructus, commodum, & utilitas ad vaſallum pertinet, *Tit. 23. §. ult. verſ. uſusfructus lib. 2. Feud.* Cùm ergò prædictarum arborum in feudali ſylvâ nullus alius ſit uſus, quàm in abutendo ad comburendum, vel mechanicum opificium, poteſt eas vaſallus licitè ſuccidere, ac vendere, aut proprium in uſum vertere. His rationibus adiungenda eſt quoque authoritas Alberici in *d. l. pen. ff. de uſu & habit.* Azonis ad eundem *Tit. Inſtit. de uſu & habit. verſ. inſtituitur autem*, & Tiraquelli *de retract. convent. §. 3. gl. 1. & unic. n. 30.*

47 In quæſtionem vocatur & illud, An vaſallus ob rei feudalis enormẽ deteriorationem feudo privetur, ſi illud pecuniâ ſit emptum? Negat Cravett. *conſ. 8. num. 109. lib. 1.* ubi reſpondit, quòd feudum emptum ſit improprium feudum, proindeque non amittatur ex cauſis ex quibus alij vaſalli feudo vero & proprio privari poſſunt. Cravettam ſequitur Weſemb. *conſ. 57. num. 10. & 11.* Affirmat autem Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 6. num. 74.* tùm etiam Henric. à Roſenth. *tr. feud. concl. 33. num. 92.* Ante hos quoque Roland. à Valle *conſ. 18. num. 19. 20. & 21. vol. 3.* ſimiliter reſpondit, quòd & emptum feudum amittat vaſallus ob rei feudalis deterio-

riorationem, cùm & hoc feudum ſit gratioſum. Sentit ergò non eſſe improprium feudum, quod comparatum eſt pecuniâ: id quod ego pluribus confirmavi tractatu meo *de differentiâ & qualitate, feudi cap. 5. num 62.* Et licet feudum emptum eſſet improprium feudum, quia tamen feudum quoque improprium ijsdem ex cauſis amittitur, ex quibus proprium amittitur feudum, per text. expreſſ. in *Tit. 48. de feudo non habente propriam feudi naturam, lib. 2. Feud.* ſequitur inde quòd vaſallus ob rei feudalis deteriorationem magnam emptum quoque feudum ſuum amittat.

Non eſt hoc loco omittenda quęſtio hæc, An vaſallus, qui plura ab eodem domino prædia in feudum poſſidet, vnum aliquod feudale prædium reddat deterius, aliud verò melius efficiat, nihilominus privetur ſuo feudo? Dd. communiter affirmant, Bald. in *l. adem, 3. n. 14. C. de locat. conduct.* Iaſ. *in Auth. qui rem, num. 8. C. de SS. Eccleſ.* Paul. Picus *in d. l. Titia cum teſtamento, §. Titia, n. 121. ff. de legat. 2.* Roland. à Valle *conſ. 49. num. 16. vol. 2.* Henric. à Roſenth. *tract. feud. cap. 10. concl. 33. n. 10.* Atq; hanc ſententiam confirmat text. in *l. de illo 23. §. 1. l. non ob eam 25. &* ibi Gloſſ. *& l. ideò 26. ff. pro ſocio.* At negat Schrad. *tr. feud. part. 9. c. 6. n. 70.* cui adſtipulari videtur Hen. à Roſent. *d. cap. 10.* 48

d.cap.10. concl.33. num.37. allegant ambo pro hâc opinione ſuâ text. in *l. ſi negocia 11. ff. de negot. geſt.* Verùm nihil auxilij adfert ipſorum opinationi textus ille de negociorum geſtore. Cùm enim negociorum geſtor ſuâ ſponte, abſque contractu ad negocia aliena gerenda accedat,& quidem non in ſuum,ſed domini commodum,æquum eſt ut hîc compendium cum deterioratione compenſetur.

Quòd ſi tamen vaſallus eiusdem feudalis prædij partem unam reddiderit deteriorem, alteram verò meliorem effecerit, non amittit feudale illud prædium, ſed meliorationis cum deterioratione fit compenſatio, Bald. *in d.l.3.num.14.verſ.ſed quid ſi,C.de locat. & conduct.* Schrad. *d.cap.6. n. 62. verſ. quartò hac concluſio,* & Henric. à Roſenth. *d.cap. 10. concl.33. num. 37.* atque hoc pronunciatum tuetur text. in *l.ſi negocia 11. ff. de negoc.geſt.*

49 Similiter ſi vaſallus ab eodem domino poſſideat feuda diverſa, & feudum unum effecerit deterius, alterum non item, illo ſolùm, quod deterius reddidit, privari poteſt, Schrad. *tr.feud.d. part.9.cap.6. n. 62. verſ.quartò hac concluſio,* Henric. à Roſenth. *d.cap. 10.concl. 33. numero 38.*

50 Non eſt committendum, ut hoc loco intacta,& inexcuſſa relinquatur pulchra & utilis quæ-

lis quæſtio hæc: An vaſallus pœnam privationis feudi ſuſtineat, ſi eas inciderit arbores feudales grandes, quas ipſemet aliquando poſuit, & plantavit? Negativam ſuadere videtur, quòd ex ſententiâ Interpretum emphyteuſin non amittit Emphyteuta, ſi inciderit emphyteutico in prædio fructiferas arbores, quas ipſemet aliquando ſervit, Franciſc. Beccius *conſ. 33. num. 7.* & alij quos citat Corbulus *tr. de iure emphyteutico, cap. 13. n. 2. in fin.*

Sed hâc opinione reiectâ pro affirmativâ pugnandum judico, & quidem hâc ratione, quòd arbores in alieno prædio plantatæ, ex eo tempore, quo radices in ipſo prædio egerunt, ſolo cedunt, & ad ſoli dominium jure proprietatis pertinent, *l, adeò 7. in fin. ff. de adquir. rer. dom. & §. ſi Titius alienam, Inſtit. de rer. diviſ.* Cùm pars ſoli judicentur, in quo aluntur, *l. fructus 44. ff. de rei vindic. l. ult. §. fructus 6. ff. quæ in fraud. credit. & l. ſed ſi meis 26 §. arbor, ff. de adquir. rer. dom.* Eſt autem Iuris clariſſimi, quòd ut prædium emphyteuticum Iure proprietatis non ad Emphyteutam, ſed eius Dominum pertinet. *l. 1. §. ult. ff. ſi ager vectigal.* Sic & prædij feudalis proprietas non ad vaſallum, ſed ad eius dominum pertinet, *Tit. 23. ex quib. cauſ. feud. amitt. §. ult. lib. 2. Feud.* Cui

conſequens vaſallum amittere feudum, ſi magno numero arbores etiam à ſe plantatatas in prædio feudali exciderit.

Non obloquitur, quòd aiunt, ex harum arborum inciſione nullum domino feudi obvenire damnum, ſed lucrum duntaxat ex operâ vaſalli profectum amittere ipſum. Cùm enim proprietatis Iure arbores iſtæ ad feudi dominum pertineant, ſanè damnum ipſi ex inciſione illarum arborum inferri certum eſt, cùm damnum illud omne ſit quod patrimonium minuit, *l. 1. & l. 3. ff. de damno infecto.* Quò confert, quòd lucrum illud domini ex implantatione arborum illarum ei quæſitum, patrimonij ipſius pars quædam eſt, & lucrum quæſitum Jure cenſetur eodem, quo reliquum patrimonium, ut innuit *text. in l. liberto octoginta 26. ff. de bon. libert.* ac ſentit Granett. *cons. 764. num. 3. & ſeqq.*

51 Eſt & illa quæſtio controverſa, An vaſallus integro privetur feudo ſuo, ſi feudalis rei partem ſolùm effecerit deteriorem? Negativa poſt alios placet quoq; Schradero *tr. feud. part. 9. cap. 6. num. 70. vers. ſextò vaſallus*, Ioanni Schneidew. *tr. de feud. part. 9. cap. 6. num. 33. & ſeq.* tùm etiam Conrado Rittershuſio *lib. 2. partit. feudal. cap. 5. quæſt. 71.* qui ſentiunt, quòd vaſallus parte ſaltem deterioratâ priva-

privetur, non univerſo feudo. Sed affirmativa quibusdam aliis arridet, quos citat Schrader. *d. cap. 6. n. 78. vers. ſextò vaſallus.* Henr. quoq; à Roſenth. *d. cap. 6. n. 6.* ſcribit, ſibi aliquando etiam defendenti negans pronunciatũ quoſdam fuiſſe refragatos, qui voluerint, poſſe vaſallum toto privari feudo, etiamſi partem duntaxat feudalem deteriorem reddiderit. Sed negantem concluſionem veritati propiorem judico. Tùm quia pœna ulterius progredi non debet, quàm delictum reperiatur, *l. perſpiciendum, 11. in princ. ff. de pœnis, l. ſancimus 22. C. eod.* Et in pœnis ſententiam mitiorem ſequimur, *l. interpretatione 42. & l. ſi Praeſes, ff. d. t. c. in pœnis Tit. de Reg. Iur. in 6.* Pariſ. *conſil. 72. numero 41. vol. 1.* Roland. à Valle *conſil. 64. numero 31. vol. 2. & conſil. 64. numero 15. vol. 3.* Tùm quia æquum eſt, ut proportionis ratio habeatur, *l. cum debitore 17. & l. ſeq. ff. rem rat. haberi.* utque benignior opinio præferatur, *l. planè 38. verſic. ſed benignius, ff. de petit. heredit. l. non tantùm, 20. ff. de re iudicata. l. 1. in princ. ff. ut in poſſeſ. legator. l. benignius 18. ff. de legibus.* Tùm etiam quia heres, qui ex rebus legatis quid amovit, non in toto legato amittit falcidiæ detractionem, ſed in parte ſolùm, *l. reſcriptum, 6. & l. heres 11. ff. de his, quæ ut indign. aufer.*

Tùm poſtremò quia ſi vaſallus partem tantùm feudi inconſulto domino alienet, non in univerſum amittit feudum, ſed partem ſolùm alienatam, *Tit, 51. de vaſallo, qui contra Conſtit. Lothar. Reg. benef. alien. lib. 2. Feud.*

12 Non impedit hanc negantem, nec probat aientem opinionem, quòd emphyteuſis amitti dicitur tota, ſi partem ſolùm Emphyteuta reddiderit deteriorem, ut volunt Bl. in *l. cum eiusdem 34. ff. de ædilit. edict.* Chaſſenęus *in conſuetud. Burgund. Rubr. 4. §. 6. n. 7. pag. 619.* Roland. à Valle *conſ. 49. num. 15. vol. 2.* Ioſeph. Ludòvic. *deciſ. 12. n. 6.* Tiraquell. *de utroque retractu, lib. 1. de retraict. lignag. §. 23. gl. 1. n. 4.* Corbulus *tr. de Iure emphyteut. cap. 13. num. 7.* Hartmann. Piſtor. *libr. 1. quæſtionum Iur. quæſt. 28. num. 3.* & Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 33. num. 9. & in addit. ſub lit. L.* Eſt enim opinio hæc à veritate omninò ac planè aliena; tùm quia nullo Iuris textu, nullaque ratione Iuris certâ nititur: Tùm etiam quia Interpretum commentum illud evertunt omninò argumenta pro negativâ prius allata: Tùm poſtremò quia negantem opinionem hanc, quòd Emphyteúta ob particularem rei emphyteuticæ deteriorationem totâ emphyteuſi non ſit privandus, amplectuntur præter alios Cavalcan. *tr. de uſufructu mulier.*

mulier. num. 157. in fin. & in ſimili alienatâ parte emphyteuſis Iacob. Concennat. *lib. 4 quæſt. Iur. quæſt. 5. n. ult.* Collega item Harpprecht. ad §. *adeò autem, n. 408. & ſeq. Inſtit. de locat. & conduct.* Et licet hi numero pauciores ſint, quia tamen ipſorum opinio æquitate, aliiſq; rationibus munita eſt certioribus, & firmioribus, meritò præponenda & potior habenda eſt, per text. *in l. quod dicitur, 5. § pen.* ibi, etſi plerique negent, tamen propter æquitatem, Marcelli ſententia admittenda eſt, *ff. de impens. in res dotal. fact. & in Conſtit. de concept. Digeſtorum num. 6.* ibi, neque ex multitudine authorum quod melius & æquius eſt judicatote, cùm poſſit & deterioris ſententia, & multas & majores in aliquâ parte ſuperare.

Nihil quoque detrahit neganti concluſioni, quòd feudum per ſe eſt res incorporalis, ſive jus aliquod uſuifructui ſimile, *Tit. 23. §. ult.* ibi, uſusfructus. *lib. 2. Feud.* Etſi enim Iura in partes ſecari non poſſint, *l. ſtipulationes non dividuntur 72. in princ. ff. de verb. obl.* & in individuis totum ratione partis vitietur. *l. cum eiusdem 34. ff. de adil. edict.* Quia tamen feudum ratione ſubjecti corporis, putà prædiorum feudalium dividi poteſt, *Tit. 55. de prohib. feud. alien. per Frider. §. præterea Ducatus,* ibi, aliud autem feudum, ſi conſortes volue- 53

rint, dividatur, *lib. 2. Feud.* Vt & uſusfructus ratione prædiorum, & fructuum, qui ex fundis fructuariis percipiuntur, diviſionem admittit, *l. uſus pars, 19.* ibi, frui quidem pro parte poſſumus, *ff. de uſu & habit.* Conſequens ei eſt, quòd prædium feudale deterioratione affectum à cæteris feudalibus prædiis ſeparari, & vaſallo auferri poſſit.

54 Adhæc non imminuit opinionem hanc, quòd ille, qui partem teſtamenti aperit, antequam domini mors vindicata ſit, æquè delinquit, atque is, qui totum aperit, *l. 3. §. ſi autem non totum, ff. de SCto Silan.* Ratio enim Senatuscõſulti illius militat tàm in eo, qui partem teſtamenti, quàm qui totum aperit teſtamentum antequam nex defuncti vindicetur.

55 Poſtremò nihil obloquitur, quòd qui tutelæ ſolùm partem ſuſcipere recuſat, totum amittit, quod ipſi teſtamento, in quo tutor datus, relictum eſt, *l. etiamſi 111. ff. de leg. 1.* Eſt enim tutela individua, *§. certa enim rei, Inſtit. qui teſtam. tutor. dari poſſ. l. certarum rerum 12. & l. ſeq. ff. de teſtam. tutel.* Et cùm voluntas teſtatoris ſeria ſit, ut tutor ille totam adminiſtret tutelam, & ejus intuitu legatum ipſi dederit, æquum eſt, ut aut univerſam adminiſtret tutelam, aut totum amittat legatum, per text. *in l. 1. C. de SS. Eccleſ.*

Ex re-

Ex reſolutione utriuſque illius argumenti proximi convincitur, quòd ſi deterioratio feudi in parte prædiorum feudalium facta redundet etiam in partes feudi alias, atq; ita in totius feudi grave damnum, vaſallus toto privandus ſit feudo, id quod ſentit quoque Henric. à Roſenthal *tr. feud. cap. 10. concl. 33. n. 7. & 10.* 56

Hinc ſi vaſallus exciderit quercetum, ſive querneam ſylvam glandiferam, in quâ ſues quotannis magno numero pinguefieri poſſint, ex quorum alienatorum precio & fimus ad ſtercorandos agros feudales comparandus, & agricolis merces præſtanda ſit, dignus exiſtimandus eſt feudi totius privatione.

Dictum eſt ſuprà ſpectari in deterioratione feudi etiam qualitatem deteriorationis, de eâ igitur quæſtiones nonnullæ hîc nobis ſunt tractandæ, & primùm quidem hæc inſignis, & uſu frequens quæſtio; An vaſallus de Pago, Civitate, Baroniâ vel Ducatu inveſtitus, feudo ſuo privetur, ſi nimium ſæviat feudales in ſubditos, eoſque miſerè maleque cyclopico & tyrannico more, non aliter atque beſtias tractet? Affirmativam plerique probant, quos citant, & ſequuntur Iacobin. de S. Georgio *tract. de Roydis ſeu operis, num. 46. in princ. & verſ. aut delinquit in* 57

faciendo, *& tr. de feud. in verb.* dictique vaſalli promiſerunt non committere contra dominum ſuum, *num. 16.* Curt. Iun. *tr. feud. part. 6. num. 2.* Ferdinand. Vaſq. *lib. 1. quaſt. illuſtr. c. 8. num. 18.* Nicol. Mozz. *tr. de feud. part. ult. n. 79. verſ. inferri etiam poteſt.* Molinæ. *in conſuetud. Pariſ. Tit. 1. §. 30. num. 166. verſ. hinc domini locorum.* Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 17. num. 4.* Weſemb. *tr. de feud. cap. 15. num. 6. verſ. item ſi nimium ſeviat*, Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 6. n. 61.* Mynſing. *cent. 5. obſ. 8.* Ioann. Borcholt. *in comment. in uſus feud. cap. 8. num. 129. verſ. abutitur vaſallus feudo*, Vulteius *tr. feud. lib. 1. cap. 11. n. 36. in fin.* Henric. à Roſenthal *tr. feud. cap. 10. concl. 33. n. 45.* & ibi in addit. Et hanc communem receptamque concluſionem Iuri planè conſonam judico.

58 Primò enim ipſi domini, qui durius ſervos tractant ſuos, & nimium in eos ſæviunt, tenentur ipſos etiam inuiti ſuo dimittere ex dominio, *§. ult. Inſtit. de his qui ſui, vel alieni iuris ſunt l. 1. §. ult. & l. 2. ff. d. t.* Multò magis ergò vaſallo auferri poteſt feudum, ſi in feudales ſubditos ſuos præter modum ſæviat, eosque more tyrannico miſerè, crudeliterque tractet, plus enim Iuris habet dominus ſuos in ſervos, quàm vaſallus in feudales ſubditos: Cùm rei feudalis proprietas non

ſit

ſit vaſalli, ſed domini; proprietas verò ſervi pleno Iure ad dominum pertineat.

Deinde juvat hanc concluſionem & illud, 59
quòd Reipub. intereſt, ne quis re ſuâ malè utatur, & propter abuſum rei propriæ intolerabilem, maximè hominum, re illâ ſuâ privetur, *d. §. ult. verſ. expedit enim.*

Tertiò confert eòdem, quòd vaſallus in- 60
tolerabilem ſævitiam feudales in ſubditos adhibendo, & crudelitatē exercendo, maius infert domino ſuo damnum, quàm ſi prædiis ipſius feudalibus calamitatem & incommodum importaret exitioſum, quippe cùm ope & auxilio ſubditorum feudalium proſperitate & ſecundis rebus florentium, in armorum neceſſitatibus domino ſuo viribus excellentioribus ſubvenire poſſit; quibus vaſalli tyrannide fractis, & debilitatis domino porrigere opem, & adiumentum ſubminiſtrare poteſt vel nullum, vel exiguum, arg. text. *in Tit. 52. & Tit. 55. in princ. lib. 2. Feud.*

Quartò vaſalli ſævitia in feudales ſubdi- 61
tos nimia & intolerabilis, eſt atrox quędam injuria, quâ ut ſubditi, ita & dominus ipſemet oneratur, arg. *l. 1 §. item aut per ſemetipſum, ff. de iniur.* & ſcribit Molinæ. *in conſuet. Pariſ. §. 30. num. 166.* Quando autem vaſallus injuriâ afficit dominum, vel eos, qui domini

affectui & poteſtati ſunt ſubiecti, dignus eſt amiſſione feudi. *Tit. 7. de novâ form. fidel. verſic. etſi aliquid*, ibi, nunquam ex perſonâ meâ aliquid faciam ſcienter, quod pertineat ad tuam, vel tuorum injuriam, junct. *Tit. 6. verſ. ſed quia*, ibi, ſi beneficio vult dignus videri; *libr. 1. Feud.*

62 Quintò tyrannis illa & ſævitia vaſalli in feudales ſubditos ut ad ipſorum ſubditorum calamitatem; ſic & domini grande pertinet damnum, cùm eâ ratione vires ſubditorum feudalium minuantur, & domini decus, & utilitas haud parum attenuetur; quam ob cauſam privari vaſallus feudo ſuo poteſt, ut argujt text. *in Tit. 52. de prohib. feud. alien. per Loth. & Tit. 55. de prohib. feud. alien. per Frider. in princ.* Quibus locis ratio, cur ob alienationem vaſallus feudo ſuo multatur, locum quoque habet in ſævitiâ, & crudelitate vaſalli in ſubditis feudalibus adhibitâ.

63 Sextò à rebus ad perſonas procedit argumentum, ut pateſcit ex *l. 2. & l. qui furere, 20. ff. de ſtat. hom.* Cùm ergò ob rei feudalis deteriorationem inſigniorem privetur vaſallus feudo ſuo, ut ſuprà latè oſtendi, cur non multò magis vel æquè amitteret feudum ſuum ob deteriorationem perſonarum, putà crudelem ſubditorum feudalium tractationem?

64 Septimò communi pronunciato huic firmamen-

mamentum adjungit text. *in c. ad Apoſtolicæ, §. præter hæc, junct. §. nos itaq; Tit. de ſentent. & re iudic.* ubi Papa Innocent. IV. teſtatur, Regem Siciliæ Sedis Apoſtolicæ vaſallum, quòd feudales ſubditos ſuos Regni illius ſervili quâdam duritiâ, ſævitiaq; inhumanâ crudeliter afflixiſſet, in Lugdunenſi concilio planè exutum fuiſſe Regno illo, feudo ſuo.

Octavò Magiſtratus Provinciæ alicuius, ſi minaci fervore aſpiraverit ad nuptias puellę, aut viduæ Iuriſdictioni ſuæ ſubjectæ, adminiſtratione, honore, & juriſdictione ſuâ privatur, & inſuper pœnâ decem librarum auri multatur. *l. unic. C. ſi quâcunque præditus poteſt.* Multò magis ergò poteſtate, & Iuriſdictione ſuâ feudali privandus eſt vaſallus, qui in ſubditos crudeliter ſævire auſus fuerit. 65

Nonò & ultimò concluſionis huius communiter receptæ probationem præſtat text. *in Tit. 27. de pace tenendâ & eius violatorib. §. quicunque Advocatiam ſuam, lib. 2. Feud.* ubi Frider. Imp. verba hæc proponuntur: Quicunque Advocatiam ſuam, vel aliquod aliud beneficium inordinatè tractaverit, & à domino ſuo admonitus non reſipuerit, & in ſuâ perdurans inſolentiâ, ordine judiciario tàm Advocatiâ, quàm beneficio exutus fuerit, &c. 66

Quamvis

67 Quamvis autem vox ADVOCATIA, & dictio BENEFICIVM non ſignificet ibi feudum, ſed publicum aliquod officium: ut oſtendi ſuprà circa principalem quæſtionem noſtram in princ. quia tamen eiuſmodi officium quoddam annexum plerumque habet feudum; & cui in feudum integer quidam Ducatus, Comitatus, Baronatus, Civitas, aut Pagus conceſſus eſt, adminiſtratio ſubditorum, atque ita officium aliquod commiſſum eſt, ſi illud inordinatè, crudeliter & inſolenter tractaverit, privari eo poteſt authoritate citati textus, ut Feudiſtæ omnes ibidem ſentiunt.

68 Cæterùm hîc anceps occurrit quæſtio, num iſthæc concluſio procedat etiam abſque ullâ domini prævia admonitione, An verò neceſſaria ſit ſubmonitio, ut deſiſteret vaſallus à tyrannide, & crudelitate illâ ſuâ? Aliqui nullam hîc deſiderari admonitionem eijuſmodi ſentiunt, Iacobin. de S. Georgio *d. tr. de Roydis, ſeu operis, n. 46.* Natta *conſ. 174. num. 12.* Carol. Ruin. *conſ. 17. n. 13. vol. 5.* Grammat. *decis. 104, col. pen. num. 18. & ſeq.* Quidam verò eam hîc neceſſariam eſſe autumant, Matth. de Afflict. *in d. Tit. 27. §. quicunque Advocatiam, num. 4. lib. 2. Feud.* Ioann Borcholt, *de feud. cap. 8. num. 130.* ubi affirmat quòd hæc com-

communis ſit opinio,& citat hanc in ſententiam Roland. à Valle,Cravett. Ægid. Boſſ.& Hartman. Hartmanni ab Eppingen *in pract. obſ. Tit. de feud. obſ. 37.* Nonnulli hîc binam vel trinam domini admonitionem requirunt, Ioann. Schneid. *de feud. part. 8. cap. 1. num. 32. verſ. deinde hoc verum eſt*, Ludolph. Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 6. num. 67.* Alij ſimpliciter poſtulant, ut trib. vicibus admonitus ſit vaſallus,ut à malâ ſubditorum tractatione deſiſteret, Matth. de Afflict. *in Tit. 16. ſi de feudo defuncti contentio ſit, §. licet, num. 4. lib. 2. Feud.* Iaſ. *in Auth. qui rem, num. 5. C. de SS. Eccleſ.* Curt. Iun. *conſ. 137. n. 20.* Cravett. *conſ. 6. numer. 108.* Roland. à Valle *conſ. 18. num. 39. & ſeq. verſ. nec obſtant modò vol. 3.* Weſemb. *conſ. 43. num. 129*, & *conſ. 37. num. 10.* Quidam præter ipſam admonitionem exigunt quoq; ut ſub comminatione admoneatur vaſallus, ſi non abſtinuerit à crudelitate illâ ſuâ, fore, ut feudo privetur, Roland. à Valle *d. conſ. 18. num. 19.* ubi varios Dd. pro hâc opinione allegat, ſentit idem Weſemb. *d. conſ. 43. num. 129. & conſ. 57. num. 10.*

Verùm enim verò ſententiæ primæ (cui etiam Roſenthalium *tract. feudali cap. 10. concl. 33. num. 59.* ſubſcribere video) quòd ſcilicet nullâ omninò hîc opus ſit admonitione, 69

meum

meum addere calculum nihil hæſito; Tùm quia ut dies ſolutionis conventioni adiectus interpellat pro creditore, nec opus eſt, ut debitor elapſo die moneatur à creditore ad ſolutionem præſtandam, antequam ex mora teneatur, *l. magnam 12. C. de contrah. & committ. ſtipul. l. quoties 59. & l. ſeq. l. ad diem 77. l. ſi fundum 114. ff. de verb. obligat. l. pecuniæ 9. ff. de uſur.* Ita quoque fidelitatis præſtatio tempore inveſtituræ facta à vaſallo, admonet ipſum, quòd domini honeſtatem ac commodum promovere, & à ſubditorum feudalium offenſione prorſus abſtinere debeat, *Tit. 6. & Tit. 7. lib. 2. Feud.* Proindeque aliam ſpecialem admonitionem, ut à ſubditorum offenſione abſtineat vaſallus, neceſſitas exigit nulla. Quò pertinet, quòd ſemel certioratus amplius certiorari nō debeat, *L. 1. in fin. ff. de action. empt. vend. & c. eum, qui certus, 31. Tit. de Reg. Iur. in 6.* Tùm quia ſævire in ſubditos, crudele facinus eſt, à quo ſibi cavendum eſſe etiam non monitus quilibet Magiſtratus ſcire debet, cùm Iuris præceptum illud A L T E R V M N O N L Æ D E R E, naturâ cuiuis notum ſit; Tùm quia licet variæ ſint cauſæ aliæ, ob quas feudo ſuo privatur vaſallus, & quidem multò minores, & leviores, nuſquam tamē Iura Feudorum exi-
gunt

gunt in illis prævian admonitionem illam, antequam privationi locus eſſe poſſit: Tùm etiam quia ſi admonitio, & comminatio illa hîc planè neceſſaria eſſet, potius cõtumacia, & inobedientia vaſalli, admonitionem & comminationem ſequuta, privationis cauſa eſſet dicenda, quàm ipſa offenſio, & crudelitas vaſalli etiam multoties repetita ante illam admonitionem, quod tamen dictu eſſet valdè abſurdum: Tùm poſtremò, quia ſi ob tyrannidem in feudales ſubditos vaſallus non poſſet multari feudo ſuo, priuſquam admonitus fuiſſet, ut à ſuâ in ſubditos ſævitiâ illâ abſtineret, conſequeretur inde ſævitiam vaſalli in ſubditos quæ admonitionem præceſſit, non eſſe culpam, id quod non niſi abſurdè, & ineptè dici poteſt.

Nihil decerpit concluſioni huic text. *in d. Tit. 27. de pace tenenda, & eius violatorib. §. quicunque* ibi, & à domino ſuo admonitus non reſipuerit. *lib. 2. Feud.* Primò enim textus ille eo accipiendus eſt ſenſu, qui vitio careat, & abſurdus nõ videatur, *per l. in ambigua 19. ff. de legib. l. ult. verſ. etenim abſurdum eſt, C. de author. præſtand. l. ſi quis 11. in princ.* ibi, ſatis enim abſurdum eſt, *C. de rebus cred.* Non ergò exaudiendus eſt text. *dicti §. quicunque*, de neceſſariâ domini admonitione, quaſi illa deſideretur omninò antequam vaſallus ob 7

crude-

crudelitatem, & tyrannidem ſuam in feudales ſubditos feudo privari poſſet, hunc enim intellectum rationes proximè adductæ, ut planè abſurdum, neutiquam patiuntur.

Deindè quælibet Iuris diſpoſitio eo accipienda eſt ſenſu, qui Iuris rationi & æquitati non adverſatur, *l. ex facto 43. in princ. ff. de vulg. & pu. ill. ſubſtit. & l. 1. C. de legib.* At diſpoſitio dicti §. *quicunque Advocatiam*, Iuris, rationi & æquitati planè eſſet contraria, ſi exaudiretur de admonitione domini, quæ vaſalli ſævitiā in ſubditos feudales neceſſariò ſequi, & privationem feudi præcedere debeat, ſiquidem & conſequens eſſet, culpæ adſcribendam non eſſe vaſalli tyrannidem, crudelitatem, & ſævitiam quam ante eam admonitionem in feudales ſubditos adhibuit, Id quod non niſi rationis expers unquam dixerit.

Tertiò capi textus diſpoſitionis illius poteſt de eâ inordinatâ Advocatiæ & beneficij tractatione, quæ non adeò gravis, & immodicè dura eſt, ut ob eam vaſallus feudum amittere debeat, Ita videtur accipere textum illum Molinæ. *in conſuetud. Pariſ. §. 2. gl. 4. n. 14. verſ. vaſallus enormiter offendens, pag. 110. & §. 30. num 66. ſub finem*, ibi, propter nimium exceſſum & abuſum, Item, ibi, niſi ſit abuſus intolerabilis, *pag. 471.* Eundem ſenſum tex-

tui dicti

tui dicti §. *quicunque Advocatiam*, adponere videtur Menoch. *conſ. 2. n. 198. iunct. n. 200. lib. 1.* ubi ſcribit, non debere vaſallum admonere, ut à tyrannide in ſubditos deſiſteret, ſi notoriè conſtet, quòd ſæpè, & ſæpius malè ſubditos tractârit. Menochium refert & ſequitur Roland. à Valle *conſ. 40. n. 30. vol. 4.*

Poſtremò haud ineptè poteſt dici, quod in *d. §. quicunque Advocatiam* de inordinatâ Advocatiæ, & beneficij tractatione, & inſolentiâ beneficiarij proponitur, non eſſe capiendum de vaſalli in ſubditos feudales tyrannide, & ſævitiâ, ſed de quâdam aliâ beneficij tractatione inſolitâ, quæ oſtendit ineptitudinem eius, cui Advocatia, ſive beneficium aliquod eſt commiſſum. Quod enim Imperator primò inordinatam, ſive (ut vulgaris habet lectio) inornatam vocat tractationem, id confeſtim appellat ibidem inſolentiam; INSOLENTIÆ autem vox denotat rem inſolitam, ineptitudinem, inſulſitatem, vel contumaciam, & arrogantiam, non tyrannidem, ſive ſævitiam, alicuius.

Quod verò hactenus dictũ eſt, feudo multari vaſallũ, ſi feudales in ſubditos ſuos tyrannidem, ſævitiam, & crudelitatẽ expromere auſus fuerit, etiamſi prius non ſit admonitus, 71

X ut

ut deſiſteret ab iſthâc imanitate, & atrocitate ſuâ, Idipſum non de omni immanitatis & ſævitiæ exaudiendum eſt ſpecie, ut & proximè attigi. Atrocitatis illius ſpecies variæ ſunt, inter quas ea eſt præcipua, ſi indignè, & graviter per ſe vel per alios verberibus afficiat ſubditos ſuos, aut eos torturæ civili quoque in negocio immeritò ſubijciat, arg. *d. l. 2. §. dominorum, ff. de his qui ſui, vel alien. Iur. ſunt, & §. ult. Inſtit. eod. tit.* Ludovic. Carer. *tr. crimin. cap. de indicijs & torturis, §. habitis indicijs, n. 10. & ſeq. mihi pag. 89.*

72 Eſt quoque crudelitatis illius ſpecies, ſi injuſtè vaſallus ſubditos ſuos capi, & in carcerem miſerè compingi, & criminali ſententiâ indignè condemnari faciat, *l. 1. & l. 2. C. de cuſtod. reor.* Roland. à Valle *conſ. 18. n. 1. & ſeqq. vol. 3. & conſ. 40. n. 9. vol. 4.* Andr. Gail *lib. 1. obſ. pract. obſ. 17. n. 1.* Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 33. n. 90.*

73 Eſt præterea ſævitię, & tyrannidis ſpecies, ſi vaſallus ſubditorum feudalium uxores, aut filias invitas adulterio, vel ſtupro polluat; Cùm hoc crimen ut liberis, ſic & parentibus morte gravius ſit, *l. iſti quidem, 8. §. pen. & ult. ff. quòd metus causâ.* Matth. de Afflict. *in Tit. ſ. quib. mod. feud. amitt. §. item ſi quis feudum, n. 18. cauſa 31. lib. 1. Feud.* Ludol. Schrad. *tract. feud. part. 9.*

Digitized by Google

comm. ubi & de feudi deteriorat. *part. 9. cap. 6. n. 61. verſ. tertiò ut vaſallus*, Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 33. n. 91.*

74 Eſt item ſpecies illius ſævitiæ, ſi vaſallus nō modò gallinas, anſeres, porcos, ſed & vaccas, equos, agros, vel quid aliud ſubditis feudalibus hoſtili more auferat, arg. *l. 3. junct. Gl. 1.* & Bart. *C. de erogat. milit. annon. lib. 12. l. iubemus, & l. ult. C. ad. L. Iul. repetund. l. illicitas 6. §. ne potentiores, & §. ſeq.* ubi Bald. *n. 2.* & Ang. *in verb.* illicita, *ff. de offic. Præſid.* Boer. *deciſ. 304. n. 4.* Quò facit quòd grave crimen eſt, ſubditos bonis ſpoliare, ad inopiam redigere, & ad mendicitatem detrudere, arg. *l. 4. ff. de agnoſc. & alend. lib. l. cum patronus 22. §. ult. ff. de oper. libert. l. 1. C. de emendat. ſeruor. l. ult. C. quemad. civilia mun. lib. 10.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 27. n. 1. verſ. ſi inops.*

75 Adhæc ſpecies ſævitiæ vaſalli & illa eſt, ſi vaſallus exactionib. illicitis, & operis aſſiduis, inſolitiſq; nimium gravet, oneretq; feudales ſubditos, adeò ut eis non ſuppetat facultas ſeſe, & ſuos alendi, arg. *l. cum ſatis 23. §. caveant, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. l. 1. C. in quib. cauſ. coloni cenſiti dom. accuſ. poſſ. lib. eod. d. l. cum patronus 22. §. ult. ff. de oper. libert. & l. unic. C. ne opera à Collatorib. exigantur, lib. 10.* Bald. *in d. Tit. 27. de pace publicâ tenendâ & eius violat. §. quicunque, n. 2.* & ibid. Alvarotus *n. 1.* Frider. Schenck à Tautenberg *lib. 2. Feud.* Vaſq. *lib. 1. quæſt. illuſtr. cap. 8. n. 17. & ſeqq.* Andr. Gail *lib. 1. obſervat.*

pract. obſ. 17. & lib. 1. de pace publ. cap. 2. num. 22 Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 33. n. 71. & ſeqq.*

76 Operæ (quod hîc notandum) quas debent quidam ſubditi dominis ſuis, ex conſuetudine, vel pacto ſunt certæ, & certum ad tempus reſtrictæ, gemeſſene Frohnen / vel ſunt incertæ, nulloque tempore circumſcriptæ, vngemeſſene Frohnen / quæ ex dominorum arbitrio pendent, & toties præſtari debent, quoties exiguntur, Andr. Gail *lib. 2. obſ. practic. obſ. 62. n. 12. & ſeq.*

77 Quòd ſi vaſallus in exigendis operis illis feudales ſubditos nimium premat, abuſum illum pati non tenentur ſubditi, ſed de iſthâc Cyclopicâ ſævitiâ, & tyrannide querelam apud ſuperiorẽ dominum movere poſſunt, Andr. Gail *d. obſ. 62. n. 13.*

78 Poſtremò eſt & illa crudelitatis vaſalli ſpecies aliqua, ſi feudalibus ſubditis ſuis juſtitiam non adminiſtret, ſed eam ipſis deneget. Iacobin. de S. Georgio *tr. de roydis, ſeu operis n. 46. & tr. de feud. in verb.* Marchio in Italia, *§. quæritur etiam, n. 1.* Weſemb. *conſ. 43. n. 91.* Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 6. n. 61. verſ. ſecundò hæc concluſio*, ubi plures alios refert, Henric. à Roſenthal *tr. feud. cap. 10. concl. 33. num. 47.*

Cogni-

Cognitis ſpeciebus ſævitiæ, & crudelitatis vaſalli in feudales ſubditos adhibitæ, videndum quibus in ſpecieb. illis opus ſit præviâ admonitione illâ, priuſquam vaſallus privari ſuo feudo poſſit? Quidam diſtinguunt inter ſævitiam, & crudelitatem vaſalli, quæ in committendo conſiſtit, & eam ſævitiam, quæ conſiſtit in omittendo. In illâ opus non eſſe admonitione præcedente ſentiunt, in hâc verò eam neceſſariam eſſe, antequam multari vaſallus ſuo feudo poſſit, tradunt, Iacobin. de S. Georg. *d. tr. de Roydu, n. 46.* Bald. *in d. Tit. 27. de pace tenenda, & eius violatoribus, §. publici latrones,* ubi etiam Præpoſitus, *lib. 2. Feud.* Marc. Ant. Natta *conſ. 174. num. 12.* Carol. Ruin *conſ. 70. n. 13. vol. 5.* Zas. *tr. de feud. part. 10. n. 44.* Weſemb. *conſ. 43. n. 128.* Hanc diſtinctionem præbet doctrina Innocentii in *c. extirpandæ 30. n. 2. vers. item hæc habent locum, Extr. de præbend.* quam ſequutus eſt Alex. *ad l. divortio, §. ſi fundum, n. 13. ff. ſolut. matrim.* & *in l. ita ſtipulatus 115. n. 13. ff. de verb. oblig.* quæ doctrina hæc eſt: In facto affirmativo, ut pœnæ locus ſit, non opus eſt præcedente admonitione; In negativo autem facto neceſſe eſſe, ut præcedat admonitio, antequam pœna irrogari poſſit, Atq; hanc doctrinam eſſe auream, ſcribit Felin. *in c. 1. n. 12. verſ. ſecundò intelligunt, Extr. de Conſtitut.* 79

Quòd ſi vera eſt diſtinctio hæc, conſequens ei erit, prævium admonitionem illam, in primis illis quinque ſpeciebus ſævitiæ & protervitatis vaſalli, non eſſe neceſſariam, cùm omnes illæ conſiſtant in committendo, ſed opus eſſe admonitione iſthâc ſaltem in ſextâ eaque ultimâ crudelitatis ſpecie.

80 Verùm diſtinctionem hanc reijciunt, & in eâ quoq; ſævitiâ quæ in committendo conſiſtit, admonitionem illam, antequam feudo privetur vaſallus, requirunt Roland. à Valle *conſ.40.n.19. in fin. vol. 4.* Ioann. Borcholt. in *comment. in conſuetud. feud. cap.8. n. 130.* Bernhard. Græven *lib. 1. pract. concl. concl. 16. conſid. 2.*

81 Atqui argumentis aliquot urgentiſſimis oſtendi ſuprà, jure multari vaſallum feudo, ſi feudales in ſubditos ſuos atrocitatem effundat intolerabilem, & in eis crudelitatem exerceat inſatiabilem, etiamſi admonitus non ſit prius, ut à ſævitiâ ſuâ deſiſteret.

82 Non tamen exiſtimo ex omni omninò protervitate vaſalli in committendo conſiſtente ipſum exui feudo ſuo, delinquēs enim non niſi pro meritis recipere debet, *c. ult. circa fin. Extr. de accuſ. & c. niſi ſpecialis, Extr. de officio & poteſt. iud. deleg.* & tradit in terminis hiſce noſtris Frider. Schenck Baro à Tautenberg,

berg, *ad d. Tit. 27. de pace tenenda, & eius violatorib. §. quicunque, in fin. lib. 2. Feud.*

Reor autem quod ad primam, ſecundam, tertiam, & quartam immanitatis ſpeciem attinet, nihil opus eſſe præviâ admonitione, ut vaſallus privari feudo poſſit, ſi intolerabilis ſit, & nimis frequens vaſalli crudelitas, ut ſi aliquoties, ac ſæpius in ſubditis ſuis cyclopicam exercuerit ſævitiam, per rationum momenta, quæ ſuprà in patrocinium concluſionis huius protuli. 83

Nec movet me, quòd Ægid. Boſſ. *in tr. crimin. Tit. de Principe & privilegio eius, n. 56.* & Roland. à Valle *conſ. 18. n. 30. verſ. Et ideò ex his videtur, vol. 3.* eosque ſequutus Ioann. Borch. *d. cap. 8. n. 130.* tradunt, Regulam illam, quòd ſcil: in factis affirmativis pœnæ locus ſit, etiamſi admonitio prius facta fuerit nulla, in feudis locum non habere. Soli enim commentitiæ huic traditioni fidem adjungere, veritas me prohibet rationum ſuprà à me propoſitarum.

84 Neque in adverſam me trahit ſententiam, quòd aiunt quidam, ex communi Dd. placito, monitionem primò intervenire debere, etiam in Vaſalli ſævitiâ in cõmittendo conſiſtente, Rol. à Valle *conſ. 18. n. 29. vol. 3. & conſ. 40. n. 29. vol. 4.* Andr. Gail *lib. 1. obſer. pract. obſ. 17. n. 5.* Græveus *d. concl. 17. conſid. 2. n. 3.* Hi n. Iuris

Antiſtites, & quos citant ipſi, de eâ ut plurimùm loquuntur ſævitiâ in ſubditos, quam ſpeciei aſperitatis adpono quintæ: ut quando vaſallus illicitis exactionibus, operis, & angariis præter modum ſubditos premit, in quâ ſævitiâ præmonitionem illam puto neceſſariam, priuſquam vaſallus ſuo privari feudo poſſit, Non enim ante monitionem illam tantum hîc metuendum eſt periculum, non tanta clades in ſubditis timenda, quanta ipſis incutitur moleſtia per quatuor aliarum primarum ſpecierum ſævitiam, & protervitatem vaſalli.

85 Quin etiam præmonitionem illam cum Dd noſtris haud ægrè admitto etiam in ſævitiâ ſextæ ſpeciei, ut cum vaſallus ſubditis ſuis juſtitiam denegat, ſequutus Jacobinum de S. Georgio *tr. de feud. in verb.* Marchio in Italiâ, *verſ. quæritur. n. 1. & 2.* ibi, ego in iſto puncto, & *tr. de Roydis, n. 46.* & Henricus à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 33. n. 68. & ſeqq.* & confert huc argumentum *Tit. 22. de milite vaſallo, qui contumax eſt, lib. 2. Feud.*

86 Quod verò attinet præviam admonitionem illam, quę ut oſtendi interdum deſideratur in vaſalli indignâ ſubditorum tractatione, ſciendum eſt, gravatos ſubditos pro quadam fræni temperie, & remedio contra ſævien-

ſævientem vaſallum ad eius dominum confugere poſſe, & auxilium ipſius implorare, & petere eum, ne permittat vaſallo tyrannidem, & ſævitiã eiuſmodi, ipſumq; jubeat ab eâ deſiſtere & abſtinere omninò, arg. *l. 1. §. 1 iunct. §. quod autẽ, 8. ff. de offic. Præfecti Vrbi*, Priori loco Vlpianus ICtus, ſervos, ait, de dominis querentes Pręfectus Vrbi audiat. Loco poſteriori idem ICtus in hæc verba ſcribit: ſervos de dominis querentes, ſi ſævitiam, ſi duritiam, ſi famem quâ eos premant, ſi obſcœnitatem, in quam eos compulerint, vel compellant, apud Præfectum Vrbi exponant. Quod de ſervis dicto loco traditum legimus, id ipſum ICtus idem ſcribit quoque de ſubditis in *l. illicitas, 6. §. illicita 3. ff. de offic. Præſid.* Illicita, ait, miniſteria ſub prætextu adjuvantium militares viros ad concutiendos homines procedentia prohibere, & deprehenſa coercere Præſes Provinciæ curet. Quocirca rectè etiam ad ſubditos vaſalli accommodari poteſt, ut poſt Matthæ. de Afflictis quem refert, & ſequitur, ſentit Guido Pancirolus *conſilio ſuo, quod eſt 605. inter Conſilia Menochij, ſub libro 7.* ubi, *n. 8.* Princeps, ait, protegit ſubditos vaſalli, quia ſi eos nimis oneret vaſallus, ipſi jubentur conqueri, & reclamare ad Principem, & ipſe eos ſublevare

debet. Item vaſallum monere tenetur, ut ſubditos benè tractet, poteſt quoque ipſis imperare, & pœnam imponere. Suadet idem Ludovic. Fachſ. *conſ. 1. n. 19. & ſeq.* ac monet Mynſing. *cent. 5. obſ. 8. n. 4.* Si, ait, dominus aliquis inſolitas à ſuis ſubditis operas, aut ſervitia indebita, & injuſta exigere, eoſque ultra modum debitum collectare, vel cenſus, & reditus augmentare conetur, poſſunt ipſi implorare officium ſuperioris, ut is domini oppreſſionem reprimat. Et ſubjungit ibidem Mynſing. *n. 5.* Quinimò ob nimiam Dominorum aſperitatem, ac ſævitiam ſubditi ab ipſorum Iurisdictione eximi poſſunt; Addit & illud *n. 6.* Quòd ſi dominus à ſuperiore commonitus ab hujuſmodi injuſtâ & inſolitâ oppreſſione, vel exactione non deſiſtat, ipſum feudo privare poteſt. Scribit idem Zaſ. *tr. feud. part. 10. verſ. nam ſi ſubditos malè tractarent*, & Andr. Gail *lib. 1. obſervat. pract. dicta obſ. 17. n. 4. 5. 6. 7. & 8.*

Quinetiam poteſt dominus ſuperior ex officio mandare vaſallis, ſub pœnâ amiſſionis feudi, & juriſdictionis, ne iniquè ſubditos tractent, ſed à ſævitiâ ſuâ abſtineant, Mynſ. *d. obſ. 8. n. ult.* Gail *d. obſ. 17. n. 7. & lib. 1. de pace publ. cap. 2. n. 22.* Græveus *d. concl. 17. n 9.* Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 33. n. 88.*

Cæte-

Cæterùm in quæſtionem hoc loco vocari poteſt, An feudo ſuo toto privetur vaſallus, ſi in quosdã ſolùm, non omnes ſubditos acerbitatis ſuæ virus effundere auſus fuerit? 87

Præter alios Grammat. *deciſ. 104.* ſentit, vaſallum toto privari feudo, licet tantùm quosdam ſubditos malè tractârit, ubi addit, quòd Iudices magnæ Curiæ, & Conſilium Regium ita pronunciârit. Alij verò autumant, non integro feudo multari vaſallum, ſed illos tantùm ſubditos, quos ipſe indignis excepit modis, & tyrannicè tractavit, Iurisdictioni, & Iuri ipſius eximi. Ita ſentiunt Matth. de Afflictis in *Tit. 26. ſi de feud. defuncti content. ſit int. dom. & agn. §. licet, n. 4. verſ. nec obſtare,* ibi, quando malè tractaſſet, *lib. 2. Feud.* Roland. à Valle *conſ. 18. n. 50. vol. 3.* Weſemb. *conſ. 43. n. 113. & ſeq.* Henric. à Roſenthal *d. cap. 10. concl. 33. n. 74.*

Atque hanc poſteriorem opinionem & ego veritati propiorem dicere dubito nihil: Tùm quia ſentẽtia hęc benignior, & æquior eſt, proindeque præferenda, *l. planè 38. §. ſed benignius, ff. de petit. hæredit. l. non tantùm 20. ff. de ſentent. & re iudic. l. 1. in princ. ff. ut in poſſeſſ. legator. l. benignius, 18. de legib.* Tùm quia feudi privatio eſt pœna quędam, Ludolph. Schrad. *tract. feud. part. 2. partis 9. ſect. 6. num. 34.* In pœnis autem mitiorẽ ſequimur ſententiam, *l. inter-*

l. interpretatione 42. ff. de pœn. l. reſcriptum 6. ff. de his quæ ut indign. & l. ſancimus 22, C. de pœnis. Tùm etiam quia dominus ob ſuam in ſervos quosdam aſperitatem non omnes ſuos ſervos dimittere tenetur, ſed eos tantùm, in quibus atrocitatem exercuit, *l. 2. ff. de his, qui ſui vel alieni iur. ſunt, & §. ſed & maior aſperitas. Inſtit. d. t.* Tùm quia vaſallus cum partem feudi inſcio domino alienat, non integro privatur feudo, ſed tantùm parte illâ alienatâ, *Tit. 38. de vaſallo, qui contra conſtit. Loth. Reg. benef. alien. lib. 2. Feud.* Tùm poſtremò quia vaſallus ob deteriorationem feudi in parte aliquâ, non univerſo privatur feudo, ſed tantùm in parte illâ deterioratâ, ut oſtendi ſuprà.

Hinc ſi vaſallus Iurisdictione ſuâ ad ſævitiam & oppreſſionem quorundam ſolùm ſubditorum abutatur, privari jurisdictione & feudo ſuo poteſt non toto, ſed quoad ſubditos tantùm, quos tyrannide ſuâ offendit. Id quod exiſtimat quoque Henric. à Roſenth. *d. cap. 10. concl 33. n. 70. 71. & 74.*

38 Quid verò ſi vaſallus poſt præmonitionem domini, ſævitiam ſpeciei ſextæ in ſuis exercuerit ſubditis non omnibus, ſed dimidiæ vel majoris partis, denegando ipſis juſtitiæ adminiſtrationem, numquid univerſo bene-

beneficio ſuo multari poteſt? Aienti ſententiæ patrocinium non eſſe denegandum judico. Vaſallus enim ob domini contemptum feudo jure privari poteſt, per text. in *Tit. 24. Quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. §. ult. lib. 2. Feud.* ubi ICtus Feudiſta, Quia, ait, dominum contemnere videtur, ad dominum beneficium pertinet. Huic rationi adjungo etiam cenſuram Henrici à Roſenthal *d. concl. 33. n. 72.*

Non deſunt qui exiſtimant, vaſallum ne quidem ſuâ Iurisdictione privari ob denegatam ſubditis juſtitię adminiſtrationē, etiamſi majori ſubditorum parti recuſatio illa facta fuerit, ſed ipſum duntaxat in ſuperioris domini indignationem incurrere, & pœnâ ſolùm arbitrariâ puniri. Hanc in ſententiam allegant Bald. & Cynum *in d. l. 2. ff. de his qui ſui, vel alien. iur. ſunt.* eosdem etiam citat Tiraquell. *de pœn. temper. aut remitt. cauſ. 44. n. 61.* Præter hos pro hac opinione adducit quoq; Albericum de Roſate, & Paulum de Caſtro ipſe Iacobinus de S. Georgio *tract. de feud. in verb.* Marchio in Italiâ, *verſ. quæritur etiam, n. 1.* ibi, ſed eſt benè verùm. Vnde videtur dicendum, quòd vaſallus multò minus ob denegatam juſtitiæ adminiſtrationem privari ſuo feudo poſſit. Sed largiamur, amitti juriſdictio- 89

risdictio-

riſdictionem ob denegatam juſtitiæ adminiſtrationem; quam ſententiam probant Longovall. *in l.3.ff. de Iurisdict. cap. ult.* Menoch. *de arbitr. iud. cent. 2. caſ. 341. n. 5.* Iul. Clar. *in pract.crimin. libr. 5.§. fin. quæſt. 73. verſ. item Iudex propter negligentiam*, Chilian. König. *in proceſſu, cap. 3. n. 4.* Andr. Gail *lib.1. obſervat.pract. obſ.28.n.7.* & Ludolph. Schrad. *tract.feud. part.10. ſect. 4. n. 162. & ſeq.* Thob. Paurmeiſter *lib.1. de Iurisdictione, cap. ult.* Cui affirmanti pronunciato auxiliatur quoque text. *in l. unic. C. ſi quacunque præditus poteſtate* ubi dicitur, quòd quis liberetur à Iurisdictione ipſius Magiſtratus, qui ſuâ abuſus fuit Iurisdictione. Id quod cognoſcitur quoque *ex l. ſi poſtulaverit, 27. § iubet. ff. ad L. Iul. de adult.* Haud tamen rectè ex eo inferri poſſe videtur, quòd eâdem ex cauſâ vaſallus feudo ſuo privari poſſit: quippe cùm à Iurisdictione ad feudum non rectè inferatur, arg. *l. naturaliter, 12. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* Quod & Roland à Valle exiſtimat *d. conſ. 18. n. 30. vol. 3.*

Cæterùm prædicta ſententia noſtra de amittendo feudo ob denegatam juſtitiæ adminiſtrationem non aliter, ut oſtendi, procedit, quàm ſi vaſallus à domino prius ſit monitus,

ut abſtineret ab hac ſævitiâ ſuâ in denegandâ juſtitiæ adminiſtratione, & quidem cum comminatione; ipſe autem vaſallus nihilominus ſubditis ſuis juſtitiam deneget. Hunc ob contemptum domini jure privatur vaſallus feudo ſuo, & quidem toto ſi omnibus ſubditis, vel dimidiæ, aut maiori parti ipſorum, juſtitiæ adminiſtrationem deneget, Vel tantùm feudi parte, & quidem eâ, cujus ſubditis adminiſtrare juſtitiam neglexit vaſallus, per ea quæ dicta ſunt antea. Idq; ſentit etiam Iacobin. de S. Georg. *tr. feud. in verb.* Marchio in Italiâ, §. *quæritur, n. 2. verſ. ego in iſto puncto,* & tradit Henric. à Roſenth. *d. cap. 10. concl. 33. n. 71.* & *ſeqq.*

90 Porrò ad qualitatem deteriorationis feudi pertinet & hæc quæſtio: An vaſallus feudo ſuo privetur, ſi ædes feudales incendio perierint? In expediendâ quæſtione hâc diſpiciendum eſt, quid cauſam præbuerit incendio. Regulariter præſumitur culpâ inhabitantium exortum fuiſſe incendium *l. 3. §. 1. ff. de offic. Præfect. Vigil. l. ſi vendita, 11. ff. de pericul. & cõmod. rei vend.* Schrad. *tr. feud. part. 2. nonæ partis principalis, ſect. 7. n. 62.* Maſcard. *de probat. vol. 2. cõcl. 892. n. 1. & ſeqq. n. 8.* Et quod de culpâ dicimus, intelligendum eſt de leviſſi-

leviſſimâ culpâ, in omittendo conſiſtente, niſi contrarium probetur, ut ſentiunt, quos citat Maſcard. *d. concl. 892. n. 9.* & Schrad. *d. loco.* & Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 10. concl. 33. n. 43.* Non enim præſumitur quod inhabitator res ſuas proprias ita perdere voluerit. Weſembec. *conſ. 57. n. ult.* At vaſallus non amittit feudum ob leviſſimam, vel levem culpam, ut tradidi ſuprà, ubi egi de causâ deteriorationis.

Sin verò dolo, aut latâ culpâ vaſalli ædes feudales ſint conſumptæ, amittit ipſe feudum, Schrad. *d. ſect. 7. n. 62. verſ. porrò annotandum.* & Henric. à Roſenth. *d. concl. 33. n. 44.* Confert huc, quòd emphyteuta expelli poteſt, ſi culpâ eius latâ exortum ſi incendium, quo emphyteutica domus periit, Bald. *in. l. 1. n. 11. in fin. C. de Iure Emphyteut.* Accedit & illud, quòd vaſallus ob dolum, & latam culpam ſuam feudo multari poteſt, ut ſuprà docui.

QVIN-

QVINTVS

Tractatus,

De

AMISSIONE

FEVDI, QVAE OB eius illicitam alienationem contingit.

EST præterea Vaſalli culpa in Domini rebus cõmiſſa, ſi abſq; domini conſenſu feudum alienaverit vaſallus. Alienatio enim feudi, cuius proprietas

Y domi-

domini eſt, ſanctione feudali eſt prohibita *Tit. 5. in fin. Tit. 21. §. ſi quis miles, Tit. 13. Tit. 18. §. ult. lib. 1 Feud. Tit. 9. in princ. Tit. 24. §. ult. Tit. 26. § feudum eâ lege datum. Tit. 38. Tit. 44. Tit. 52. § ſi quis verò, & Tit. 55. §. callidis itaque, lib. 2. Feud.* De feudi igitur alienatione hîc tractare animum induxi meum.

Explicabo autem primùm quid ſit feudi alienatio, & quæ eius alienationis ſint ſpecies; Deindè agam de feudi alienatione jure permiſsâ: Pòſt exponam quæ feudi alienatio ſit pro-

prohibita. Poſtremò tractabo etiam de effectu prohibitæ alienationis: ubi quoque ediſſerendum ad quem pertineat feudum ob alienationem amiſſum.

CAP. I.

Quid ſit feudi alienatio, & quæ eius alienationis ſpecies.

SUMMARIA.

1. & 2. Alienatio feudi quid, & quæ eius ſpecies.
3. Num tranſactio ſit alienationis ſpecies?
4. Vaſallus olim etiam ignorante domino impunè potuit de feudo tranſigere, ſed hodie id facere prohibetur.
5. Locatio conductio an ſit alienationis ſpecies? Facta ad longum tempus pro vili mercede, rectè connumeratur alienationis ſpeciebus num 6.
7. Vtrùm Hypothecæ conſtitutio ſpecies ſit prohibitæ in feudo alienationis?

8. 9. 10. 11. & 12. Diſſolvuntur rationes quæ veriſimiliter pro affirmativâ pugnare videntur.

13. Precaria feudi conceſſio pro alienatione non habetur.

14. & 15. Reſponſio ad duas obiectiones.

16. Conſtitutum poſſeſſorium an ſpecies ſit prohibitæ alienationis in feudo?

17. 18. 19. 20. & 21. Proponuntur affirmantis ſententiæ fundamenta.

22. 23. & 24. Solvuntur argumenta contra hanc aientem opinionem prolata.

25. Poſſitnè vaſallus abſque domini conſenſu de feudo ſuo in arbitros compromittere?

26. Interpretatio textus in Tit. 15. in princ. verſ. è contra. Et in Tit. 34. §. 1. Et in Tit. 46. in princ. lib. 2. Feudor.

27. Diluitur obiectio quædam.

1 ALienatio feudi eſt actus, per quem vaſallus feudum ſuum, eiusque commodum ad alium transfert. Alienatio enim in genere eſt omnis actus, quo quis vel dominium, vel poſſeſſionem, vel Ius aliquod transfert ad alium, *l. alienatum 64. ff. de verb. ſign. l. ult. C. de reb. alien. non alienand. l. 1. C. de fundo dotali,* Cujac. *in Paratit. C. Tit. de alien. iudic. mutand. cauſ. fact.*

Quia verò in Iure feudorum ALIENATIONIS verbum latiſſimè accipitur, ut arguit text. *in d. Tit. 55. in princ. verſ. habito ergò,* ibi; vel quocunque modo diſtrahere, ſeu alienare, *lib. 2. Feud.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 30. n. 2.* idcircò

idcircò diſpiciendum, quæ ſpecies ſint alienationis feudi.

Species autem alienationis feudi ſunt 2 venditio feudi, *Tit. 55. de prohib. feud. alien. per Frid. in princ. verſ. habito ergò, lib. 2. Feud. l. 1. §. in alienatione, 5. ff. quand. de pecul. ann. act. eſt,* Mynſing. *cent. 6. obſ. 30.* Item feudi permutatio, *l. 1. §. item emptio, ff. de rer. permut. d. l. 1. §. ſed etſi donavit, 6. ff. quand. de pecul.* Mynſing. *d. obſ. 30.* Weſemb. *in comment. de feud. cap. 11. n. 3.* Ioann. Borcholt. *in comm. in conſuetud. feud. cap. 8. n. 46.* Tùm etiam feudi donatio, *Tit. 9. §. donare, lib. 2. Feud. d. l. 1. §. ſed etſi, ff. quand. de pecul. ann. act. eſt.* Mynſing. *d. obſ. 30.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 10 n. 45.* Datio feudi in emphyteuſin, *d. l. ult.* ibi, nec emphyteuſeos cõtractũ, *C. de reb. alien. non alienand. Novell. 7. cap. 1. verſ. alienationis autem. & c. nulli liceat, Extr. de reb. Eccleſ. alienand. vel non.* Per emphyteuſin etenim poſſeſſio rei ad emphyteutam transfertur, *l. pen. §. 1. ff. qui ſatisd. cog. & l. 1. in fin. ff. ſi ager vectig. l. 3. C. de feud. patrim. lib. 11.* Eſt quoq; alienationis ſpecies pignori datio, *d. Tit. 55. in princ. verſ. habito ergò.* Item pro anima judicatio, *d. Tit. 9. §. donare autem,* ibi: aut judicare pro animâ, *& d. Tit. 55. in princ. verſ. habito ergò.* ibi: pro animâ judicare, *lib. 2. Feud.* hoc eſt, conceſſio feudi Eccle-

ſiæ facta ſub conditione precum, Hotom. *lib. de verb. feud. in verb.* judicare feudũ pro animâ. In dotẽ datio, *d. Tit. 9. §. donare autem, lib. 2. Feud. l. 4. ff. de lege Fabia de plagiar. l. non ſolum 12. §. ſi eum, ff. de liber. causâ.* Itemque propter nuptias donatio; cùm dotis datio, & donatio propter nuptias à pari procedant, *l. ex morte 9. iunct. Auth. æqualitas, C. de pact. convent. l. ult. § ſin autem, iunct. Auth dos data, C. de donat. ante nupt. & Novell. 97. cap. 1.* Tùm etiam conſtitutio dotalitij, quod eſt donatio, quam confert maritus præſertim Nobilis in uxorem ſuam, ratione dotis, ut donatâ eâ re uxor utatur fruatur, ut expoſui *tract. meo de donat. cap. 11.* Vſucapio quoque & præſcriptio alienationis ſpecies ſunt, *l. alienationis 28. ff. de Verb. ſign & l. 3. ff. quæ in fraud. creditor.* Vt & datio in ſolutum, *l. 4. C. de euict. & l. 4. ff. de publ. in rem act.* Tùm etiam rerum diviſio, cum hæc vicem emptionis venditionis obtineat, *l. 1. C. comm. utriuſque iud. d. Tit. 55. §. prætereà Ducatus, lib. 2. Feud.* Nec non libellarius contractus, *d. Tit. 9. §. donare autem,* ibi, per libellum, Item ibi, libellario nomine, *& Tit. 44.* ibi, aut Iure libelli, *libr. 2. Feudor.* de quo contractu egi *diſputat. 14. theſ. 93. & ſeq. ſub claſſ. 2.* Vt & datio rei in uſumfructum, *l. ult.* ibi; ſed etiam uſuſfructus

fructus dationem. C. *de reb. alien non alienand.* Tùm etiam hereditatis, legati, fideicommiſſi per ultimam voluntatem conceſſio, *Tit. 8. §. 1. lib. 1. Feud.* Id quod volunt etiam Feudiſtæ, Ludolph. Schrader. *de feud. part. 7. cap. 2. num. 1.* Henric. à Roſenthal *de feud. cap. 7. concl. 2.* Franciſc. Vivius *in commun. opin. lit. F. verſ. vaſallus regulariter.*

5 Quæritur de transactione, an ea ſit alienationis ſpecies? Eſſe autem ſpeciem eius colligitur ex *l. pen. C. de uſucap. pro empt. l. cum ſolus 29. verſ. ita tamen hoc verum eſt, ff. de uſurpat. & uſucap. & l. 1. §. 1. ff. de offic. procur. Cæſar.* Sed refragari videtur text. in *Tit. 26. §. ſi vaſallus,* ibi: nam & tranſigere rectè poterit, & *Tit. 43. lib. 2. Feud.* ex quibus textibus intelligimus, jus eſſe vaſallo tranſigendi de feudo etiam abſente, & ignorante domino, cùm tamen vaſallus abſque domini conſenſu alienare non poſſit feudum. Ad hos textus alij aliter reſpondent, quidam dicunt, eos eſſe exaudiendos de tranſactione, quæ decidendi, non alienandi vel diminuendi cauſâ fit, Cujacius *ad d. §. ſi vaſallus*, qui ipſi eſt *Titulus 23. libr. 4. Feudor.* & Ioann. Borcholt *in commentar. in uſus feud. cap. 8. n. 44.*

ſiæ facta ſub conditione precum, Hoton *lib. de verb. feud. in verb.* judicare feudū pro anmâ. In dotē datio, *d. Tit. 9. §. donare autem, lib. Feud. l. 4. ff. de lege Fabia de plagiar. l. non ſolui 32. §. ſi eum, ff. de liber. causâ.* Itemque propter nuptias donatio; cùm dotis datio, & donatio propter nuptias à pari procedant *l. ex morte. 9. iunct. Auth. æqualitas, C. de pact. convent. l. ult. § ſin autem, iunct. Auth dos data, C. d donat. ante nupt. & Novell. 97. cap. 1.* Tùm etiam constitutio dotalitij, quod eſt donatio, quam confert maritus præſertim Nobilis in uxorem ſuam, ratione dotis, ut donatâ eâ re uxor utatur fruatur, ut expoſui *tract. meo de donat. cap. 11.* Vſucapio quoque & præſcriptio alienationis ſpecies ſunt, *l. alienationis 28. ff. de Verb. ſign & l. 3. ff. quæ in fraud. creditor.* Vt & datio in ſolutum, *l. 4. C. de euict. & l. 4. ff. de publ. in rem act.* Tùm etiam rerum diviſio, cum hæc vicem emptionis venditionis obtineat, *l. 1. C. comm. utriuſque iud. d. Tit. 55. §. præterea Ducatus, lib. 2. Feud.* Nec non libellarius contractus, *d. Tit. 9. §. donare autem,* ibi, per libellum, Item ibi, libellario nomine, *& Tit. 44.* ibi, aut Iure libelli, *libr. 2. Feudor.* de quo contractu egi *diſputat. 14. theſ. 93. & ſeq. ſub claß. 2.* Vt & datio rei in uſumfructum, *l. ult.* ibi; ſed etiam uſuſ-

fructus

fructus dationem. *C. de reb. alien non alienand.* Tùm etiam hereditatis, legati, fideicommiſſi per ultimam voluntatem conceſſio, *Tit. 8. §. 1. lib. 1. Feud.* Id quod volunt etiam Feudiſtæ, Ludolph. Schrader. *de. feud. part. 7. cap. 2. num. 1.* Henric. à Roſenthal *de feud. cap. 7. concl. 2.* Franciſc. Vivius *in commun. opin. lit. F. verſ. vaſallus regulariter.*

3 Quæritur de transactione, an ea ſit alienationis ſpecies? Eſſe autem ſpeciem eius colligitur ex *l. pen. C. de uſucap. proempt. l. cum ſolus 29. verſ. ita tamen hoc verum eſt, ff. de uſurpat. & uſucap. & l. 1. §. 1. ff. de offic. procur. Caſtr.* Sed refragari videtur text. in *Tit. 26. §. ſi vaſallus,* ibi: nam & tranſigere rectè poterit, & *Tit. 43. lib. 2. Feud.* ex quibus textibus intelligimus, jus eſſe vaſallo tranſigendi de feudo etiam abſente, & ignorante domino, cùm tamen vaſallus abſque domini conſenſu alienare non poſſit feudum. Ad hos textus alij aliter reſpondent, quidam dicunt, eos eſſe exaudiendos de tranſactione, quæ decidendi, non alienandi vel diminuendi causâ fit, Cujacius *ad d. §. ſi vaſallus,* qui ipſi eſt *Titulus 23. libr. 4. Feudor.* & Ioann. Borcholt. *in commentar. in uſus feud. cap. 8. n. 44.*

Aliqui verò ſentiunt, textus illos acci
dos eſſe de trāsactione, quâ vaſallus feu
penes ſe retinet, non de eâ, quâ feudu
adverſarium transfertur, Iul. Clar. §. *Fe*
quaſt.38. & Hartman. Hartmanni ab E
gen *lib. pract. obſ. obſ. 34. n. 2. & 3.* Nonnull
tumant diſtinguendum hìc eſſe inter
dum, hoc eſt rem in feudum datam,
dantis eſt propria, & feudum, ſive re
feudum datam, quæ aliena eſt. De hoc
do vaſallum ignorante domino In e tr
gere; de illo ſi trāſigat vaſallus. domino
judicium ſ eari nullum, Ita tradit Hoto
in d. §. ſi vaſallus. Tit. 26, lib. 2. Feud.

4 Cæterùm omnibus his conciliandi r
nibus rejectis, dicendum puto, olim qu
vaſallum, etiam ignorante domino licit
tuiſſe de feudo tranſigere, etiam in do
præjudicium. ſed hodie ex Friderici Imp
vâ lege *ſub Tit. 55. in princ.* ibi; vel quocūq;
do diſtrahere ſeu alienare, *lib. 2. Feud.*
eſſe, ut quâ ignorante domino omni o
nò feudi alienatione interdictum eſt va
proindè & eâ alienatione, quæ fit per t
actionem, cùm & ea propriè ſit alie
quædam, ut ſuprà oſtendi.

5 De locatione & conductione haud
meritò etiam dubitari poteſt. Feudiſtæ
ali

alienationis ſpecieb. in feudis annumerant, ſi ad longum tempus ſit facta, putá ad decennium, Mynſing. *d.obſ.30.n.1.* Zaſ. *de feud. part. 9. n. 12.* Sonsbec. *in comm. in uſus feud. part. 12. n.14.* Icann. Borch. *de feud. cap. 8. n. 36.* Vulteius *de feud. lib. 1. cap. 10. n. 48.* Mihi contraria arridet ſententia. Tùm quia locatio mutare dominium negatur *in l. non ſolet, 39. ff. locati,* ne quidē in ſuperficiario, *l. ult. ff. de ſuperficiebus,* Tùm quia locator præter dominium retinet quoque poſſeſſionem, *l. officium 9. verſ. deniq; ait, ff. de rei vindic.* Tùm etiam quia uſufructuarius, licet Ius utendi fruendi alienare in extraneum nequeat, *l. ſi uſusfructus 66. ff. de iur. dot. & §. Item finitur, Inſtit. de uſufructu.* poteſt tamen uſumfructum ſuum alij locare, *§. minus autem, Inſt. de uſu & habitat.* Cui conſequens quòd & vaſallus feudum ſuum locare alij poſſit etiam ad decennium, cùm feudum uſusfructus inſtar obtineat, *Tit. 23. in fin lib 2. Feud.*

Tùm deniq; quia ipſa quoque feudorum placita concedunt vaſallo feudum alii locare, modò non fraudulenter fiat locatio *Tit. 9. §. donare,* ibi: licet poſſet locare, niſi locatio eſſet fraudulenta alienatio, *lib. 2. Feud.* ubi cùm non diſtinguatur inter locationem factam ad tempus breve, vel longum, neque nos diſtinguere debemus.

Pro contrariâ opinione adducunt te
Novell. 7. de non alien. aut permut. reb. E
cap. 1. §. alienationis autem & c. nulli lice
alienationis, Extr. *de reb.* Eccleſ. *alien. vel*
quæ loca citat quoque Schrad. *tr. feud. pa*
cap. 1. n. 14. cùm tamen textus illi de loca
ne verbum habeant nullum.

Quod autem de emphyteuſi perp
utroque loco dicitur, porrigi non pote
locationem perpetuam. Emphyteuſis e
conceſſio & poſſeſſionem, & jus utẽdi fr
di ad emphyteutam transfert, *l. pen. §. 1.*
ſatisd. cog. l. 3. l. 7. & l. 11. C. de fund. patrim. le
& quidem reale jus, quod proficit emp
teutæ ad actionem in rem, *l. 1. §. ult. ff. ſi a*
vectig. locatio autem horum nihil ad con
ctorem adfert, ut ſuprà docui.

Nihil obſiſtit reſponſioni huic, quod c
ceſſio prædij in emphyteuſin locatio c
tur, *l. 1. & l. 2. ff. ſi ager vectig.* Quamvis e
olim conceſſio prædij in emphyteuſin
locatione ab aliquibus habebatur, *§. adeò*
tem, verſ. ſed talis contractus, Inſtit. de loca
conduct. attamen reverâ neque locatio,
que venditio erat, ſed tertium contrac
genus conſtituebat; & ut pro eo habere
Zeno Imp. voluit *in d. §. adeò, verſ. ſed tali*
l. 1. C. de Iur. Emphyt.

Qu

Quando autem locatio feudi ad longum tempus, non pro juſtâ, ſed vili mercede facta eſt, ut quæ non reſpondet ſumptib. & impenſis, quæ erogandæ ſunt in ſervitia domino præſtanda, tunc ea non immeritò connumeratur ſpecieb. alienationis feudi p̄hibitæ, per text. *in d. Tit. 9. §. donare, verſ. quis enim* ibi, ſub viliſſimâ duorum denariorum penſione perpetuò concedatur, *lib. 2. Feud.* 6

Quò confert, quòd finis prohibitæ alienationis feudj in hanc quoq; locationem certò incidit, qui eſt, quòd alienato feudo, & amiſſis feudi cōmodis, ac reditib. ad alium tranſlatis, vaſallus eſt ineptus ad præſtanda domino ſervitia, atque ita imperij & dominorum utilitas per hanc locationem minuitur, *Tit. 52. in princ. verſ. per multas*, ibi, ſeniorum ſervitia ſubterfugere, Itē ibi, vires Imperij attenuatas cognovimus, Item ibi, noſtri numinis expeditionem nullo modo trāsducere valeant, & *verſ. hortatu itaq;*, ibi, per quod Imperij, vel dominorū minuatur utilitas, & *Tit. 55. in princ.* ibi, unde debita ſervitia amittebant, & hanc Imperij & noſtræ felicis expeditionis complementum minuebatur, *lib. 2. Feud.*

Dubitatur item de hypothecæ conſtitutione an ea etiā ſpecies ſit prohibitæ in feudo alienationis? Quidā ajunt, Aliqui negant. 7

Inter

Inter eos qui affirmant, eſt quoque Iac
Ardizone *in ſummâ ſive Epitome feudor*
116. Sonsbeck.*in comment.in uſus feud. pa*
n.99. & ſeq. Weſemb.*tr.de feud.cap.11.n.*
tom. *conſ.30.n.9. & ſeqq.* & Vulteius *lib*
feud. cap.10.n. 43. Negativæ inhærent H
Hartmanni ab Eppingen *lib.pract. obſ. T*
de feud. obſ. 20. Wurmbſ. *libr.pract. obſ.*
feud. obſ. 18. Curt. Iun. *de feud. part. 4. nu*
Ioann. Borch. *de feud. cap.8. num. 60.* & He
à Roſenth. *de feud. cap.9. membr.1. concl.*
alij alibi.

Mihi quoque probatur negantium
nio. Primò quia Fridericus Imperator
Tit.55.in princ.lib.2. Feud. feudum pignori
tione amitti docet, ſed de hypothecæ co
ſtitutione non idem ſcribit: Quocirca de
pothecæ conſtitutione non idem etian
cendum, quod de pignoris datione; cùm
hanc poſſeſſio rei transferatur, per illam
non æquè, *l. plebs 238. §. pignus, ff. de verb.*
ſi rem 9. §. propriè, ff. de pignerat. act. & §. int
gnus, verſ. ſed in aliis differentia eſt. Inſt. de a

Ad hanc rationem accedit proximè
la, quòd Iura pœnam irrogantia non ex
denda, ſed reſtringenda ſunt, *l. cum quide*
ff. de liber. & poſthum. l. factum 155. §. in pœn
ff. de Reg. Iur. & c. in pœnis, Tit. eod. in 6. Men
de

de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 4. num. 33. Cùm ergò Lex Friderici Imp. in *d. Tit. 55. lib. 2. Feud.* pœnalis ſit, & loquatur tantùm de pignoris in feudo datione, non item de hypothecæ conſtitutione, ad hanc certè non debet extendi Conſtitutio illa.

Tertiò firmatur concluſio hæc magnoperè hâc ratione, quòd eâ feudi alienatione interdictum eſt vaſallo, quâ poſſeſſio feudalis prædij ad alium transfertur, & præter poſſeſſionem etiam reditus feudales, *d. Tit. 52. in princ. verſ. per multas enim*, ibi, ſua beneficia paſſim diſtrahere, & *d. Tit. 55. in princ. verſ. callidis inſuper*, ibi feudum vendunt, & in alios transferunt, *lib. 2. Feud.* Cùm ergò hypothecæ conſtitutione à vaſallo in feudo factâ, neque poſſeſſio, neque reditus rei à vaſallo tranſeat ad alium *l. ſi rem 9. §. propriè, ff. de pign. act. l. 4. in princ. ff. de pignor. & hypoth. d. §. inter pignus, verſ. nam pignoris, Inſtit. de action.* ſequitur inde, quòd vaſallus hypothecæ in feudo conſtitutione non amittat feudum.

Nihil juvat opinionem contrariam, quòd pignoris datio pro alienationis ſpecie prohibitâ in feudo habetur, ut oſtendi ſuprà. Et ſi enim pignus & hypotheca nominis tantùm ſono differre dicantur, *d. l. res hypothecæ 5. §. inter pignoris, ff. de pignor. & hypoth.* Id tamen non ſimpliciter intelligendum eſt, ſed 8

acci-

acciꝑiendum ſpecialiter de actione
thecariâ,quę tàm hypothecę,quàm pi
nomine creditori competit,ut arguit t
d.§ inter pignus,Inſt.de action.& d.l.5.§.i
gnus,ff.de pign.& hypoth. Cuj⁹ inſcriptic
tur abundè Authorem legis illius acc
dum eſſe tantùm de hypothecariâ
actione.

9 Nec quicquàm obloquitur text. in
§.denique,verſ.ſi vaſallus,in fin.lib.2 Feud.
citur, quòd vaſallus alienando feudur
temnere dominum videatur. Hoc enir
nunciatum accipiendum eſt de vendi
quæ fit per poſſeſſionis translationem
quia meminit ICtus Feudiſta Conſtitu
Lotharij Imp.quæ loquitur tantùm d
natione feudi , quá illud diſtrahitur
alium transfertur,ut patet ex*Tit.52.lib.*
Tùm etiam quia expreſsè loquitur de
venditi feudi , ibi , ut precio ſe carit
agnoſcat.

10 Neque etiam refragatur quicquam,
hypothecæ conſtitutio alienationis ſ
eſſe diciturin*d.l.ult.C.de reb.alien.non ali*
Quamvis enim alibi quædam ſpecie
nationis ſit, attamen ſub feudi aliena
prohibitâ intelligi non poteſt hypo
conſtitutio,cùm in feudis ea tantùm p

bita ſit alienatio, per quã rei feudalis poſſeſſio, ac reditus à vaſallo ad alium transfertur, *d. Tit. 52.* ibi, ſua beneficia paſſim diſtrahere, & *Tit. 55. in princ. §. callidis inſuper*, ibi, feudum vendunt, & in alios transferunt, *l. 2. Feud.* cujuſmodi alienatio non eſt in feudis ipſa hypothecæ conſtitutio, ut antea docui.

Adhæc negocium hîc nobis facit nullum, 11
quòd hypothecæ conſtitutio Ius reale creditori adfert in re hypothecatâ, actionem ſcil: hypothecariam, quæ eſt in rem actio, *§. item ſerviana, ubi Dd. Inſt. de action.* Non enim confeſtim hæc actio cõpetit ex hypothecæ conſtitutione, ſed demùm ceſſante ſolutione, *l. quamdiu 6. C. de diſtract. pign. & l. 2. in fin. C. ſi unus ex plurib. hered. cred. vel debit. partem ſuam debiti ſolverit.* Sic vaſallus non confeſtim ex ipsâ venditione, ſed traditione demùm ſecutâ venditionem, feudum amittit, *d. Tit. 55. in princ. verſ. callidis*, ibi, feudum vendunt, & in alios transferunt.

Denique nihil auxilij adfert contrariæ opi- 12
nioni quòd per hypothecæ conſtitutionem devenitur tandem ad rei diſtractionem, & poſſeſſionis translationem, non ſequutâ ſcil: ſolutione crediti, prohibito a. aliquo, cenſetur quoq; prohibitũ, per quod ad illud pervenitur, *l. oratio 16. ff. de ſponſal. c. nã concupiſcentiã,*

Extr.

Extr. de conſtitutionib. Et tradunt Dd. quos ſequitur Tiraquell. *de legib. connubial. gl. 5. n. 186.* Decian. *reſp. 9. n. 8. & reſp. 76. num. ult. vol. 2. & reſp. 91. num. 25. vol. 3. &* Menoch. *conſ. 116. num. 16.* quos item citat Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 14. num. 8. ubi in addit. ad lit. E.* Etſi enim per hypothecæ conſtitutionem pervenire poſſit creditor vaſalli ad venditionem feudi, *Tot. tit. ff. de diſtract pign. & hypoth. & l. 2. C. eod.* attamen haud ſequitur inde, quòd ex ipsâ hypothecæ conſtitutione neceſſariò ſequatur hypothecæ diſtractio: cùm debitor ſatisfacere poſſit creditori, & ſolutionem ei tempore ſolutioni præfinito præſtare.

Quòd ſi vaſallus non liberet feudalia ſua prædia à nexu hypothecæ, ſed ea à creditore diſtrahi patiatur, non immeritò feudum eius in commiſſum cadit, per text. *in d. Tit. 55. in princ. verſ. callidis*, ibi, feudum vendunt, & in alios transferunt, *lib. 2. Feud.*

13 Quæritur item de precarij in feudo conceſſione, an & illa ſub prohibitæ alienationis ſpeciebus contineatur? Precarium eſt conventio, quâ res precibus roganti gratis utenda conceditur, nullo utendi fine aut modo præſcripto, *l. 1. in princ. & §. 1. l. 3. §. 2. ff. de precario.* Precarium autem prohibitæ in feu-

do aliena-

do alienationis ſpeciebus accenſet Conrad. Rittersh. *lib. 2. partit. feudal. cap. 3. num. 17. & num. 49.* Plerique verò alij communiter precarium huius alienationis ſpeciem eſſe negant, quos refert & ſequitur Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 1. num. 35. verſ. ſequitur vaſallum, & num. 38.* Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 12. num. 6. & ibi in additionibus ſub lit. G.* Atque horum communem ſententiam juri conſonam eſſe planè puto, ſive precaria poſſeſſio ſit rogata, & in accipientem tranſlata, de quo precario eſt textus in *l. 2. §. ult. l. 4. §. ult. l. Et habet, 15. §. eum qui, & l. qui precario, 17. ff. de precario.* ſive non poſſeſſio, ſed uſus tantùm rei precariò ſit datus, ut in *d. l. 1. in princ. & d. l. 2. in fin.* ibi, poſſidere aut uti liceat. Qui enim rem precariò dat, non alienat eam, cùm ipſam revocare pro arbitrio ſuo poſſit confeſtim, etiam intempeſtivè, & importunè, *d. l. 1. in princ. & § 2. d. l. 2. §. 2. ff. de precario.* etiamſi conventum ſit, ut precariò accipiens ad certum uſque tempus utatur re precariò conceſsâ, *l. cum precario 12. ff. d. t.* Cùm ergò conceſſio precaria in feudo per vaſallum facta, nullum incommodum adferat domino, non poteſt ea prohibitæ alienationis ſpeciebns connumerari.

14 Non impedit hanc de precario ſe
tiam, quòd poſſeſſio precaria tranſit à
cedente ad accipientem, ut arguunt
in hanc concluſionem antea citati; Al
tio autem quâ feudi poſſeſſio ad alium
fertur, ſive alii traditur abſque domini
ſenſu, efficit, ut feudo ſuo vaſallus priv
quemadmodum ſupra docui ex *d. Tit.*
princ. verſ. callidis, ibi, feudum vendunt
alios transferunt, *lib. 2. Feud.* & commu
ſentiunt ita Feudiſtæ, quos magno nu
recenſent Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 1. nu*
& Henric. à Roſenth. *d. cap. 9. membr. 1.*
12. in addit. ſub lit. C. Quod enim de po
ſionis feudalis translatione hîc dicitur, i
ligendum eſt de eâ ſolùm, quæ hoc fit
mo, ut concedens eam ab inuito accipi
revocare nequeat. Sed eiuſmodi no
poſſeſſio precaria, cùm ea quovis temp
etiam confeſtim revocari poſſit, ut a
oſtendi.

15 Nihil quoq; moratur pronunciatum
de precariâ poſſeſſione, quòd is, qui
precariò habet, uti frui ipsâ poteſt, *l. 1. in pr*
ibi, utendum conceditur, *& l. 2. in fin.*
aut uti liceat, *l. quaſi cum 8 §. ex hoc interdict*
in fin. ibi, Et fructus ex die interdicti ec
præſtabuntur. *l. Et habet, 15. in princ.* ibi,

ſtro utatur. *ff. de precario.* Vſus enim ille precarius nihil iuris aufert vaſallo, cùm ipſe eum revocare quovis tempore poſſit, ut ſuprà dixi.

De conſtituto ſimiliter dubitatio movetur, an ſpecies prohibitæ alienationis in feudo iure dici poſſit? Loquor autem de conſtituto non eo, de quo agitur ſub titulo *ff. & Cod. de conſtitut. pecun.* Sed de poſſeſſorio conſtituto, ut cum quis prædium aliquod cuidam vendit, donat, vel aliter concedit hâc lege, ut ipſemet concedens poſſideat illud, non tamen ſuo, ſed nomine illius, cui iſthæc conceſſio facta fuit, Tiraquell. *libr. ſingul. de conſtit. poſſeſſor. part. 1. numer. 1.* Hoc Ius de conſtituto poſſeſſorio fundamentum habere dicitur in *l. quod meo nomine, 18. in princ. ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* eſtque uſu receptum quamvis Giphanius *in comm. de diviſione Iuris, num. 99. & ad d. l. quod meo 18. ff. de adq. vel amitt. poſſ. & ad l. abſente, 10. ff. de donat.* figmentum illud eſſe, & Gloſſatorum commentum ſcribat. 16

Sunt autem, qui exiſtimant, quòd vaſallus feudum ſuum abſque domini conſenſu per conſtitutum impunè alienare poſſit, his potiſſimùm rationibus moti, quòd per conſtitutum non verè & realiter, ſed fictè poſſeſſio alii tradatur. Quodq; per actum nullum,

qualis etiam ſit alienatio per conſtitutum
cta, poſſeſſio reverâ non tranſeat ad a
pientem. Quòd item lex pœnalis non p
ſit verificari in caſu ficto. Ita ſentiunt p
alios, quos referunt Bartholomæ. Came
in repetitione legis Imperialem, de prohibit. f
alien. per Frider. pag. 52. verſ. contrariam
Schrad. *item tr. feud. part. 9. cap. 1. num.*
& ſeqq.

At plerique contrariam amplectun
ſententiam, ut agnoſcit Molinæus *in conſ*
tud. Pariſ. Tit. 1. §. 13. gl. 5. num. 4. Tùm et
Bartholom. Camerar. *in d. l. imperialem, pag*
in princ. ut & Iul. Clar. *lib. 4. ſentent. §.*
dum, quæſt. 31. num. 4. Probat eandem opin
nem Curt. Iun. *tr. feud. part. 4. num. 111.*
confirmatur hæc opinio, mihi pag. 427. Za
tr. feud. part. 10. num. 8. Vulteius *libr. 1. de f*
cap. 11. num. 42. in fin. Ioann. Borcholt *in co*
in conſuet. feud. cap. 8. num. 81. Rittersh. *in*
tit. feud. lib. 2. cap. 3. num. 50. in fin. & alij q
citat Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. me*
1. con. 12. in addit. ſub lit. D. Et huic opini
aſſenſum meum accommodare, nihil
bito.

17 Nam qui per conſtitutum alij feud
concedit, is deſinit poſſidere, & alium p
ſeſſorem ſuo miniſterio facit, hoc eſt alie

non ſuo nomine poſſidere incipit, *d. l. quod meo 18. in princ. ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* Id quod etiam contingit in eo, qui fundum ſuum abſenti per epiſtolam donat, & eundem fundum conductionis titulo ſibi retinet, *l. quædam 77. ff. de rei vindic.* Qui enim ex locatione conductione fundum tenet, is non poſſidet, cùm non ſuo, ſed alieno poſſideat nomine, *§. poſſidere autem, Inſtit. de interdict. l. officium 9. ff. de rei vind.* Cùm ergò conſtituens deſinat poſſidere feudum, reverà illud alienaſſe, & in alium veram poſſeſſionem eius tranſtuliſſe dicitur, per ea quæ tradunt Dd. quos citat Tiraquell. *d. tr. de iure conſtit. poſſeſſ. part. 2. ampliat. 1. n. 2. & 3.*

18 Quin etiam per traditam in conſtituto poſſeſſionem, ipſumquoq; dominium ad accipientem conſtitutarium tranſit, ut alios ſequutus, rectè docet Tiraquell. *d. tr. part. 2. ampliat 8.* & tuetur hoc pronunciatum *text. in d. l. quædam, 77.* ibi, poſſe defendi in rem competere, *ff. de rei vind.* Qui autem poſſidet, & quidem Iure domini poſſidet, ad eum quoque fructus rei pertinent, *l. Fulcinius 7. §. vlt. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur. l. Titia. 48. ff. de ſolut.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 100. num. 13. & ſeq.* Hinc ergò rectè concluditur, conſtitu-

ſtitutum poſſeſſorium in feudis veram
alienationis prohibitæ ſpeciem.

19 Quæ concluſio & hoc à comparatis
batur argumento: pignoris datio in f
iure prohibetur, ut ſuprà oſtendi ex *ti*
princ.lib.2.Feud. Ergò multò magis conſ
tum poſſeſſorium in feudis prohib
cenſeri debet, cùm per hoc (ut di
poſſeſſio, & dominium in conſtituta
tranſeat; per pignoris verò dationem
poſſeſſio ad creditorem transferatur,
dominium, *l.ſi rem.9.§.propriè, l.cum &*
tis.35.§.1.& l.debitor.40.§.ult.ff.de.pign.act.
l.3.§.ult.ff.ad exibend.& l.ſervi 16.ff.de u

20 Adhæc vaſallus, qui abſque domini
ſenſu feudum ſuum vendit, contem
dominum dicitur, & propter hunc
temptum feudo ſuo privatur, *Tit.24.*
in fin. lib.2.Feud. ſed vaſallus qui abſqu
mini præſcitu per conſtitutum poſſeſſo
alii feudum ſuum concedit, non minus
minum contemnit, quàm qui illud ab
domini conſenſu vendit: quippe cù
vendito feudo, ſic & feudo per con
tum alienato, vaſallus deſinat eſſe ido
ad præſtanda domino ſervitia; cùm &
ſeſſionem & dominium atque ita re
feudi ad alium transferat.

A

Adhæc quæ ratio eſt prohibitæ aliena- 21
tionis feudi per libellarium contractum, fraus ſcil: & deceptio domini, *Tit.9.§.donare, lib.2. Feud.* eadem quoque eſt ratio alienationis per conſtitutum poſſeſſorium. Nam ut in libellario contractu in domini fraudem velatur venditio, quaſi ea facta non ſit, cùm ſub viliſſimâ duorum denariorum penſione feudum alii utendum datur: Sic etiam poſſeſſorio conſtituto in fraudem domini alienatio vera tegitur fictâ poſſeſſionis retentione. Quemadmodum ergò libellarius contractus, ſic & conſtitutum poſſeſſorium in feudis ſpecies eſt alienationis prohibitæ.

Nihil huic officiunt concluſioni argu- 22
menta opinionis contrariæ, quorum unum hoc eſt: Conſtitutum poſſeſſorium in feudo ipſo Iure nullum eſt: Ergò nulla quoque eſt traditio feudi per conſtitutum poſſeſſorium facta: cùm ergò retinuerit vaſallus veram poſſeſſionem feudi, haud dici poteſt, quòd alienaverit feudum.

Hoc argumentum poſt alios adducunt quoq; Bartholom. Camerar. in *d. l. imperialem, Tit. de prohib. feud. alien. per Frid. pag. 59. §. quid ergò dicemus*, Molinæus *ad conſuet. Paris. Tit. 1. §. 13. gl. 5. num. 4. & 5.* Ludolph.

Schrad. *tr. de feud. part. 9. cap. 1. num. 35*
huic argumento nihil planè deferen
iudico, Tùm quia licet reſpectu dom
nullum conſtitutum, non tamen om
eſt nullum; ſiquidem conſtitutario
honâ fide feudum acceperit, com
adverſus vaſallum conſtituentem act
ipſo contractu nata, *d. Tit. 55. in princ*
unde Imperator, ibi, emptori bonæ fid
empto actione de precio contra ven
rem competente, *lib. 2. Feud.* Tùm
quia licet venditio & traditiò feudi
domino facta, ſit nulla, attamen ex
ſallus feudo privatur, *d. tit. 52. verſ.*
verò, & d. Tit. 55. in princ. verſ. habito er
verſ. nos autem, ibi, quia ab initio de Iur
valuit, *lib. eodem.*

23 Non impedit etiam pronunciatum
ſtrum ratio hæc, quòd per conſtitu
poſſeſſionis traditio non vera fiat, ſ
cta tantùm; cùm feudum non realit
verè tradatur accipienti, ſed pro tradi
lùm habeatur, *l. 1. §. ſi iuſſerim 21.* ibi
pro traditis eas haberi, & *d. l. quod me*
princ. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. & l. quâ
ne, 9. §. interdum, ff. de adquir. rer. dom. d.
dam, 77. ff. de rei vind. Tiraquell. *tr.*
conſtit. poſſeſſ. part. 1. num. 1. & part. 2. an
1. 1

1.num. 1. Schrad. *tract. feud. part. 9. cap. 1. num. 33.* Etſi enim fictus ille ſit modus tradendi rem, attamen veram rei poſſeſſionem in accipientem transfert, *d. l. quadam 77.ff. de rei vind. d. l. quod meo 18. in princ. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. l. quiſquis, 28. & l. ſi quis 35. § ſed ſiquidem. C. de donat.* Tiraquell. *de iure conſtit. poſſ. part. 2. ampliat. 1. num* 2 Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 14. num. 25. pag. 410.* Iul. Clar. *lib. 4 ſentent. §. feudum, quæſt. 31. num. 4.* Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 1. num. 33. vers. eam ob cauſam.* Cùm ergò vaſallus feudum amittat per veram eius alienationem, hoc eſt poſſeſſionis translationem, *d. Tit. 55. in princ. vers. callidis,* ibi, feudum vendunt, in alios transferunt, *lib. 2. Feud.* conſequens ei eſt, quòd & per conſtitutum abſque domini conſenſu factum, privetur ipſo feudo.

Denique obſtaculum enunciato huic noſtro parit nullum, quòd quidam dicunt, pœnalem conſtitutionem non procedere in traditione fictâ, ut volunt, quos citat Tiraquell. *d. tr. de iure conſtit. poſſ. part. 3. limitat. 26. num 1.* Hæc enim opinio nullâ certâ iuris ratione nititur. Etſi enim in pœnis benigniorem ſententiam ſequi debeamus, id tamen ſolùm in caſu dubio obtinet, quia autem placitis feudorum expreſſè deciſum, 24

ut amittat vaſallus feudum, ſi illud alienando in alium transferat, *d. Tit. 52. in princ.* ibi, paſſim diſtrahere, item ibi, ſine permiſſione diſtrahere, *& d. Tit. 55. in princ. verſ. callidis*, ibi, feudum vendunt, & in alios transferunt, *lib. 2. Feud.* Et per conſtitutum poſſeſſorium, ut poſſeſſio, ſic & dominium tranſferatur ad alium, & vaſallus ſuo nomine poſſidere feudum deſinat, & nomine alieno ſaltem detineat feudum, conſequens ei eſt, hoc quoque modo vaſallum amittere feudum.

Sunt tamen qui putant, licet concluſio hæc iuri planè conſona ſit, æquius tamen eſſe, ut vaſallus conſtituto poſſeſſorio non perdat feudum, ita ſentit Iul. Clar. *d. lib. 4. ſentent. §. feudum, quæſt. 31. num. 4.* Verùm æquitatis rationem hîc ego cernere poſſum nullam, cùm iniquum quod eſt, æquum dici nequaquam poſſit. Eſt autem iniquum ſiquidem contra feudorum placita, ut inſcio feudi domino per conſtitutum poſſeſſorium vaſallus feudum ſuum alienet, ſicuti aliquot argumentis anteà docui, non ergò æquum videri poteſt.

25 Quæritur etiam de compromiſſo partium litigantium, an ſpecies ſit prohibitæ alienationis in feudis. Compromiſſum eſt

mutua

mutua promiſſio litigantium de eo facta, ut ipſorum controverſia vni aut pluribus nominatis, qui arbitri vocantur, decidenda committatur, ipſiq́ue eorundem ſententiæ ſub pœnâ certâ pareant, *l. litigatores 11. §. 1. & ſeqq. l. item ſi unus, 17. §. ſi in duos, 5. l. diem, 27. §. ult. ff. de recept. arbitr.*

Sed dubitatur an vaſallus abſque domini conſenſu de feudo ſuo, cuius nomine ipſi controverſia mouetur, in arbitros cum adverſario ſuo compromittere poſſit; An verò ab ipſo compromiſſo, ut alienationis prohibitæ ſpecie abſtinere iubeatur? Quidam prius affirmant, ut Curt. Iun. *de feud. part. 4. in ultimâ causâ privationis feudi, Reg. 1. quæſt. 8.* & alii, quos citat, & ſequitur Nicol. Mozz. *tr. feud. cap. de naturalib. feudor. numer. 75.* Tùm etiam Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 22. in addit. ſub lit.* E. Aliquibus verò poſterius placet, quòd vaſallus de feudi controverſiâ ſine conſenſu domini in arbitros compromittere non poſſit, ita ſentiunt quos citant & ſequuntur, Ioann. Borch. *in comment. in conſuet. feud. cap. 8. num. 45.* & Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 22. in addit. ſub lit. H.*

Atque horum opinioni ſubſcribere nihil dubito. Tùm quia alienare qui prohibetur, is nec compromittere in arbitros poteſt

c. cum

c. cum tempore, ubi Panorm. *num. 3. Extr. d arbitr.* Tùm etiam quia vaſallus nullo mo do abſque domini conſenſu quid agere po teſt, quo feudo ſuo exuatur, *d. Tit. 52. § hor tatu itaque, & d. Tit. 55. in princ. verſ. habito er gò. lib. 2. Feud.* Tùm poſtremò quia ſenten tia hæc magis eſt communis, ut ex Socin refert Iul. Clar. *lib. 4. ſentent. § feudum. quaſt 39.* quem ſequitur Ioann. Borcholt. *d. cap. 8 num. 45.*

26 Sed huic concluſioni adverſari magno perè, & contrariam defenſare videntur o pinionem text. in *Tit. 15. in princ. verſ. è contra* ibi, potius apud iudicem vel arbitrum, i *Tit. 34. §. 1.* ibi, coram iudice vel arbitro finia tur, & in *Tit. 46. in princ.* ibi, coram iudice ve arbitro finiatur, *lib. 2. Feud.* Verùm reſpon deri poteſt primò, quòd textus illi exaudir debeant de compromiſſo in arbitros ex do mini permiſſu, ut ſentit Laudens. *ad. d. Tit 15. num. 5. Tit. de inveſtit. in marit. factâ lib. eod Feud.* quem ſequitur Henric. à Roſentha *d. cap. 9. membr. 1. concl. 22. num. ult.* Deinde & illud reſponderi poteſt, quòd adducti ill textus intelligendi ſint de Iure feudorum veteri, quod correctum eſt per conſtitutio nem Lotharii & Friderici Impp. in *d. Tit. 52 & d. Tit. 55. lib. 2. Feud.* Ioann. Borcholt *d. cap 8. num. 45*

l. num. 45. Henric. à Roſenth. *d. cap. 9. membr. concl. 22. num. ult.* Conrad. Rittersh. *libr. 2. partit. feud. cap. 2. num. 19.*

Antequam tamen vaſallus ex compromiſſo, & ſubſecuto laudo feudum adverſario ſuo tradat, non committitur feudum, cùm ad feudi amiſſionem ob alienationem requiratur, ut poſſeſſionis traditio, & translatio facta ſit, *d. Tit. 52. in princ. verſ. hortatu*, ibi, ſine ipſorum permiſſione diſtrahere, *& d. tit. 55. in princ. verſ. callidis*, ibi, feudum vendunt, & in alios transferunt, *lib. 2. Feud.*

Prædictis tamen, quæ de compromiſſo 27
dixi, adverſari adhuc videtur, quòd vaſallus controverſiam de feudo motam iudicis cognitioni licitè committere poteſt, & quod de Iudice dicitur, idem quoque de arbitro ſimul diſponitur in locis ſupra adductis. Sed alia eſt ratio Iudicis, alia arbitri. Iudex Iuris authoritate conſtituitur, arbiter ex conſenſu litigantium: à Iudicis ſententiâ appellari poteſt, non autem ab arbitri ſententiâ. *l. 1. C. de arbitr. l. non diſtinguemus 32. §. cum quidam 14. & d. l diem, 27. § ſtari autem. 2. ff. de recept. arbitr. & l. ult. §. ult. C. de tempor. appellat.*

CAP.

CAP. II.

De feudi Alienatione Jure permiſſâ.

SUMMARIA.

1. Vaſallus licitè alienat feudum ſuum per ſubinfeudationem.

2.3.4.5 6.7.8.9.10. & 11 Proponuntur & diſſolvuntur argumenta quibus veriſimiliter probatur ſubinfeudationem non eſſe permiſſam vaſallo.

12.15. & 18. Subinfeudatio his tribus ſub conditionibus tributa eſt vaſallo, ſcil. ut fiat ſynçerè & abſque fraude, ut eiusdem qualitatis perſonæ, & ſub iiſdem legibus & pactis, quibus ipſe vaſallus accepit, fiat.

13. Subinfeudatio interveniente precio facta, conſtituit vaſallum in fraude, & pro venditione habetur. Quid ſi precium datum ſit exiguum? num. 14.

16. & 17. Sitné licitum Duci, Marchoni, Comiti de univerſo Ducatu, Marchionatus, Comitatus feudo ſuo, aut eius quotâ parte alium ſubinveſtire, abſque Imperatoris conſenſu?

19. Vaſallus ſubinveſtiens aliquem de feudo ſuo ſimpliciter, in dubio præſumitur eâdem lege & qualitate illud concedere, quâ ipſe ea accepit.

20. & 21. Vaſallus feudum ſuum pro maſculis dumtaxat acceptum, per ſubinfeudationem alii pro maſcu-

maſculis & fœminis concedere nequit.

22. Vaſallus ſubinfeudare poteſt ſub maiori ſervitio, quàm quo ipſe feudum accepit

23. Subinveſtitio aliâ & diverſâ lege quàm ipſa principalis inveſtitio facta, an ſit nulla?

24. 25. & 26. Subinfeudatio quouſque progredi poſſit?

27. Eccleſiæ Vaſallus feudum ſuum Eccleſiaſticum abſque domini conſenſu alii per ſubinfeudationem concedere poteſt.

28. 29. & 30. Reſponſio ad tres obiectiones.

31. Vtrùm vaſallus laicus feudum ſuum decimale abſque Prælati conſenſu per ſubinfeudationem alii dare poſſit?

32. Intellectus c. prohibemus, Extr. de decimis.

33. 34. & 35. Num Vaſallus ſubinveſtire poſſit alium de feudo ſuo, quod in curte domini habet? Item, Quid C V R T I S appellatione ſignificetur.

36 & 37. Feudum cum pacto de non alienando conceſſum, an per ſubinfeudationem alii concedi poſſit?

38. & 39. Quid Iuris per ſubinfeudationem in vaſallum ſubinfeudatum tranſeat?

40. An Vaſallus ſubinveſtiens alium de ſuo feudo, aliquam in eo retineat poſſeſſionem? Quid ſentiendum de dominio? num. 41.

42. 43. 44. & 45. Vtrùm ſubvaſallus etiam ſuperioris domini, vel tantùm ſui immediati domini ſit vaſallus?

46. & 47. Refutatio argumentorum Menochii.

48. 52. 53. 54. & 55. Subvaſallus alienare ſuum intendens ſubfeudum, explorare debet & ſuperioris & immediati domini conſenſum. Limita ut in num 73. 74. & 75.

49. 50.

49. 50. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. & 72. Recenſentur & diluuntur Hartmanni Piſtoris argumenta & rationes quæ infirmare videntur præcedentem concluſionem.

76. Quid Iuris ſi ſuperior ſive directus feudi dominus abſit, & brevi reverſurus non ſit, numquid exſpectandus erit abſentis domini conſenſus?

77. & 78. Vtrùm finito ſubinfeudantis iure, finiatur quoque ſubinfeudati vaſalli Ius?

79. & 80. Conciliatio textus in Tit. 4. §. ult. lib. 1. Feud. cum textu in Tit. 9. §. ſi autem diſſentiente, lib. 2. Feud.

81. Reiicitur iudicium Hartmanni Piſtoris de prædictis duobus textibus.

82. 83. 84. 85. 86. 87. & 88. Proponuntur & refutantur rationes eiusdem Piſtoris, quibus defendere conatur, ſubfeudum mortuo vaſallo ſubinfeudante liberè reverti ad dominum, etiam in caſu, quo ſubvaſallus paratus eſt ſervire domino.

89. Vtrùm reſoluto Iure feudi ex culpâ vaſalli ſubinfeudantis, reſolvatur etiam Ius ſubinfeudati vaſalli?

90. Reiicitur ſiniſtra interpretatio textus in Tit. 9. §. ſi autem diſſentiente, lib. 2. Feud.

91. Feudo paterno ob mortem vel culpam vaſalli finito, potior cauſa eſt agnatorum, feudi huius ſucceſſorum.

92. & 93. Declaratur hæc ſententia exemplo uſufructuarii & creditoris, qui rem pignoratam alii dat pignori.

94. Textus in Tit. 9. verſ. eo excepto, lib. 2. Feud. intelligendus eſt de caſu, quo vaſallus ſubinfeudans ſucceſſores feudi non reliquit.

95. Mortuo vaſallo ſubinfeudante relictis filiis, ſub-

ſubfeudum revertitur ad filios, nec apud ſubvaſallum remanet.

96. Vaſallus filiis ſuis ſubinfeudando præiudicare non poteſt. Limitatur num. 97. 101. & 102.

98. Sicuti ſubinfeudatio, ita & refutatio feudi placitis feudorum permiſſa eſt.

99. Definitur refutatio feudi.

100. Refutatio an ſit alienatio feudi?

103. Vulteius refutationem feudi perperàm diducit in propriam & impropriam.

104. Refutatio rectius diſtribuitur in realem & perſonalem.

105. An refutatio in caſu dubio cenſeatur realis aut perſonalis facta.

106. & 107. Adponuntur realis & perſonalis refutationis exempla.

108 Si feudum paternum refutatum ſit reali refutatione agnatis conſentientibus, & de eo alius inveſtitus à domino, efficitur feudum novum. vide etiam in num. 168. Secus in perſonali refutatione, num. 169.

109. Cuinam vaſallus feudum ſuum refutare poſſit.

110. 113. 114. & 115. Vaſallum domino etiam invito refutare poſſe feudum demonſtratur per diſcuſſionem contrariorum.

111. & 112. Feudum non eſt contractus, ſed ipſa feudi inveſtitura innominatus eſt contractus.

116. Improbatur opinio illorum, qui tradunt feudum certi ſervitii invito domino refutari non poſſe. Item num. 159.

117. Satisfit argumento Felini.

118. An Feudum conditionatum, in quo electa eſt vaſalli induſtria, domino invito refutari poſſit?

148. & 157. Vtrùm vaſallus feudum ſuum ligium invito domino refutare poſſit?

149. 150. 151. 152. 153. & 154. An vaſallus ligius in orbe Romano alterius poſſit eſſe vaſallus?

155. Vaſallus ligius ut Iuriſdictioni ſolius domini feudalis cum omnibus ſuis bonis ſubiectus ſit, requiritur.

156. Vox LIGIVS totalem ſignificat ſubiectionem.

158. An Vaſallus refutare poſſit feudum francum?

160. & 161. Vaſallus poſſidens propria & impropria feuda, num in generali refutatione impropria quoque refutare intelligatur feuda?

162. & 163. Vaſallus ſubinveſtiens non poteſt refutare feudum in præiudicium ſubinfeudati.

164. & 165. Reſponſio ad duas obiectiones.

166. Feudum Eccleſiaſticum refutari non poteſt Capitulo.

167. Feudum decem aut viginti annis poſſeſſum refutari poteſt nullis reſtitutis fructibus.

168. & 169. Quis ſit effectus realis & perſonalis refutationis feudi.

170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. & 178. Si pater novum ſuum feudum domino refutet ſimpliciter, an filii eius mortuo patre refutatore in feudum refutatum ſuccedant?

179. 180. & 181. Refutatio trium argumentorum.

182. Vaſallus etiam poſt factam feudi refutationem domino debetur honorem, eumque offendere prohibetur.

183. Species alienationis feudi licitæ eſt etiam feudi diviſio. Vbi etiam qualiter fieri poſsit diviſio feudi.

184. 185. 186. & 187. Si plures feudi ſucceſſores feudum poſsidere velint indiviſum, utrùm omnes domino fidelitatem & ſervitia præſtare teneantur?

Schrad. *tr. de feud. part. 9. cap. 1. num. 35.* Sed huic argumento nihil planè deferendum iudico, Tùm quia licet reſpectu domini ſit nullum conſtitutum, non tamen omninò eſt nullum; ſiquidem conſtitutario, ſi is honâ fide feudum acceperit, competit adverſus vaſallum conſtituentem actio ex ipſo contractu nata, *d. Tit. 55. in princ. verſ. unde Imperator*, ibi, emptori bonæ fidei ex empto actione de precio contra venditorem competente, *lib. 2. Feud.* Tùm etiam quia licet venditio & traditiò feudi inſcio domino facta, ſit nulla, attamen ex eâ vaſallus feudo privatur, *d. tit. 52. verſ. ſi quis verò, & d. Tit. 55. in princ. verſ. habito ergò, & verſ. nos autem*, ibi, quia ab initio de Iure non valuit, *lib. eodem.*

23 Non impedit etiam pronunciatum noſtrum ratio hæc, quòd per conſtitutum poſſeſſionis traditio non vera fiat, ſed ficta tantùm; cùm feudum non realiter, & verè tradatur accipienti, ſed pro traditâ ſolùm habeatur, *l. 1. §. ſi iuſſerim 21.* ibi, nam pro traditis eas haberi, & *d. l. quod meo 18. in princ. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. & l. quâ ratione, 9. §. interdum, ff. de adquir. rer. dom. d. l. quadam, 77. ff. de rei vind.* Tiraquell. *tr. de Iur. conſtit. poſſeſſ. part. 1. num. 1. & part. 2. ampliat. 1. num. 1.*

1. num. 1. Schrad. *tract. feud. part. 9. cap. 1. num. 33.* Etſi enim fictus ille ſit modus tradendi rem, attamen veram rei poſſeſſionem in accipientem transfert, *d. l. quædam 77. ff. de rei vind. d. l. quod meo 18. in princ. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. l. quisquis, 28. & l. ſi quis 35. § ſed ſiquidem. C. de donat.* Tiraquell. *de iure conſtit. poſſ. part. 2. ampliat. 1. num* 2. Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 4. num. 25. pag. 410.* Iul. Clar. *lib. 4 ſentent. §. feudum, quæſt. 31. num. 4.* Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 1. num. 33. vers. eam ob cauſam.* Cùm ergò vaſallus feudum amittat per veram eius alienationem, hoc eſt poſſeſſionis translationem, *d. Tit. 55. in princ. vers. callidis,* ibi, feudum vendunt, in alios transferunt, *lib. 2. Feud.* conſequens ei eſt, quòd & per conſtitutum abſque domini conſenſu factum, privetur ipſo feudo.

Denique obſtaculum enunciato huic noſtro parit nullum, quòd quidam dicunt, pœnalem conſtitutionem non procedere in traditione fictâ, ut volunt, quos citat Tiraquell. *d. tr. de iure conſtit. poſſ. part. 3. limitat. 26. num 1.* Hæc enim opinio nullâ certâ iuris ratione nititur. Etſi enim in pœnis benigniorem ſententiam ſequi debeamus, id tamen ſolùm in caſu dubio obtinet, quia autem placitis feudorum expreſſè deciſum, 24

ut amittat vaſallus feudum, ſi illud alienando in alium transferat, *d.Tit. 52.in princ.* ibi, paſſim diſtrahere, item ibi, ſine permiſſione diſtrahere, *& d.Tit.55.in princ.vers, callidis,* ibi, feudum vendunt, & in alios transferunt, *lib.2.Feud.* Et per conſtitutum poſſeſſorium, ut poſſeſſio, ſic & dominium transferatur ad alium, & vaſallus ſuo nomine poſſidere feudum deſinat, & nomine alieno ſaltem detineat feudum, conſequens ei eſt, hoc quoque modo vaſallum amittere feudum.

Sunt tamen qui putant, licet concluſio hæc iuri planè conſona ſit, æquius tamen eſſe, ut vaſallus conſtituto poſſeſſorio non perdat feudum, ita ſentit Iul. Clar.*d. lib. 4. ſentent.§.feudum, quæſt. 31.num. 4.* Verùm æquitatis rationem hîc ego cernere poſſum nullam, cùm iniquum quod eſt, æquum dici nequaquam poſſit. Eſt autem iniquum ſiquidem contra feudorum placita, ut inſcio feudi domino per conſtitutum poſſeſſorium vaſallus feudum ſuum alienet, ſicuti aliquot argumentis anteà docui, non ergò æquum videri poteſt.

25 Quæritur etiam de compromiſſo partium litigantium, an ſpecies ſit prohibitæ alienationis in feudis. Compromiſſum eſt

mutua

mutua promiſſio litigantium de eo facta, ut ipſorum controverſia vni aut pluribus nominatis, qui arbitri vocantur, decidenda committatur, ipſique eorundem ſententiæ ſub pœnâ certâ pareant, *l. litigatores 11. §. 1. & ſeqq. l. item ſi unus, 17. §. ſi in duos, 5. l. diem, 27. §. ult. ff. de recept. arbitr.*

Sed dubitatur an vaſallus abſque domini conſenſu de feudo ſuo, cuius nomine ipſi controverſia mouetur, in arbitros cum adverſario ſuo compromittere poſſit; An verò ab ipſo compromiſſo, ut alienationis prohibitæ ſpecie abſtinere iubeatur? Quidam prius affirmant, ut Curt. Iun. *de feud. part. 4. in ultimâ causâ privationis feudi*, Reg. *1. quæſt. 8.* & alii, quos citat, & ſequitur Nicol. Mozz. *tr. feud. cap. de naturalib. feudor. numer. 75.* Tùm etiam Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 22. in addit. ſub lit.* E. Aliquibus verò poſterius placet, quòd vaſallus de feudi controverſiâ ſine conſenſu domini in arbitros compromittere non poſſit, ita ſentiunt quos citant & ſequuntur, Ioann. Borch. *in comment. in conſuet. feud. cap. 8. num. 45.* & Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 22. in addit. ſub lit. H.*

Atque horum opinioni ſubſcribere nihil dubito. Tùm quia alienare qui prohibetur, is nec compromittere in arbitros poteſt *c. cum*

c. cum tempore, ubi Panorm. *num. 3. Extr. de arbitr.* Tùm etiam quia vaſallus nullo modo abſque domini conſenſu quid agere poteſt, quo feudo ſuo exuatur, *d. Tit. 52. § hortatu itaque, & d. Tit. 55. in princ. verſ. habito ergò. lib. 2. Feud.* Tùm poſtremò quia ſententia hæc magis eſt communis, ut ex Socino refert Iul. Clar. *lib. 4. ſentent. § feudum. quæſt. 39.* quem ſequitur Ioann. Borcholt. *d. cap. 8. num. 45.*

26 Sed huic concluſioni adverſari magnoperè, & contrariam defenſare videntur opinionem text. in *Tit. 15. in princ. verſ. è contra*, ibi, potius apud iudicem vel arbitrum, in *Tit. 34. §. 1.* ibi, coram iudice vel arbitro finiatur, & in *Tit. 46. in princ.* ibi, coram iudice vel arbitro finiatur, *lib. 2. Feud.* Verùm reſponderi poteſt primò, quòd textus illi exaudiri debeant de compromiſſo in arbitros ex domini permiſſu, ut ſentit Laudens. *ad. d. Tit. 15. num. 5. Tit. de inveſtit. in marit. factâ lib. eod. Feud.* quem ſequitur Henric. à Roſenthal *d. cap. 9. membr. 1. concl. 22. num. ult.* Deindè & illud reſponderi poteſt, quòd adducti illi textus intelligendi ſint de Iure feudorum veteri, quod correctum eſt per conſtitutionem Lotharii & Friderici Impp. in *d. Tit. 52. & d. Tit. 55. lib. 2. Feud.* Ioann. Borcholt *d. cap. 8. num. 45.*

*l.num. 45.*Henric.à Roſenth.*d.cap.9.membr. uoncl. 22. nnm. ult.* Conrad. Rittersh. *libr. 2. partit.feud.cap. 2.num. 19.*

Antequam tamen vaſallus ex compromiſſo,& ſubſecuto laudo feudum adverſario ſuo tradat, non committitur feudum, cùm ad feudi amiſſionem ob alienationem requiratur, ut poſſeſſionis traditio, & translatio facta ſit, *d. Tit. 52. in princ.verſ.hortatu*,ibi, ſine ipſorum permiſſione diſtrahere, *& d.tit. 55.in princ. verſ. callidis*, ibi, feudum vendunt, & in alios transferunt, *lib. 2.Feud.*

Prædictis tamen, quæ de compromiſſo dixi, adverſari adhuc videtur, quòd vaſallus controverſiam de feudo motam iudicis cognitioni licitè committere poteſt, & quod de Iudice dicitur, idem quoque de arbitro ſimul diſponitur in locis ſupra adductis. Sed alia eſt ratio Iudicis, alia arbitri. Iudex Iuris authoritate conſtituitur, arbiter ex conſenſu litigantium : à Iudicis ſententiâ appellari poteſt, non autem ab arbitri ſententiâ. *l.1.C.de arbitr.l. non diſtinguemus 3 . §. cum quidam 14. & d.l diem, 27.§ ſtari autem. 2.ff.de recept. arbitr. & l.ult. §. ult. C. de tempor. appellat.* 27

CAP.

CAP. II.

De feudi Alienatione Jure permiſsâ.

SUMMARIA.

1. Vaſallus licitè alienat feudum ſuum per ſubinfeudationem.

2.3.4.5.6.7.8.9.10. & 11. Proponuntur & diſſolvuntur argumenta quibus veriſimiliter probatur ſubinfeudationem non eſſe permiſſam vaſallo.

12.15. & 18. Subinfeudatio his tribus ſub conditionibus tributa eſt vaſallo, ſcil. ut fiat ſyncerè & abſque fraude, ut eiusdem qualitatis perſonæ, & ſub iiſdem legibus & pactis, quibus ipſe vaſallus accepit, fiat.

13. Subinfeudatio interveniente precio facta, conſtituit vaſallum in fraude, & pro venditione habetur. Quid ſi precium datum ſit exiguum? num. 14.

16. & 17. Sitné licitum Duci, Marchoni, Comiti de univerſo Ducatu, Marchionatus, Comitatus feudo ſuo, aut eius quotâ parte alium ſubinveſtire, abſque Imperatoris conſenſu?

19. Vaſallus ſubinveſtiens aliquem de feudo ſuo ſimpliciter, in dubio præſumitur eâdem lege & qualitate illud concedere, quâ ipſe accepit.

20. & 21. Vaſallus feudum ſuum pro maſculis duntaxat acceptum, per ſubinfeudationem alii pro maſcu-

maſculis & fœminis concedere nequit.

22. Vaſallus ſubinfeudare poteſt ſub maiori ſervitio, quàm quo ipſe feudum accepit

23. Subinveſtitio aliâ & diverſâ lege quàm ipſa principalis inveſtitio facta, an ſit nulla?

24. 25. & 26. Subinfeudatio quouſque progredi poſſit?

27. Eccleſiæ Vaſallus feudum ſuum Eccleſiaſticum abſque domini conſenſu alii per ſubinfeudationem concedere poteſt.

28. 29. & 30. Reſponſio ad tres obiectiones.

31. Vtrùm vaſallus laicus feudum ſuum decimale abſque Prælati conſenſu per ſubinfeudationem alii dare poſſit?

32. Intellectus c. prohibemus, Extr. de decimis.

33. 34. & 35. Num Vaſallus ſubinveſtire poſſit alium de feudo ſuo, quod in curte domini habet? Item, Quid C V R T I S appellatione ſignificetur.

36 & 37. Feudum cum pacto de non alienando conceſſum, an per ſubinfeudationem alii concedi poſſit?

38. & 39. Quid Iuris per ſubinfeudationem in vaſallum ſubinfeudatum tranſeat?

40. An Vaſallus ſubinveſtiens alium de ſuo feudo, aliquam in eo retineat poſſeſſionem? Quid ſentiendum de dominio? num. 41.

42. 43. 44. & 45. Vtrùm ſubvaſallus etiam ſuperioris domini, vel tantùm ſui immediati domini ſit vaſallus?

46. & 47. Refutatio argumentorum Menochii.

48. 52. 53. 54. & 55. Subvaſallus alienare ſuum intendens ſubfeudum, explorare debet & ſuperioris & immediati domini conſenſum. Limita ut in num 73. 74. & 75.

ſubfeudum revertitur ad filios, nec apud ſubvaſallum remanet.

96. Vaſallus filiis ſuis ſubinfeudando præiudicare non poteſt. Limitatur num. 97. 101. & 102.

98. Sicuti ſubinfeudatio, ita & refutatio feudi placitis feudorum permiſſa eſt.

99. Definitur refutatio feudi.

100. Refutatio an ſit alienatio feudi?

103. Vulteius refutationem feudi perperàm diducit in propriam & impropriam.

104. Refutatio rectius diſtribuitur in realem & perſonalem.

105. An refutatio in caſu dubio cenſeatur realis aut perſonalis facta.

106. & 107. Adponuntur realis & perſonalis refutationis exempla.

108 Si feudum paternum refutatum ſit reali refutatione agnatis conſentientibus, & de eo alius inveſtitus à domino, efficitur feudum novum. vide etiam in num. 168. Secus in perſonali refutatione, num. 169.

109. Cuinam vaſallus feudum ſuum refutare poſſit?

110. 113. 114. & 115. Vaſallum domino etiam invito refutare poſſe feudum demonſtratur per diſcuſſionem contrariorum.

111. & 112. Feudum non eſt contractus, ſed ipſa feudi inveſtitura innominatus eſt contractus.

116. Improbatur opinio illorum, qui tradunt feudum certi ſervitii invito domino refutari non poſſe. Item num. 159.

117. Satisfit argumento Felini.

118. An Feudum conditionatum, in quo electa eſt vaſalli induſtria, domino invito refutari poſſit?

148. & 157. Vtrùm vaſallus feudum ſuum ligium invito domino refutare poſſit?

149. 150. 151. 152. 153. & 154. An vaſallus ligius in orbe Romano alterius poſſit eſſe vaſallus?

155. Vaſallus ligius ut Iurisdictioni ſolius domini feudalis cum omnibus ſuis bonis ſubiectus ſit, requiritur.

156. Vox LIGIVS totalem ſignificat ſubiectionem.

158. An Vaſallus refutare poſſit feudum francum?

160. & 161. Vaſallus poſſidens propria & impropria feuda, num in generali refutatione impropria quoque refutare intelligatur feuda?

162. & 163. Vaſallus ſubinveſtiens non poteſt refutare feudum in præiudicium ſubinfeudati.

164. & 165. Reſponſio ad duas obiectiones.

166. Feudum Eccleſiaſticum refutari non poteſt Capitulo.

167. Feudum decem aut viginti annis poſſeſſum refutari poteſt nullis reſtitutis fructibus.

168. & 169. Quis ſit effectus realis & perſonalis refutationis feudi.

170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. & 178. Si pater novum ſuum feudum domino refutet ſimpliciter, an filii eius mortuo patre refutatore in feudum refutatum ſuccedant?

179. 180. & 181. Refutatio trium argumentorum.

182. Vaſallus etiam poſt factam feudi refutationem domino debetur honorem, eumque offendere prohibetur.

183. Species alienationis feudi licitæ eſt etiam feudi diviſio. Vbi etiam qualiter fieri poſsit diviſio feudi.

184. 185. 186. & 187. Si plures feudi ſucceſſores feudum poſsidere velint indiviſum, utrùm omnes domino fidelitatem & ſervitia præſtare teneantur?

188. 189. & 190. Quando feudum inter plures ſucceſſores diviſum eſt, omnes quidem fidelitatem præſtare tenentur, ſed hoc per Procuratorem expedire poſſunt.

191. 192. 193. 194. 195. & 196. An feuda dignitatis dividi poſſint?

197. 198. 199. 200. & 201. Reiicitur Dd. interpretatio textus in Tit. 55. §. præterea Ducatus, lib. 2. Feud.

202. 203. 204. & 205. Tripliciter reſpondetur ad textum in Tit. 13. de alienat. feud. §. ult. lib. 1. Feud.

206. 207. 208. 209. & 210. Divino, Gentium, Canonico & Civili Iure, tum etiam moribus primogenituræ locum eſſe in dignitatum ſucceſsionibus dilucidè demonſtratur.

211. Conſuetudo generalis de dividendis Feudis maioribus à nonnullis allegata, nondum probata reperitur.

212. Primogenitus in feudum Regale ſuccedens, aliis filiis pro generis ſplendore & Principatus reditibus honeſtam vitæ ſuſtentationem aſsignare tenetur.

1. COgnitis pleriſque ſpeciebus alienationis feudi, diſpiciendum de feudi alienatione Iure permiſsâ. Primò autem permiſſum eſt vaſallo alienare feudum ſuum per ſubinfeudationem. Teſtantur enim feudorum placita, quòd ut olim, ſic & hodie vaſallus feudum ſuum, vel eius partem, etiam abſque domini conſenſu alii in feudum concedere poſſit, per text. *in Tit. 3. §.*

ſed

Digitized by Google

ſed etiam res, verſ. per feudum, ibi, per feudum tamen cuilibet dari poteſt, *Tit. 9. qualiter olim poterat feud. alien.* ibi, ſi verò vel totum vel partem volebat per feudum aliquem inveſtire, hoc licebat ei, *Tit. 26. ſi de feudo defuncti content. ſit inter dom. & agn. vaſ.* § *beneficium,* ibi, beneficium à vaſallo in feudum rectè dari poteſt. *Tit. 34. de lege Corradi,* §. *ſimiliter* ibi, in feudum tamen rectè dabit, & *Tit. 55. de probib. feudi alien. per Frid.* §. *inſuper, verſ. illud quoque,* ibi, ſi vaſallus de feudo ſuo alium vaſallum habuerit, *lib. 2. Feud.*

Sed huic pronunciato contradicit Franciſc. Hotoman. *in diſput. de feud. cap. 37.* eique obloquitur primò, quòd vaſallus feudum ſuum utendum fruendum alii concedere prohibetur, ut communiter ſentiunt Dd. quos magno numero collegit Henric. à Roſent. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 10. in addit. ſub lit. A.* ſed minus eſt, uſumfructum concedere, quàm feudum dare: Feudum enim ad heredes tranſit *Tit. 23. In quib. cauſ. feud. amitt.* §. *ult. verſ. uſusfructus verò* ibi, ut ad eum heredeſque ſuos, *lib. 2. Feud.* Vſusfructus verò non tranſit ad heredes, ſed morte fructuarii finitur, §. *finitur autem, Inſt. de uſufruct. l. 3.* §. *ult. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. l.* 2

corruptionem, 16. C. de uſufructu. Vnde concludendum videtur, quòd nec ſubinfeudatio permiſſa ſit vaſallo: ſiquidem cùm id quod minus eſt prohibeatur, etiam id quod maius eſt, prohibitum cenſeatur, per notiſſimam Logicorum regulam.

3 Verùm reſponderi poteſt ad hanc obiectionem, quòd argumentum à minore ad maius non procedit in his, quorum unum, putà maius ſpecialiter Iure permiſſum eſt, alterum verò nempè minus non ſimiliter eſt permiſſum, Euerhard. *in Topic. legal. in loco à minore ad maius num. 4.* Poteſt & illud reſponderi, quòd ratio ſit diverſa & alia in infeudatione, quàm conceſſione in uſumfructum. Subvaſallus qui per infeudationem poſſidet feudum, etiam ſuperiori domino ſervire tenetur vocante eum ad ſervitia domino ſubinfeudante, ut arguit text. *in Tit. 34. §. ſimiliter*, ibi, domino ſimiliter ſervire, ut & prior poſſit, *lib. 2. feud.* Et ſentiunt ita Dd quos citat, & ſequitur Henric. à Roſenth. *cap. 8. concl. 10. num. 5. & ibi. in addit. ſub lit. G. & num. 7. & 8.* Adhæc ſubvaſallus amittit etiam feudum, ſi dominum ſuperiorem offendert, *Tit. 55. § illud quoq; præcipimus. lib. 2. Feud.* Atqui nihil horum de fructuario in iure noſtro cautum reperitur.

Deni-

Digitized by Google

Denique vaſallus ſubinfeudans, domino ſuo in ſolidum ad ſervitia obligatus manet, proindeque nihil, aut parum domino priori decedere videtur, per text. *in d. Tit.* 24. §. *beneficium*, ibi, ſi nihil in fraudem legis fiat, *lib. 2. Feud.* Henr. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. memb. 1. concl. 43. num. 2.*

4 Secundò obſiſtere videtur pronunciato eidem, quòd prohibitâ alienatione, omnis quoque actus cenſetur prohibitus, per quem ius in alium transfertur, *l. 1. C. de fundo dotali*, cùm ergò feudi alienatio placitis feudorum prohibeatur, cenſetur quoque ſubinfeudatio prohibita, quippe quâ feudum à ſubinfeudante ad ſubinfeudatum tranſit.

5 Sed reſpondendum eſt, quòd regula *d. l. 1. C. de fund. dotal.* ideò officium ſuum hîc perdat, quòd nominatim, & expreſſè ſubinfeudatio placitis feudorum permiſſa eſt vaſallo, Quoties autem regula aliqua vitiatur iuris authoritate, toties officium ſuum perdit. *l. 1. ff. de reg. iur.* Sic in terminis ICtus Feudiſta *in d. Tit. 3. §. ſed etiam res, lib. 2. Feud.* regulam proponit hanc: Res, cuius alienatio prohibetur, nec per beneficium dari conceditur, at huius regulæ ibidem, *verſ. per feudum tamen*, exceptio ꝑponitur de ſubinfeu-

Digitized by Google

datione,his verbis: per feudum tamen cuilibet dari licet, ſcil: feudum.

6 Tertiò reclamare cenſetur pronunciato noſtro, quòd feudum potiſſimùm ob militiæ munus conceſſum intelligitur, *Tit. 19. in princ.* ibi, ſi quis ex militum ordine, *& §.1.* ibi,ſi quis miles, *Tit.21. in princ.* ibi, ut nemo miles, *& § 1.* ibi, ſi quis miles, *Tit. 22 in princ.* ibi, ut nemo miles, *& §.ult.* ibi, ut nemo miles. *Tit. 23. in princ.* ibi, ſi quis miles, *lib. 1. Feud. Tit. 21. & Tit. 26 §. beneficium*, ibi,dum tamen militi detur, *lib. 2. Feud.* Sed militiæ munus atque jus perſonæ cohæret, nec ad alium tranſire poteſt. *l. 3. §. ſi quid, 7. ff. de minorib.* Vnde ex ſententiâ Hotomanni inferendum videtur, integrum non eſſe vaſallo de feudo ſuo abſque domini conſenſu ſubinveſtire alium.

7 At reſpondendum, licet de militiâ Romanâ ita ſit cautum iure Civili, ſecus tamen eſſe Iure Feudorum Lombardico, quod in feudis ſequimur, ut disertè arguunt textus ſuprà adducti, & tradit Hartman. Piſtor. *lib 2. quæſt. Iur. quæſt. 44. num. 2. & 3.*

8 Quartò & illud non parum decerpere videtur eidem pronunciato, quòd domino feudi abſque vaſalli conſenſu non licet feudum eius alii in feudum concedere, *Tit. 22.*

quo

Digitized by Google

quo temp miles inveſtit. petere debeat. § *.ſi quis fecerit, lib. 2. Feud.* Vndè concludendum putat Hotomannus, quòd nec vaſallus feudum ſuum, vel eius partem abſque domini conſenſu alii in feudum concedere poſſit. Quam concluſionem iuuat, quòd relata ſunt dominus feudi, & vaſallus, & quod de uno ex relatis eſt diſpoſitum, de alio etiam cautum intelligitur, ut iuris textibus oſtendit Everhard. *in topic. legalib. in loco à correlativis, num. 2. 3. & ſeqq.*

Sed obſtaculum hoc ita removeri poteſt: 9
Argumentum à relatis non procedit, quando diſpar ratio eſt in utroque, Everhard. *dict. loco num. 7. in fin. & num. 8. vers. unde cum non ſit eadem ratio, & num 12. verſ. hoc tamen.* Vel quod idem eſt, quando alteri correlativorum ſupervenit cauſa, quæ non eſt in altero, Matth. Stephani *libr. 2. Topicor. Iuris, loco 31. num. ult.* Sed diſpar ratio eſt in alienatione feudi, quæ fit à domino, & feudi alienatione, quæ fit à vaſallo per ſubinfeudationem. Domini alienatio eò pertinet, ut vaſallo feudum, eiuſque ius auferatur, at ſubinfeudatione domino non aufertur ius, ei in feudo competens, nec per ſubinfeudationem vaſallus deſinit eſſe vaſallus, ut ex prædictis conſtat.

Digitized by Google

Quintò contra ſubinfeudationem abſq; domini conſenſu factam adducitur text. *in d. Tit. 55. §. callidis, lib. 2. Feud.* quo textu abrogari ius ſubinfeudationis arbitratur cōtra omniū ſententiam, & interpretationem, Hotoman. ibidem, *& in d. diſp. cap. 36.*

11 Sed quò minus admitti poſſit hæç opinatio, arguit apertè textus eiuſdem tituli, §. *illud quoque*, ubi Fridericus Imperator, ſi, ait, vaſallus de feudo ſuo alium vaſallum habuerit, unde intelligitur quòd ſubinfeudationis ius Imp. in uſu relictum, & ſalvum, non abrogatum voluerit. Nec admittendum, quòd locus ille ſit intelligendus de ſubinfeudatione, quæ fit ex conſenſu domini; tùm quia id nullo ibi verbo indicatur, tùm etiam quia eadem Friderici Conſtitutio in præcedenti §. *callidis*, non abrogat, ſed potius admittit ſubinfeudationem etiam eam, quæ fit abſque domini conſenſu. Eſt enim locus ille de prohibitâ feudi alienatione abſque domini conſenſu factâ, & oſtendit abſque domini conſenſu licitè fieri ſubinfeudationem, modò ea ſine colore, hoc eſt, ſine fraude fiat.

Confert huc, quòd Conſtitutio nova qualis eſt Friderici illa Conſtitutio extendenda non ſit in correctionem iuris veteris, niſi expreſſè, & nominatim abroget illud, per text. *in l. præcipimus 32. §. ult. C. de appellat*

appellat. & l. ſed & poſteriores 28. ff. de legib.

Quamvis autem vaſallus feudum ſuum, vel eius partem abſque domini conſenſu alii per infeudationem concedere poſſit, ius tamen illud tributum eſt vaſallo tribus ſub conditionibus. Vna eſt, ſi ſyncerè, & abſque fraude ſubinfeudatio fiat, *Tit. 9. in princ. verſ. ſi verò, & d. Tit. 26. §. beneficium. lib. 2. Feud.* 12

Fraus autem præſumitur, ſi ſubinfeudatio fiat precio interveniente, hoc eſt, ſi vaſallus pro ſubinfeudatione precium accipiat à ſubinfeudato, per text. *in d. Tit. 55. §. callidis*, ibi, qui precio accepto, quaſi ſub colore inveſtituræ, quam ſibi licere dicunt, feudum vendunt, *lib. 2. Feud.* Hartm. Piſtor. *lib. 2. quæſt. iur. quæſt. 44. num. 5.* & Henric. à Roſent. *tr. feud. cap. 9. memb. 1. con. 44. num. 2.* 13

Quidam tamen diſtinguunt inter precium palàm datum, & precium occultè datum, ac ſentiunt, occultè precio dato præſumi fraudem, non item ſi palàm ſit datum, ita ſentiunt Iacob. de Beluiſo *in Tit. 48. de capp. Corrad. §. præterea, &* ibidem Laudens. *num. 3.* tùm etiam Iacob. de Ardiz *ſub rubr. ſi de feudo detur in feudum, cap. 16. in princ.*

Verùm

Verùm reiectâ hâc diſtinctione, ſimpliciter & generaliter dicendum, ex precii datione præſumi fraudem. Tùm quia text, *in d. Tit. 55. §. callidis. lib. 2. Feud.* non diſtinguit inter modum dati precii. Tùm etiam, quia precii datio ſemper arguit venditionem feudi, quæ abſque domini conſenſu permiſſa non eſt vaſallo. Tùm poſtremò, quia licet vaſallus pro vendito feudo palàm precium accipiat, attamen amittit feudum, cùm placita feudorum de venditione feudi loquentia non diſtinguant, Atque hæc eſt communis opinio Dd. quos allegat Henric. à Roſenth, *d. concl. 44. in addit. ſub lit. B.*

14 Quid verò dicendum ſi datum pro ſubinfeudatione precium ſit exiguum, & minimum? Hîc ſentiunt Doctores quidam; non præſumi fraudem, ſi precium juſti valoris medietatem non excedat; ſecus verò ſi excedat. Ita Gloſſam in *d. Tit. 26. §. beneficium, lib. 2. Feud.* Gloſſam inquam, & alios ſequuti ſentiunt Petr. Iacob. Aurelianens. *in pract. libellorum, Rubr. 56. num. 8. verſ. Et fortè intelligetur fraus.* Weſemb. *de feud. cap. 11. num. 9. & conſ. 73. num. 6. & ſeqq.* Vulteius *tr. de feud. lib. 1. cap. 10. num. 82.* Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. memb. 1. concl. 44. num. 3.*

Verùm

Digitized by Google

Verùm quò minus comprobare poſſim eam opinionem, hæc movet me ratio, quòd etiam venditio facta minori precio, venditio reverá eſt, *l. ſi quis, 38, ff. de contrah. empt. & vendit.* Quodque venditio, licet medietatem juſti precii non attingat, jure ſubſiſtit, quàmvis venditor ad eam reſcindendam agere poſſit, *l. 2. C. de reſcind. vendit. c. 3. & c. pen. Extr. de empt. & vend.*

Confert & illud, quòd is, qui ſtudio, & liberè vendit, aut locat precio, vel mercede minori, donare intelligitur, *d. l. ſi quis, 38. ff. de contrah. empt. & vend. l. ſi quis conduxerit. 46. ff. locati.* Vaſallus autem etiam per donationem feudum ſuum alienare prohibetur, *Tit. 9 §. donare, lib. 2. Feud.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 30.*

Altera conditio, quę ad ſubinfeudationem deſideratur, hæc eſt: ut eiuſdem qualitatis perſonæ ſubinveſtitio fiat; id quod fit, ſi vaſallus ſit miles, & feudum ſuum ſimiliter militi in feudum dare intendat, *d. Tit. 26 §. beneficium, & Tit. 34. § ſimiliter. lib. 2. Feud.* Mynſing. *cent. 1. obſ. 62.* Eiusdem autem qualitatis, & conditionis intelligendus eſt, qui domino æqualiter ſervire poteſt, nec deſideratur, ut cum vaſallo ſubinveſtiente eiusdem ſit honoris, & dignitatis, per text. 15

in d.

Digitized by Google

Sed Baldi opinioni ſuffragari videtur textus feudales de ſubinfeudatione etiam totius feudi loquentes, ut qui generaliter concepti ſunt, nec ſpecialiter feudum Ducatus, Marchionatus, Comitatus excludunt in *d. Tit. 9. in princ. d. Tit. 16. §. beneficium, & Tit. 34. § ſimiliter, & § profectò lib 2 Feud.* Vnde dicendum videtur, quòd etiam de huiuſmodi feudo Regali toto, aut eius quotâ parte ſubinveſtitio fieri poſſit, modò tamẽ, ut dictum, eiusdem dignitatis, ac ordinis ſubvaſallus fuerit.

17 Verùm negativa mihi placitis feudorũ conſona videtur, tùm quia Ducatus, Marchia, Comitatus, iure feudorũ etiam inter fratres dividi prohibeantur *Tit. 55. §. praeterea Ducatus, lib. 2. Feud.* Vnde concludendum, quòd multò minus ab eorum poſſeſſore ad alium maximè extraneum tranſire poſſint. Tùm etiam quia titulata & regalia hæc feuda cumprimis ad honorem, ſplendorem, & vires totius Imperii pertinent, *Tit. 52. in princ. verſ. per multas enim, & Tit. 55. in princ. verſ. quapropter. lib. 2. Feud.* quæ loca potiſſimùm de Imperii feudis exaudienda ſunt. Vnde inferendum videtur, quòd nec per ſubinfeudationem abſque Imperatoris permiſſu hæc feuda ad alium ſint transferenda, maximè cùm

cùm ſubvaſallus per ſubinfeudationem non fiat Imperii, ſive Imperatoris, ſed ſubinfeudantis vaſallus, cui etiam ſervitia, & jusiurandum fidelitatis præſtare tenetur, non domino ſuperiori, niſi in ſubſidium, *d. Tit. 55. §. illud. vbi Feudiſta, lib. 2. Feud.* Et ſentiunt ita quos citat, & ſequitur Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 6. concl. 63. num. 1. cap. 8 concl. 10. num. 2. & ſeqq. & cap. 9. membr. 1. concl. 47. num. 1.*

Tertia conditio, ſub quâ feudorum iura vaſallo permittunt de feudo ſuo alium ſubinveſtire hæc eſt: ut ijſdem ſub legibus, ſive pactis, & qualitatibus ſubinfeudatio fiat, quib. ipſe ſubinfeudās vaſallus à ſuo domino accepit feudum, per text. *in d. Tit. 34. §. profectò, lib. 2. Feud.* Vbi Iuriſconſultus Feudiſta, profectò, ait, ille qui ſuum beneficium alii dat in feudum, non debet aliâ lege dare, niſi quâ ipſe habeat. Atque hanc regulam exemplo declarat ICtus de vaſallo, qui feudum habet pro ſe, & ſuis heredibus maſculis, ac ſcribit, quòd hic vaſallus feudum illud alii per ſubinfeudationem ita concedere non poſſit, ut ſubvaſallus feudum hoc pro ſe, & heredibus maſculis & fœminis habeat. Cui exemplo aliud etiam de ſervitiis feudalibus adponi poteſt. Si enim 12

datione,his verbis: per ſeudum tamen cuilibet dari licet, ſcil: feudum.

6 Tertiò reclamare cenſetur pronunciato noſtro, quòd feudum potiſſimùm ob militiæ munus conceſſum intelligitur, *Tit. 19. in princ.* ibi, ſi quis ex militum ordine, *& §.1.* ibi,ſi quis miles, *Tit.21. in princ.* ibi, ut nemo miles, *& § 1.* ibi, ſi quis miles,*Tit. 22 in princ.* ibi, ut nemo miles, *& §.ult.* ibi, ut nemo miles. *Tit.23.in princ.* ibi, ſi quis miles, *lib.1.Feud. Tit. 21. & Tit. 26 §.beneficium,* ibi,dum tamen militi detur, *lib.2.Feud.* Sed militiæ munus atque jus perſonæ cohæret, nec ad alium tranſire poteſt.*l.3.§.ſi quid,7.ff.de minorib.* Vnde ex ſententiâ Hotomanni inferendum videtur, integrum non eſſe vaſallo de feudo ſuo abſque domini conſenſu ſubinveſtire alium.

7 At reſpondendum, licet de militiâ Romanâ ita ſit cautum iure Civili, ſecus tamen eſſe Iure Feudorum Lombardico, quod in feudis ſequimur, ut diſertè arguunt textus ſuprà adducti, & tradit Hartman. Piſtor. *lib 2.quæſt.Iur.quæſt.44.num.2.& 3.*

8 Quartò & illud non parum decerpere videtur eidem pronunciato, quòd domino feudi abſque vaſalli conſenſu non licet feudum eius alii in feudum concedere; *Tit. 22.*

quo

Digitized by Google

quo temp miles inveſtit. petere debeat. § ſi quis fecerit, lib. 2. Feud. Vndè concludendum putat Hotomannus, quòd nec vaſallus feudum ſuum, vel eius partem abſque domini conſenſu alii in feudum concedere poſſit. Quam concluſionem iuuat, quòd relata ſunt dominus feudi, & vaſallus, & quod de uno ex relatis eſt diſpoſitum, de alio etiam cautum intelligitur, ut iuris textibus oſtendit Everhard. *in topic. legalib. in loco à correlatiuis, num. 2. 3. & ſeqq.*

9 Sed obſtaculum hoc ita removeri poteſt: Argumentum à relatis non procedit, quando diſpar ratio eſt in utroque, Everhard. *dict. loco num. 7. in fin. & num. 8. vers. unde cum non ſit eadem ratio, & num 12. verſ. hoc tamen.* Vel quod idem eſt, quando alteri correlativorum ſupervenit cauſa, quæ non eſt in altero, Matth. Stephani *libr. 2. Topicor. Iuris, loco 31. num. ult.* Sed diſpar ratio eſt in alienatione feudi, quæ fit à domino, & feudi alienatione, quæ fit à vaſallo per ſubinfeudationem. Domini alienatio eò pertinet, ut vaſallo feudum, eiuſque ius auferatur, at ſubinfeudatione domino non aufertur ius, ei in feudo competens, nec per ſubinfeudationem vaſallus deſinit eſſe vaſallus, ut ex prædictis conſtat.

Quintò contra ſubinfeudationem abſq; domini conſenſu factam adducitur text. *in d. Tit. 55. §. callidis, lib. 2. Feud.* quo textu abrogari ius ſubinfeudationis arbitratur cõtra omniũ ſententiam, & interpretationem, Hotoman. ibidem, *& in d. diſp. cap. 36.*

11 Sed quò minus admitti poſſit hæc opinatio, arguit apertè textus eiuſdem tituli, §. *illud quoque*, ubi Fridericus Imperator, ſi, ait, vaſallus de feudo ſuo alium vaſallum habuerit, unde intelligitur quòd ſubinfeudationis ius Imp. in uſu relictum, & ſalvum, non abrogatum voluerit. Nec admittendum, quòd locus ille ſit intelligendus de ſubinfeudatione, quæ fit ex conſenſu domini; tùm quia id nullo ibi verbo indicatur, tùm etiam quia eadem Friderici Conſtitutio in præcedenti §. *callidis*, non abrogat, ſed potius admittit ſubinfeudationem etiam eam, quæ fit abſque domini conſenſu. Eſt enim locus ille de prohibitâ feudi alienatione abſque domini conſenſu factâ, & oſtendit abſque domini conſenſu licitè fieri ſubinfeudationem, modò ea ſine colore, hoc eſt, ſine fraude fiat.

Confert huc, quòd Conſtitutio nova qualis eſt Friderici illa Conſtitutio extendenda non ſit in correctionem iuris veteris, niſi expreſſè, & nominatim abroget illud, per text. *in l. præcipimus 32. §. ult. C. de appellat*

Digitized by Google

appellat. & l. ſed & poſteriores 28. ff. de legib.

Quamvis autem vaſallus feudum ſuum, vel eius partem abſque domini conſenſu alii per infeudationem concedere poſſit, ius tamen illud tributum eſt vaſallo tribus ſub conditionibus. Vna eſt, ſi ſyncerè, & abſque fraude ſubinfeudatio fiat, *Tit. 9. in princ. verſ. ſi verò, & d. Tit. 26. §. beneficium. lib. 2. Feud.* 12

Fraus autem præſumitur, ſi ſubinfeudatio fiat precio interveniente, hoc eſt, ſi vaſallus pro ſubinfeudatione precium accipiat à ſubinfeudato, per text. *in d. Tit. 55. §. callidis*, ibi, qui precio accepto, quaſi ſub colore inveſtituræ, quam ſibi licere dicunt, feudum vendunt, *lib. 2. Feud.* Hartm. Piſtor. *lib. 2. quæſt. iur. quæſt. 44. num. 5.* & Henric. à Roſent. *tr. feud. cap. 9. memb. 1. con. 44. num. 2.* 13

Quidam tamen diſtinguunt inter pretium palàm datum, & precium occultè datum, ac ſentiunt, occultè precio dato præſumi fraudem, non item ſi palàm ſit datum, ita ſentiunt Iacob. de Beluiſo *in Tit. 48. de capp. Corrad. §. præterea, &* ibidem Laudens. *num. 3.* tùm etiam Iacob. de Ardiz *ſub rubr. ſi de feudo detur in feudum, cap. 16. in princ.*

Verùm

Verùm reiectâ hâc diſtinctione, ſimpliciter & generaliter dicendum, ex precii datione præſumi fraudem. Tùm quia text, *in d. Tit. 55. §. callidis. lib. 2. Feud.* non diſtinguit inter modum dati precii. Tùm etiam, quia precii datio ſemper arguit venditionem feudi, quæ abſque domini conſenſu permiſſa non eſt vaſallo. Tùm poſtremò, quia licet vaſallus pro vendito feudo palàm precium accipiat, attamen amittit feudum, cùm placita feudorum de venditione feudi loquentia non diſtinguant, Atque hæc eſt communis opinio Dd. quos allegat Henric. à Roſenth, *d. concl. 44. in addit. ſub lit. B.*

14 Quid verò dicendum ſi datum pro ſubinfeudatione precium ſit exiguum, & minimum? Hîc ſentiunt Doctores quidam; non præſumi fraudem, ſi precium juſti valoris medietatem non excedat; ſecus verò ſi excedat. Ita Gloſſam in *d. Tit. 26. §. beneficium, lib. 2. Feud.* Gloſſam inquam, & alios ſequuti ſentiunt Petr. Iacob. Aurelianens. *in pract. libellorum, Rubr. 56. num. 8. verſ. Et fortè intelligetur fraus.* Weſemb. *de feud. cap. 11. num. 9. & conſ. 73. num. 6. & ſeqq.* Vulteius *tr. de feud. lib. 1. cap. 10. num. 82.* Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. memb. 1. concl. 44. num. 3.*

Verùm

Verùm quò minus comprobare poſſim eam opinionem, hæc movet me ratio, quòd etiam venditio facta minori precio, venditio reverâ eſt, *l. ſi quis, 38. ff. de contrah. empt. & vendit.* Quodque venditio, licet medietatem juſti precii non attingat, jure ſubſiſtit, quàmvis venditor ad eam reſcindendam agere poſſit, *l. 2. C. de reſcind. vendit. c. 3. & c. pen. Extr de empt. & vend.*

Confert & illud, quòd is, qui ſtudio, & liberè vendit, aut locat precio, vel mercede minori, donare intelligitur, *d. l. ſi quis, 38. ff. de contrah. empt. & vend. l. ſi quis conduxerit. 46. ff. locati.* Vaſallus autem etiam per donationem feudum ſuum alienare prohibetur, *Tit. 9 §. donare, lib. 2. Feud.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 50.*

15 Altera conditio, quę ad ſubinfeudationem deſideratur, hæc eſt: ut eiuſdem qualitatis perſonæ ſubinveſtitio fiat; id quod fit, ſi vaſallus ſit miles, & feudum ſuum ſimiliter militi in feudum dare intendat, *d. Tit. 26 §. beneficium, & Tit. 34. §. ſimiliter. lib. 2. Feud.* Mynſing. *cent. 1. obſ. 62.* Eiusdem autem qualitatis, & conditionis intelligendus eſt, qui domino æqualiter ſervire poteſt, nec deſideratur, ut cum vaſallo ſubinveſtiente eiusdem ſit honoris, & dignitatis, per text.

in d.

Digitized by Google

in d. Tit. 34. §. ſimiliter, ibi, ut ſecunda perſona ſit talis, quæ feudo ſervire poſſit, item ibi, domino ſimiliter ſervire, ut prior poſſit, *lib. 2. Feud.* Atque ita accipit eum textum Matth. de Afflict. *in d. § beneficium, num. 2.* ubi docet, quòd hîc ſpectandum ſit ad habilitatem ſervitii eiuſdem.

Quòd igitur Iacobin. de S. Georgio *tr. de feud. in verb. ita etiam quod ipſi vaſalli, num. 3. in fin.* deſiderat, ut perſonæ pari, vel maiori, non etiam inferiori vaſallus per ſubinfeudationem concedat feudum, intelligendum eſt de pari & maiori qualitate in præſtandis ſervitiis, ut ſubvaſallus ad ſerviendum æquè aptus ſit, vel aptior, Hanneton. *de feud. lib. 3. pag. 326.*

Eodem ſenſu accipiendum eſt, quod Schraderus *tr. feud. part. 8. cap. 2. limit. 5. num 13. verſ. ſecundò ut vaſallus*, exigit, ut ſubinfeudatio fiat maioris, vel æqualis, non etiam inferioris conditionis perſonæ.

Vt & quod Zaſius *tr. de. feud. part. 9. num. 15.* requirit, ut æquali vel maiori perſonæ per ſubinfeudationem concedat vaſallus feudum ſuum; Vtrumque enim illud exaudiendum eſt, de eo etiam, qui honore inferior, ſive minor eſt, ſervitiis autem præſtandis non inferior, ſive minor, ſed par

eſt

Digitized by Google

eſt ipſi ſubinfeudanti vaſallo. Atque hanc interpretationem ſuadet omninò text. *in Tit. 1, §. notandum eſt autem, Tit. 14. lib. 1. Feud. & Tit. 10. lib. 2. Feud.* ubi oſtenditur diſertè, quòd Dux, Marchio, Comes de feudi ſui parte alium ordine inferiorem ſubinveſtire poſſit.

Sed quæri hîc poteſt, ſitné licitum Duci, Marchioni, Comiti de integro & univerſo Ducat⁹, Marchionatus, Comitat⁹ feudo ſuo, aut eius quotâ parte, putâ tertiâ aut quartâ alium ſubinveſtire abſque Domini, putà Imperatoris conſenſu? Affirmativám amplectitur Bald. *in Auth. Et qui iurat. num 31. vers. ſed numquid poteſt fieri. C. de bon. auth. iud. poſſ.* Eamque admittit etiam Henric. â Roſenth. *tr. feud. cap. 6. conclus. 63. num 1. & cap. 9. membr. 1. concl. 44. num. 10.* modò tamen Ducatus, Marchionatus, Comitatus æquè potenti integrè, aut pro quotâ ſubinfeudentur. 16

At negativam probant Ioann. Ferrar. *tr. feud. lib. 7. cap. 1* Schrad. *tr. feud. part. 4. cap. 1. num. 52.* Andr Knichen *in comment. de Saxonico non provocandi iure, cap. 6. num. 48. & 51.* Negativam amplectitur quoque Henric. à Roſenth. ſibi contrarius dict. *cap. 9. concl. 45.*

Sed

Digitized by Google

Sed Baldi opinioni ſuffragari videtur textus feudales de ſubinfeudatione etiam totius feudi loquentes, ut qui generaliter concepti ſunt, nec ſpecialiter feudum Ducatus, Marchionatus, Comitatus excludunt in *d. Tit. 9. in princ. d. Tit. 16. §, beneficium, & Tit. 34. § ſimiliter, & § profectò lib 2 Feud.* Vnde dicendum videtur, quòd etiam de huiuſmodi feudo Regali toto, aut eius quotâ parte ſubinveſtitio fieri poſſit, modò tamẽ, ut dictum, eiusdem dignitatis, ac ordinis ſubvaſallus fuerit.

17 Verùm negativa mihi placitis feudorũ conſona videtur, tùm quia Ducatus, Marchia, Comitatus, iure feudorũ etiam inter fratres dividi prohibeantur *Tit. 55. §. præterea Ducatus, lib. 2. Feud.* Vnde concludendum, quòd multò minus ab eorum poſſeſſore ad alium maximè extraneum tranſire poſſint. Tùm etiam quia titulata & regalia hæc feuda cumprimis ad honorem, ſplendorem, & vires totius Imperii pertinent, *Tit. 52. in princ. verſ. per multas enim, & Tit. 55. in princ. verſ. quapropter. lib. 2. Feud.* quæ loca potiſſimùm de Imperii feudis exaudienda ſunt. Vnde inferendum videtur, quòd nec per ſubinfeudationem abſque Imperatoris permiſſu hæc feuda ad alium ſint transferenda, maximè cùm

Digitized by Google

cùm ſubvaſallus per ſubinfeudationem non fiat Imperii, ſive Imperatoris, ſed ſubinfeudantis vaſallus, cui etiam ſervitia, & jusiurandum fidelitatis præſtare tenetur, non domino ſuperiori, niſi in ſubſidium, *d. Tit. 55. §. illud. vbi Feudiſta, lib. 2. Feud.* Et ſentiunt ita quos citat, & ſequitur Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 6. concl. 63. num. 1. cap. 8 concl. 10. num. 2. & ſeqq. & cap. 9. membr. 1. concl. 47. num. 1.*

Tertia conditio, ſub quâ feudorum iura vaſallo permittunt de feudo ſuo alium ſubinveſtire hæc eſt: ut iiſdem ſub legibus, ſive pactis, & qualitatibus ſubinfeudatio fiat, quib. ipſe ſubinfeudās vaſallus à ſuo domino accepit feudum, per text. *in d. Tit. 34. §. profectò, lib. 2. Feud.* Vbi Iuriſconſultus Feudiſta, profectò, ait, ille qui ſuum beneficium alii dat in feudum, non debet aliâ lege dare, niſi quâ ipſe habeat. Atque hanc regulam exemplo declarat ICtus de vaſallo, qui feudum habet pro ſe, & ſuis heredibus maſculis, ac ſcribit, quòd hic vaſallus feudum illud alii per ſubinfeudationem ita concedere non poſſit, ut ſubvaſallus feudum hoc pro ſe, & heredibus maſculis & fœminis habeat. Cui exemplo aliud etiam de ſervitiis feudalibus adponi poteſt. Si enim 12

Digitized by Google

vaſallus feudum poſſideat, cuius nomine ſervitia præſtare domino tenetur, nō poteſt de eo alium ſubinveſtire hâc lege, ut liber ſit à ſervitiis præſtandis.

19 Quòd ſi vaſallus ſubinveſtiat aliquem de feudo ſuo ſimpliciter, nullâ ſcil: lege, ſive pacto addito, præſumitur in dubio eâdem lege, & qualitate illud concedere, quâ ipſemet accepit, ut volunt Dd. quos citat Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 43. in addit. ſub lit. H.* Cuius præſumptionis veritas probari variis poteſt argumentis, Et primùm à ſimili ex textu *in Tit. 14. §. etſi clientulus, lib. 1. Feud. & d. Tit. 34. §. profectò, lib. 2. Feud.* ubi dicitur, quòd ſi feudum alicui, & eius heredibus ſit datum, heredum appellatione ſignificari maſculos tantùm heredes, non etiam fœminas.

Deindè probatur idem textu *Tit. 58. de not. feudor. §. item eâdem lege, lib. 2. Feud.* Vbi ICtus Feudiſta, eâdem, ait, lege, & eodem jure debet habere rem iſte, qui inveſtitus eſt, quam haberet, qui eum inveſtivit.

Plura argumenta pro enunciato hoc adducit prolixè Menoch. *conſ. 148. num. 11. & ſeqq.* Inter quæ & illud eſt, quòd prima cauſa, & effectus feudi originarii in ſubin- feu-

feudatos influat, & ſubfeudum deriuetur à feudo principali ſicut aqua à ſuo fonte; Si ergò vaſallus feudum ſuum, in quod ſolus ſuccedit primogenitus, alii per ſubinfeudationem concedat in feudum, intelligitur ita datum hoc feudum, ut ſubvaſalli filius primogenitus ſolus in illud ſuccedat, ut conſulit Decius *conſ. 389. num. 7.* quem ſequitur Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 43. num. ult.*

Si item vaſallus de feudo ſuo, quod primitus pro maſculis & fœminis datum fuit, ſimpliciter aliquem ſubinveſtiat, præſumitur illud ſimiliter dare pro maſculis, & fœminis, ita tamen, ut extantibus maſculis, fœminæ in ſubfeudum non ſuccedant, ſuccedant autem maſculis deficientibus, per text. *in Tit. 8. §. filia verò, lib. 1. Feud. Tit. 17. in princ. & Tit. 18. lib. 2. Feud.*

Similiter ſi vaſallus feudum ſuum, quod ipſe accepit ſimpliciter, alii per ſubinfeudationem ſimpliciter concedat, ut ipſiuſmet ſubinfeudantis liberi tantùm maſculi in illud ſuccedunt, *Tit. 1. §. hoc autem notandum, d. Tit. 8. in princ. & Tit. 24. lib. 1. Feud.* ita & ſubvaſalli ſolummodò liberi maſculi, non etiam fœminæ ſuccedunt in illud, per rationes anteà adductas.

Digitized by Google

20 Quid verò ſi vaſallus feudum ſuum pro maſculis duntaxat acceptum, per ſubinfeudationem alii pro eius liberis maſculis & fœminis concedat, numquid ſubinfeudatio hæc utiliter facta cenſetur? Iacob. Menoch. affirmat *d. conſ. 148. num. 43. verſ. quartus eſt caſus*, Cæteri verò Doctores negant, & quidem rectè, per text. expreſſ. *in d. Tit. 34. §. profectò, lib. 2. Feud.*

Argumentum Menochii quo movetur, illud eſt: quòd neque in ſervitiorum iure, neque in iure devolutionis præiudicium aliquod per hanc infeudationem ſuperiori domino creetur.

21 [Verùm prius illud à veritate alienũ eſſe ex eo deprehenditur, quòd licet ſubvaſallus propriè non ſit domini ſuperioris, ſed ſui domini vaſallus, ut arguit text. *in d. Tit. 55. §. illud, lib. 2. Feud.* Attamen in ſubſidium eſt quoque domini ſuperioris vaſallus, ut dicit Bald. *in c. ſanè, num. 5. Extr. de renunciat.* docent etiam alii, quos citat, & ſequitur Roſenthal. *de feud. cap. 8. concl. 10. in addit. ſub lit.* E. & I. Idque cognoſcitur etiam ex *d. Tit. 34. §. ſimiliter, lib. 2. Feud.* ubi requiritur, ut ſubvaſallus ſervire poſſit feudum; quod certè exaudiendum eſt de ſervitio, quod ſuperiori

tiori domino præſtandum eſt ab ipſo ſubvaſallo.

Poſterius ꝙ attinet, illud æquè falſum eſt. ſi enim valeret ea ſubinfeudatio, ſequeretur, quòd mortuo ſubvaſallo ſine liberis maſculis, relictis autem filiabus, feudum confeſtim non rediret ad vaſallũ ſubinveſtientem, aut eius filios, ſed ex eâ ſubinfeudatione ſuccederent etiam filiæ ſubvaſalli contra text. *in d. Tit. 34. §. profectò, lib. 2. Feud.*

Si tamen eius ſit conditionis feudum, ut in illud maſculi & fœminæ ſuccedant, conditionem illã vaſallus in ſubinfeudatione ſequi non tenetur, ſed poteſt per ſubinfeudationem ita hoc ſuum feudum alii concedere, ut in illud ſubvaſalli ipſius maſculi tantùm liberi, non etiam fœminæ ſuccedant. Hàc enim ſubinfeudatione ipſi domino ſuperiori nihil detrimenti adfertur, ut rectè ſentiunt, quos citat, & ſequitur Menoch. *d. conſ. 148. num. 42. verſ. tertius eſt caſus, & num. 43. verſ. ſextus & ultimus caſus.*

Hinc & illud rectè infertur, quòd vaſallus de feudo ſuo alium ſubinfeudare poſſit pro ſervitio maiore, quàm quo ipſe feudum à ſuo domino accepit: Poteſt enim vaſallus domini conditionem meliorem facere, *Tit. 8. §. è contrario, verſ. meliorem namque, lib. 2. Feud.* 22

Cuiac. *lib. 4. Feud. cap. 38.* Hotom. *diſp. feud. cap. 12* & Roſenth. *de feud. cap. 9. membr. 1. con. 43 num. 14.*

23 Non incommodè vocari in quæſtionem hîc poteſt, an ſubinveſtitio nulla ſit, & domin⁹ ſuperior revocare poſſit feudum à ſubinveſtiente & ſubvaſallo, ſi aliâ & diverſâ lege, ac pacto inveſtitio facta ſit, ut ſi feudum ſit maſculinum, ſubinveſtitio a. fiat pro maſculis & fœminis? De hâc quæſtione proponuntur à Feudiſtâ tres opiniones in *d. Tit. 34. §. profectò ille, lib. 2. Feud.* Vna eſt, quòd vaſallus ſubinveſtiens amittat feudum. Altera quòd ambo ſubinveſtiens & ſubinveſtitus vaſallus feudum perdant. Tertia, quòd utiliter quidem ita ſubinveſtitio fiat, ſed feudum tunc aperiatur domino, cum maſculi defecerint delatæ ſucceſſionis tempore: non immeritò igitur dubitatur, cui inhærendum ſit opinioni.

Authores iuris Feudorum, quando plures recenſent opiniones, reprobant plerumque eam, quæ loco ultimo eſt relata, ut arguunt textus *in Tit. 17. & Tit. 51. §. pen. lib. 2. Feud.* & docent Barthol. Camerar. *in repetit. l. Imperialem, Tit. 55. lib. 2. Feud. pag. 246.* & Hartm. Piſt. *lib. 2 quæſtion. iur. quæſt. 25. num. 30. & quæſt. 32. num. 2.* Verùm id perpetuum non eſt, ut patet ex

tet ex *Tit. 8. §. hoc quoque, in fin. lib. 1. Feud. iunct. Tit. 1. §. hoc quoque ſciendum, verſ. licet moderno, lib. eod.* tùm etiam *Tit. 36. §. quidam tamen, lib. 2. Feud. iunct. Tit. 6. in fin. lib. 1.*

Et certè in dicto *Tit. 34. §. profectò, lib. 2. Feud.* tertia & ultima opinio non reiecta, ſed probata videtur: Tùm quia æquior, humanior, & benignior eſt, ut agnoſcit quoq; Cuiac. *lib. 4. Tit. 38.* Tùm quia nihil incommodi adfert domino ſuperiori hæc opinio. Tùm quia ad naturã ſucceſſionis in feudum accedit, quæ eſt, ut maſculi in feudum ſuccedant, remotis fœminis; Tùm etiam quia iure communi conditio improba pro non adiecta habetur, *l. conditiones 14. ff. de condit. inſtit. l. non dubitamus 20. ff. d condit. & demonſtr.* Tùm poſtremò, quia utile per inutile vitiari non debet, quoties ſeparari hoc ab illo poteſt, *c. utile, 37.* ubi Dynus, *Tit. de Reg. iur. in 6. l. ſancimus 3. C. de donat. l. ſi tibi decem 17. in princ. ff. de pact. l. 1. §. ſi ſtipulanti 4. ff. de verb. obl. l. pecunia 19. l. placet 29. ff. de uſur. l. 1. §. ſed Pomponius, ff. quod falſ. tut. geſt. eſt.* Didac. Covarruu. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 16. num. 4. & ſeqq.* His quinque rationibus addatur Authoritas Doctorum, quos pro hâc ſententiâ adducit Roſenth. *de feud. cap. 9. memb. 1. concl. 43. in addit. ſub lit.* H & L.

Quidam tamen ſentiunt, quòd planè omninò ſit nulla iſthæc ſubinveſtitio,& revocare dominus poſſit feudum ut ab ipſo vaſallo, ſic & ſubvaſallo,ita cenſent quos refert & ſequitur Schrad. *de feud. part. 8. cap. 2. num.14.* Sed his minimè ſubvenit, quòd negocium contra formam legis contractum, ipſo Iure nullum eſt, *l. non dubium 5.C.de legib. & l. iubemus 14. §. 1. in fin. C. de S S. Eccleſ.* Eſt enim & hæc ſubinveſtitio nulla, quò ad id, quòd excedit conditionem & legem principalis feudi, non autem tota ſubinveſtitio, propter rationes anteà allatas.

24 Non ſolùm autem vaſallus primus feudum ſuum poteſt alii dare in feudum, ſed & ſecundus tertio, Textus eſt *in Tit.34.§.ſimiliter,lib.2.Feud.* Sed an tertius quarto,& quartus quinto, & ſic deinceps in infinitum ſubfeudum ſuum alii in feudum dare poſſit, quæritur? Affirmativam probat text. in *d. §. ſimiliter*, & ibi Dd.

Sed negativam ſuadet text. *in Tit. 1. §. notandum eſt autem, lib. 1. Feud. & Tit. 10. lib. 2. Feud.* Priori loco diſponitur, quòd Regis Capitanei, ut ſunt Duces, Marchiones, Comites, de regalis ſui feudi parte ſubinveſtire aliquem poſſint, qui ſubinveſtitus maior dicitur Valuaſor: quodque hic Valuaſor ſubfeu-

dum

dum ſuum alii viciſſim concedere in feudum poſſit, qui dicitur minor Valuaſor, Atqni hoc feudum quod minor hic Valuaſor alii impendit, nō judicari jure feudi, proindè auferri illud rectè poſſit. Loco poſteriori diſertè oſtenditur, quòd Dux, Marchio, Comes, de feudi ſui parte ſubinveſtire poſſit tertium aliquem, qui Capitaneus, & maior Valuaſor appellatur, quodque hic Capitaneus, tertius ſcil: ſive major Valuaſor de ſuo illo ſubfeudo viciſſim quartum aliquem poſſit ſubinfeudare, quem Iura feudorum Valuaſorem appellant minorem. Quòd item quartus ille, minor ſcil: Valuaſor de ſuo ſubfeudo inveſtire poſſit quintum, quem Feudorum placita nominant Valuaſinum, & quidam minimum Valuaſorem. Quintus verò hic ſi illud ſubfeudum ſuum conferat viciſſim in alium, in eius perſonâ feudum non cenſeri: niſi ab antiquis temporibus feudum teneat.

Non ſolùm autem textus iuris feudorum variant in hâc quæſtione, ſed & interpretum alii ab aliis hîc diſſentiunt. Quidā enim ut Andr. de Iſernia, Matth. de Afflict. & Cuiac. ſentiunt, in tertiâ quidem perſonâ, non autem in quartâ procedere ſubinfeudationem. Plerique verò ſequuti text. *in d.*

Tit. 34. §. ſimiliter, lib. 2. Feud. exiſtimant, ſubinfeudationis ius in infinitum ſe extendere, quam opinionem veriſſimam dicit Schrad. *tr. feud. part. 8. cap. 2. num. 13.*

Cæterùm ego diſtinguendum hîc puto
25 inter feudum Regale, quale eſt Ducatus, Marchionatus, Comitatus, et non Regale feudum. In Regali feudo admittitur ſubinfeudatio in perſonâ tertiâ incluſivè, ſed Mediolanenſi in Curiâ etiam in quartâ perſonâ ſubinveſtitio fieri poteſt, ut teſtatur text. *in d. Tit. 1. §. notandum eſt autem*, ibi, licet aliter in Curiâ Mediolanenſi obſervetur, *lib. 1. Feud. & d. Tit. 10. verſ. ſed hodie eodem iure*, ibi, in Curiâ Mediolanenſi *lib. 2. Feud.* In feudo autem non Regali ſubinfeudatio fieri poteſt in infinitum ex Lege Corradi, per text. *in d. tit. 34. §. ſimiliter, lib. eod. Feud.* ubi tamen additur, quòd in quibuſdam Curiis ultra tertiam perſonam ſubinfeudatio non extendatur, id quod de Curiâ Modiolanenſi in feudis regalibus intelligi non poteſt, cùm eâ in Curiâ ſubinfeudatio regalis feudi etiam in quartâ perſonâ licitè fieri poſſit, ut oſtendi. Ex prædictis ergò patet, quòd regulariter in infinitum ſubinfeudatio licitè fieri poſſit, in non regali feudo: In regali autem feudo ſubinfeudatio non procedat ultra ter-

Digitized by Google

tertiam perſonam, præterquam in Mediolanenſi Curiâ.

Quòd ſi per ſubinſeudationem in feudo regali ulterior proceſſus fiat, poteſt dominus ita ſubinveſtito vaſallo adimere feudum, niſi ſubinveſtitus cum ipſo domino ſuperiore, putà Imperatore, vel Rege Romano in exercitu Romam (intellige ad ſuſcipiendam Imperii Coronam, per text. *in Tit. 54. de allodiis lib. 2. Feud.*) perrexerit, *d. Tit. 1. §. notandum eſt autem, & Tit. 7. lib. 1. feud.* Quo poſteriori loco, HOSTIS appellatio ſignificat exercitum vel agmen, ut ibi docet Hotom. Et hoſtem Romæ facere, ſignificat in exercitu, & Comitatu Imperatoris Romam proficiſci, ut ſcribit idem Hotom. *in comment. de verb. feudalib. in verb.* HOSTIS. 26

Cum autem feudum aliud ſeculare ſit, aliud Eccleſiaſticum, *c. ex tranſmiſſa, 6.* ibi, de ſeculari feudo, *Extr. de foro comp. & c. quæ in Eccleſiarum 7.* ibi, feudorum Eccleſiaſticorum, *Extr. de conſtit.* Quorum illud eſt, quod perſona ſecularis alicui conceſſit, putà Imperator, vel Rex Romanus, Dux, Marchio, Comes, vel quis alius ſecularis, *d. c. 6. ubi Dd. Extr. de foro comp.* Hoc verò quod Pontifex Romanus, vel ArchiEpiſcopus, Abbas, 27

Abba-

Abbatiſſa, Præpoſitus, in bonis Eccleſiæ alicui tribuit, *Tit. 1. §. 1. & Tit. 6. in princ. lib. 1. Feud. & Tit. 35. in fin. lib. 2. Feud.* In quæſtionem vocari poteſt, an etiam Eccleſiæ vaſallus de Eccleſiaſtico ſuo feudo abſque domini permiſſu alium ſubinveſtire poſſit? Negativa vel hinc probari poſſe videtur, quòd in feudorum libris nullus ſpecialis textus de Eccleſiaſtici feudi ſubinfeudatione reperitur. Cui argumento & illud accedit, quòd fauore Eccleſiæ interdictum meritò eſſe debeat vaſallo Eccleſiæ ſubinfeudatione feudi ſui Eccleſiaſtici abſque domini conſenſu. Comprobatur etiam opinio hæc authoritate Baldi *in Tit. 40. de. cap. Corradi, §. praterea num. 1. lib. 2. Feud.*

Sed his nihil obſtãtib⁹, ſtatuendũ eſt, quòd & Eccleſiæ vaſallus de Eccleſiaſtico ſuo feudo alium ſubinveſtire poſſit: Tùm quia placita feudorum, quæ de ſubinfeudatione loquuntur, non diſtinguunt inter ſeculare, & Eccleſiaſticum feudum, ſed generaliter de ſubinfeudatione diſponunt: Tùm etiam quia per ſubinfeudationem Eccleſiæ conditio non efficitur deterior, ſed melior redditur; cùm ad ſervitia feudalia præſtanda obligatus ſit ut ſubinveſtiens, ſic & in ſubſidium ſubveſtitus vaſallus *d. Tit. 34. §. ſimiliter*

militer ibi, domino ſimiliter ſervire ut prior poſſit, *lib. 2. Feud.* Et hanc opinionem contra Baldum amplectuntur Dd. cõmuniter, quos citant & ſequuntur Schrad. *tr. feud. part. 8. cap. 2. num. 10.* Herman. Vulteius *lib. 1 de feud. cap. 10. num. 8.* & Henric. à. Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 45. num. 6. & in addit. ſub lit. E.*

Contraria argumenta nihil huic officiunt conclusioni, quod enim prius attinet, licet non ſpecialiter alicubi in feudorum libris permittatur Eccleſiaſtici feudi ſubinfeudatio, attamen ſub generali ſubinfeudationis licentiâ comprehenditur quoque hæc ſpecialis ſubinfeudatio in feudo Eccleſiaſtico, Genus enim vi comprehenſivâ omnes ſuas ſpecies includit, & generalia verba generaliter intelligi debent, *l. ſemper ſpecialia 147. ff. de Reg. Iur. l. 1. ff. de legat. præſt. & l. ſi ſervitus 23. ff. de ſervit. urb. præd.* Et docent eleganter Euerhard. *in Topic. legal. loco à generalitate*, & Matth. Stephani *lib. 2. Topic. iur. loco 9. à generalitate, & loco 10. num. 9.* 28

Neque etiam alterum argumentum derogat quicquam pronunciato noſtro. Etſi enim Eccleſiæ fauor magnus ſit, attamen nuſquam in Feudorum libris extenditur fauor ille in prohibitionem ſubinfeudationis 29

nis in feudo Eccleſiaſtico. Et meritò extendi eò non debet, cùm ſubinfeudatio generaliter feudorum iure permiſſa ſit, nec ullum ea præiudicium aut incommodum Eccleſiæ adferat: et quia permiſſio favorabilior eſt, quàm prohibitio, per tradita Socini *conſ. 266 col. 19. verſ. amplius dico lib. 2.* præſumendum non eſt, quòd favor Eccleſiæ impediat ſubinfeudationem in Eccleſiaſtico feudo.

30 Tertium argumentum ab authoritate Baldi vim nullam hîc exercere poteſt, cùm aliorum communi & receptâ opinione planè ſubruatur, & generali iuri de ſubinfeudatione adverſetur.

An autem vaſallus laicus feudum ſuum
31 decimale abſque Prælati conſenſu per ſubinfeudationem alii ſimiliter laicô in feudum concedere poſſit, controverſa eſt quæſtio? Plerique negant, inter quos etiam Felin *in c. quæ in Eccleſiarum num. 59 verſ. quinta declaratio Extr. de conſtit.* & alii, quos recenſet ac ſequitur Ludolph. Schr. *ad tr. feud. part. 8. c. 2. n. 17.* Atque horum opinionem comprobat etjam Nicol. Mozz. *tr. de Feud. cap. de reb. quæ in feud. dari poſſ. num. ult.*

Aiens autem opinio placet Roſenthalio *tr. de feud. cap. 4. concl. 28. num. 4. & 5.* eamque tenere Cardinalem *in c. 2. quæſt. 10. Extr. de feud.*

de feudis, teſtatur Curt. Iun. *de feud. part. 4. n. 87.* Eademq; probabilior & mihi videtur; Tùm quia nuſquam feudorum in libris prohibetur vaſallus laicus feudum ſuum in decimis conſiſtens, per ſubinfeudationem alii laico concedere: Tùm quia ſubinfeudatio eſt de naturâ feudi propriâ, feudali lege ipſi inditâ, ut arguit text. *in Tit. 3. §. ſed & res, verſ. per feudum, Tit. 9. Tit. 26. §. beneficium, Tit. 34. §. ſimiliter, & Tit. 55. §. illud quoque, lib. 2. Feud.* Natura autem feudi propria eſt communis ratio feudi, *Tit. 2. §. præterea, lib. 2. Feud.* proindeque ſubinfeudandi ius commune quoque eſt cum decimarum feudo: Tùm etiam quia ſubinfeudatio non eſt alienatio feudi, cùm vaſallus ſubinveſtiens maneat domini ſui vaſallus eique ad ſervitia præſtanda ſit obligatus *d. Tit. 34. §. ſimiliter*, ibi, domino ſimiliter ſervire, ut & prior poſſit, *d. Tit. 55. §. illud quoque, lib. 2. Feud.* * Tùm poſtremò quia cùm de conſuetudine maximè Germaniæ Principes ſuas decimas etiam laicis in feuda concedant, cur non æquè, & multò magis poſſet vaſallus de feudo ſuo decimali alium ſubinveſtire?

Negantem opinionem neutiquam probat text. *in c. prohibemus, Extr. de decimis*, ubi dicitur, quòd laici decimas ſuas in alios 32

trans-

transferre laicos non poſſint. Id enim exaudiendum eſt de decimis, quas laicus cum animæ periculo detinet, ut textus ibidem diſertè oſtendit. Sed eiuſmodi non ſunt decimæ, quas laicus jure poſſidet, ut quæ olim ante Lateranenſe concilium laico in feudum conceſſæ ſunt, Hæ enim denuò poſſunt in laicos per feudum transferri, *c. cum Apoſtolica, §. ult,* ubi Gl. *in verb.* laicos, *Extr. de his quæ fiunt à Prælat.* & ibi Ioann. Andr. & Ant. de Butrio, Paul. de Caſtro *conſ. 136.*

Ad hæc *d. c. prohibemus* cùm non ſpecialiter agat de ſubinfeudatione, ſed tantùm de alienatione decimarum, nihil decerpit aienti pronunciato noſtro. Subinfeudatio non eſt alienatio, hæc iure feudorum prohibita eſt, illa iure eodem eſt permiſſa. Alienatio feudi damnoſa eſt domino, *Tit. 52. in princ. & Tit. 55, in princ. lib. 2. Feud.* Subinfeudatio nihil detrimenti adfert domino; ſiquidem vaſallus domino ad fidelitatem præſtandam obſtrictus manet, & inſuper ſubinfeudatus æquè domino in ſubſidium ſervitia præſtare teneatur, *d. Tit. 55. §. illud quoque præcipimus, & Tit. 54. de lege Corradi, §. ſimiliter nec vaſallus, lib. 2. Feud.*

33 In dubium vocatur & illud, poſſitnè vaſallus ſubinveſtire alium de feudo ſuo, quod in Cur-

in Curte domini habet. Quid autem CVRTIS appellatione ſignificetur, quidque feudum ſit in Curte domini, variant Interpretes, ut videre eſt apud Schrad. *tr. feud. part. 2. cap. 3. num. 101. & ſeq.* Ioann. Borch. *de feud. cap. 2. num. 26. & 27.* Herman. Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 8. num. 18.* Sonsbeck. *in comm. ad uſus feud. part. 3. num. 29.* Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 2. concl. 81. & cap. 9. membr. 1. concl. 46. num. 1. & 2.*

Ego accuratius iuris feudorum textus expendens, arbitror CVRTIS appellatione ſignificari nihil aliud quàm territorium: & feudum in Curte domini illud eſſe, quod vaſallus in territorio domini ſui poſſidet, etiamſi territorii illius prædia alia non domini, ſed ſubditorum ſint, per text, *in Tit. 5. §. pen. & ult.* ibi, dominus diſtrictum habuerit, vel alium honorem, *lib. 1. Feud.* Quo priori loco per DISTRICTVM coercendi ius & poteſtas, proindeque merum & mixtum Imperium ſignificatur, ſiquidem nomen illud DISTRICTVS ſcriptores pro coercendo uſurpent, ut exemplis oſtendit Hotom. *in libello de verb. feud. in verb.* diſtrictus.

Doctores tamen per DISTRICTVM intelli[illegible] ſimpliciter iuriſdictionem. Quid autē per ALIVM HONOREM deno-

tetur, non explicant, ſed Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap 9 membr. 1. concl. 46. num. 4.* hoc verbo ſimiliter iuriſdictionem ſignificare exiſtimat. Quia autem diſtrictus & honor alius oppenuntur *in d. Tit. 5. §. ult. lib. 1. Feud.* per HONOREM denotari autumo ſpecialem iuriſdictionem. Cùm ergò merum, mixtumque imperium, & Iurisdictio ſpecialis ſint adiuncta territorii, *l. ult. ff. de iurisdict. l pupillus 239. § territorium, ff. de Verb. ſignif. & l. 1. in princ. & §. initiò, ff. de offic. Præfect. urbi*, conſequens ei eſt, quòd CVRTIS appellatione territorium ſignificetur.

Quod ulterius probatur etiam textu *Tit. 51 in princ. lib. 2. Feud.* Vbi Feudiſta quod primùm Curtem appellavit, poſteà vocat Curiam. Curia autem in huiusgeneris materiâ ſignificat univerſitatem fundorum, id eſt, territorium, uti innuit text. *in c. cum Bertholdus, in princ. Extr. de ſentent. & re iudic.*

Ad hæc probatur idem textu *Tit. 18.* ibi, per iudicem Curtis, *lib. 1. Feud.* ubi iudex Curtis, eſt iudex territorii, ut colligitur ex *l. ult. ff. de iuriſd.*

Denique ſentiunt ita Hotoman. *ad Tit. 34. in verb.* cum Curia, *lib. 2. Feud. & in libello de verb. feudalib. in verb.* Curtis, Tùm etiam Cont *in method. de feud. cap. de diviſionib. feudor. in fin. verſ. decima diviſio*, ut & Mynſing.

cent.

tent. 4. obſ. 89. Weſemb. *de feud. cap. 17. num. 3.* & Schrad. *tr. feud. part. 10 ſect. 7. num 22.* ubi Pares Curiæ definiunt convaſallos, qui in eodem domini ſui territorio feuda poſſident.

Hinc ergò ſequitur, feudum in Curte domini illud eſſe feudum, quod vaſallus in domini territorio poſſidet; & feudum extra domini Curtem, quod poſſidet vaſallus in prædiis, quæ dominus habet in alieno territorio. 34

His ita cognitis videamus, num vaſallus de feudo ſuo, quod in Curte, hoc eſt, territorio domini pcſſidet, alium ſubinveſtire poſſit? Doctores communiter negant. quos refert & ſequitur Schrad. *tr. feud. part 8. cap. 2. num. 18.* Eorundem, & quorundam aliorũ meminit quoque, à Doctoribus diſſentiens Henric. à Roſenth. *tr. feud. d. cap. 9. concl. 46. in addit. ſub lit.* A. Nituntur autẽ Dd. textu *d. Tit. 5. §. ult. verſ. item ſi quis feudum lib. 1. Feud.* ubi diſponitur, quòd licet vaſallus olim feudi medietatem abſque domini conſenſu alienare potuerit, attamen iſthæc licentia ei non fuerit permiſſa in medietate feudi, quod habuit in Curte domini. Hinc putant inferendum, quàmvis hodie ex novâ lege feudali nec pars feudi dimidia abſque domini conſenſu alienari poſſit, rationem

tamen veteris illius juris de Curte domini adhuc militare, proindeque nec hodie ſubinfeudationem abſque domini conſenſu licitè fieri in feudo, quod vaſallus in Curte domini habet.

35 Sed argumentatio hæc à diſparatis ſpeciebus vitioſa eſt. Diſparata ſunt alienatio feudi, & ſubinfeudatio, illa jure prohibita eſt, hæc verò permiſſa. Vnde ab illâ ad hanc malè concluditur, per *l. ult. ubi Dd. ff. de calumniat.*

Quinetiam non eſſe diſtinguendum inter feudum quod in Curte Domini,& quod extra domini Curtem habetur,patet ex *d. Tit. 5. §. ult. verſ. ult. lib. 1. Feud.* Vbi Feudiſta, quod prius de feudo in Curte domini non alienando tradidit,idẽ etiam ſtatuit de feudo quod extra domini Curtem vaſallus poſſidet. Experientia quoque teſtatur,quòd etiam vaſalli de feudis ſuis, quæ in Dominorum territoriis poſſident, alios ſubinveſtire ſoleant. Quòd ſi opinio illa communis vera eſſet,ſequeretur inde, quòd nec Imperii vaſallus de feudo ſuo, quod ab Imperatore poſſidet, ſubinfeudare quemquam poſſet, quod dictu abſurdum eſſet, cùm uſus aliud comprobet. Poſtremò Imperator ubique in toto Orbe Romano,& Reges in Regnis ſuis,

Digitized by Google

ſuis, ſupremam jurisdictionem habet. Ipſorum tamen vaſallos de feudis ſuis alios ſubinveſtire, conſuetudo atteſtatur.

Eſt & illud quæſtionis dubiæ, poſſitnè vaſallus de feudo ſuo alium ſubinveſtire, ſi in Inveſtiturâ, quâ ipſe feudum accepit, expreſſè convenit, ne feudum ſine domini conſenſu alienaret? Feudiſtæ plerique negant, ut Bald. Aluarot. Matth. de Afflict. *ad Tit. 40. de Capitt. Corradi, §. præterea, lib. 1. Feud.* Bartholom. Camerar. *in repetit. l. Imperialem, Tit. 55. de prohib. feud. alien. per Frid. pag. 35. & pag. 223. in fin.* Curt. Iun. *tr. de feud. part. 4. num. 113. mihi pag. 430.* Schrad. *tr. feud. part. 8. cap. 2. num. 20.* Hartm Piſtor. *lib. 2. quæſt. iur. quæſt. 44. num. ult.* & Henric. à Roſenth. *tr. de feud. cap. 9. membr. 1. concl. 46. in fin.* Ratio huius concluſionis hæc adfertur, quòd pactum illud de non alienando feudo ſupervacuum eſſet, niſi per illud intelligeretur prohibita ſubinfeudatio. 36

Verùm opinatio hæc, quam aliqui communem dicunt, non probatur omninò Iaſoni in *Tit. 1. in princ. num. 35. lib. 1. Feud.* neque Felino in *d. c. quæ in Eccleſiarum, num. 69. declarat. 2. Extr. de Conſtit.* Vulteius quoque eam expreſſè reiicit *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 16. in fin.* Atque horum ſententiam con-

firmat quòd prohibitio illa eſt de alienatione feudi, ſubinfeudatio autem non eſt alienatio feudi, cùm ſubinfeudans maneat domini vaſallus,& ſubinfeudatus ſimiliter ſervire domino in ſubſidium teneatur, *d. Tit. 34. §. ſimiliter*, ib. domino ſimiliter ſervire, ut ptior poſſit, *lib. 2. Feud.*

37 Non obſtat argumentum pro concluſione contrariâ prius adductum. Non enim infrequens eſt, ea etiam quæ jure definita ſunt, in negotio contractu exprimere, *l. 3. ff. de reb. cred.* & quando cum prohibitione legis coniungitur hominis prohibitio, tunc legis prohibitio maioris eſt potentiæ, *l. 1. §. nunciatio, 2. ff. de oper. novi nunciat.* Et maior eſt virtus expreſſi, quàm taciti, *c. ſi pater, in fin. Extr. de teſtam. iunct. l. precib. C. de impuber. & aliis ſubſtit.*

Quinet â expreſſio illa de non alienando feudo, operatur & illud, quòd vaſallus abſq; domini conſenſu nec illo caſu alienare poteſt feudum, quo abſque domini permiſſu feudum alienare licet vaſallo, Curt. Iun. *tr. de feud. part. 4. num. 113.* Iaſon. *in l. Filiusfam. 117. §. divi, lect. 1. num. 29. ff. de legat. 1.* Schrad. *d. part. 8. cap. 2. num. 20. verſ. quin imò hoc pactum.*

Vt

Digitized by Google

Vt porrò de ſubinfeudationis effectu ali quid aſpergam, videndum quid juris per ſubinfeudationem in vaſallum ſub infeudatum tranſeat? Vaſallus & poſſidet rem feudalem, & jus utendi fruendi re feudali habet. De poſſeſſione textus *eſt in Tit. 2. §. 1. Tit. 3. Tit. 8. §. ult. Tit. 10. & Tit. 12. lib. 2. Feud.* De jure utendi fruendi re feudali extat text. *in Tit. 23. §. ult. verſ. uſusfructus verò, lib. eod. Feud.* Competit quoque vaſallo utilis, ſive quaſi vindicatio ad repetendam rem feudalem ab eius poſſeſſore, *d. Tit. 8. §. rei autem, lib. eod. Feud.* 38

Quæritur ergò an ius illud omne ad ſubvaſallum tranſeat, aut penes ſubinfeudantem remaneat? Quia verò ea feudi natura eſt, quòd rei feudalis poſſeſſio, & uſusfructus, ut & quaſi vindicatio ad vaſallum pertinet, ut modò oſtendi, intrepidè affirmare poſſumus, quòd per ſubinfeudatinem omne jus illud à ſubinfeudante ad ſubvaſallum tranſeat, idque tradunt etiam Bald. *ad Tit. 55. §. illud, num. 2. lib. 2. Feud.* Curt. Iun. *tr. de feud. part. 4. num. 83. verſ. ſecundò pro limitatione*, Molinæus *ad conſuetud. Paris. §. 35. quæſt. 5. num. 17.* Felin. *in d. c. quæ in Eccleſiarum, Extr. de Conſtit.* Speculator *ſub Tit. de locat. §. nunc verò verſ. 44.* Socin. Sen. *conſ. 66. num. 4. vol.* 39

 3. Rimi-

3. Riminald. *conſ. 81. num. 30. vol. 1. & conſ. 380. num. 25. vol. 2.* Burſat. *conſ. 49. num. 30. verſ. an verò ſubvaſalli, & conſ. 50, num. 16.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 84.*

40 Sed an vaſallus ſubinveſtiens alium de ſuo feudo, aliquam in eodem retineat poſſeſſionem? variantes extant Feudiſtarum ſententiæ, Gloſſa & Salycet. *in l. unic. C. uti poſſid.* negant. Albericus de Roſate ibidem *num. 10.* oſtendit, quòd vaſallus ſubinfeudans non poſſideat detenſivè, Bald. autem dicto loco *num. 4.* ſentire videtur, quòd ſubinfeudans vaſallus civilem habeat ſubfeudi poſſeſſionem.

Sed hoc diſſidium rectè tollitur, ſi dicamus, Gloſſæ & Salyceti, itemque Alberici opinionem intelligendam de poſſeſſione corporalis rei feudalis; At Baldi ſententiam accipiendam eſſe de ipſo feudali jure, quod remanet apud vaſallum ſubinveſtientem, cuius quaſi poſſeſſio ad ipſum pertinet, ſiquidem etiã juris, ſive rei incorporalis quaſi poſſeſſio ſit, *l. ult.* ibi, uſusfructus poſſeſſionem, *ff. uti poſſid. l. adquiritur 10 §. ult. ff. de adquir. rer. dom. L. ait. Prætor 23. §. item ei, ff. ex quib. cauſ. maior.* Cuiac *lib. 18. obſ. cap. 24.* Vulteius *ad princ. Tit. inſtit. de interdict. num. 19.*

41 Vt de poſſeſſione, ſic & de dominio quæri poteſt.

Digitized by Google

poteſt, an illud omne ad ſubvaſallum tranſferatur? Quòd autem vaſallus ſubinveſtiſtiens non omne omninò dominium, & Ius feudi transferat in ſubinfeudatum, ſed ipſe dominium quoddam feudale retineat, ſuiq; domini vaſallus maneat, tradunt non modò Dd. communiter, quos memorant, & ſequuntur Hartm. Piſtor. *quæſt. 44. num. 3. part. 2. & quæſt. 45. num. 22.* & Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. concl. 47. num. 1. 2. & 3. & l. iin addit. ſub lit.* A. Sed arguit quoq; textus Clariſſimus in *d. Tit. 55. §. illud. lib. 2. Feud.* ubi vaſallus ſubinveſtiens appellatur vaſallus domini ſui, vocatur item dominus ſui inveſtiti vaſalli, his verbis: Et vaſallus vaſalli dominum domini ſui offenderit: Et hoc dominium quod retinet vaſallus ſubinveſtiens, quaſi utile dominium appellat Iacobin. de S. Georgio, in verb. Ita etiam quod ipſi vaſalli *num. 5.* & poſt alios Schrad. *d. part. 8. cap. 2. num. 24.* Ipſum enim utile dominium, id eſt, jus utendi fruendi, ad ſubinfeudatum tranſit, ut anteà dixi, & ſcribit idem Iacobin. *tr. de feud. in verb.* Et cum pacto de non alienando, *num. 21.* Atque hinc apud ſubinfeudantem utilis dominii reliquias manere quaſdam, ait Bald. *ad d. Tit. 55. §. illud, num. 2. lib. 2. Feud.* & Iul. Clar. *§. feudum,*

dum, *quaſt. 37. num. 6.* nec non Matth. de Afflict. *ad eundem Tit. §. præterea num. 5. in fin.* ſcribit, in ſubvaſallum tranſire tantùm utilis dominii exercitium, Menoch. quoque *conſ. 148. num. 169. lib. 1.* dicit, quòd ſubinfeudanti ſuperſit imago quædam feudi, Mynſing. *cent. 5. obſ. 66. num. 4.* vocat umbram priſtini utilis dominii. Vtile autem dominium illud, quod ad ſubvaſallum tranſit, ſubalternum utile dominium appellat Matth. de Afflict. *ad d. Tit. 55. §. illud, num. 5. in fin.* & Burſat. *conſ. 50. num. 16.* Sed utile dominium inferius vocat Curt. Iun. *tr. de feud. part. 4. num. 83.* Et ut dominium utile inferius nominant, quod ad ſubvaſallum tranſit, ita ſuperius utile dominium appellant, quod apud infeudantem manet, Bald. *in c. Cæterum, n. 13. Extr. de iudic.* Menoch. *libr. 3. præſumptionum, præſumpt. 102. num. 12.* & Henric. à Roſenth. *d. cap. 9. membr. 1. concl. 47. num. 4.*

His ergò non obſtat, quòd dominium penes duos in ſolidum eſſe non poſſit, *l. ſi ut certo 5. § ſi duobus. ff. commodati*, Hoc enim axioma procedit, uno eodemque reſpectu, non diverſâ conſideratione, ut in hoc feudali dominio. Dominium feudi utile duplex eſt, ut dixi, ſuperius quod manet apud vaſallum ſubinfeudantem, & inferius quod

tranſit

tranſit ad ſubvaſallum. Quinetiam procedit Iuris illa regula in vero dominio, non in dominii umbrâ, & imagine, quale Ius eſt, quod vaſallus ſubinfeudans retinet, ut ſuprà dixi.

Eſt & illa huius loci anceps & dubia admodum quæſtio, An ſubvaſallus etiam ſuperioris domini vaſallus ſit, vel tantùm ſui immediati domini vaſallus? Plerique exiſtimant, ſubvaſallum non eſſe primi domini vaſallum, ſed tantùm domini immediati, idque veriſſimum putat Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 102. num. 1.* ubi varios Authores, & rationes pro hâc concluſione adducit. Cumulat quoque in hanc ſententiam Doctores benè multos Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 8. concl. 10. in addit. ſub lit. C.* 42

Schrâd. autem *tr. feud. part. 8. cap. 2. num. 25. verſ. is autem vaſallus, & verſ. ſeq.* diſtinguit inter ea, quæ magis perſonam vaſalli, quàm feudum ipſum reſpiciunt, putà Iuramentum fidelitatis, ſervitia, & ſimilia; & ea, quæ magis ipſum feudum, quàm vaſalli perſonam concernunt, ut eſt feudi alienatio: Quò ad illa, ſubvaſallum non primi & ſuperioris domini eſſe vaſallum, ſed tantùm domini immediati: Quò verò ad ea, quæ potius feudum ipſum, quàm perſonam vaſalli reſpi-

reſpiciunt, ſubvaſallum cenſeri etiam primi domini vaſallum.

Meâ autem opinione dicendum videtur, quòd quidem principaliter ſubvaſallus immediati ſubinveſtientis domini vaſallus ſit, ſecundariò verò etiam primi domini ſit vaſallus. Principaliter ſubinveſtientis domini vaſallus eſt ipſe ſubvaſallus, quoad fidelitatis juramentum, quod ſubvaſallus ſoli immediato domino præſtare tenetur; ſiquidem ab illo tantùm, non etiam à domino ſuperiore inveſtituram accipiat, & cum ipſo immediatè contrahat, ac contrahendo ſe ei obliget, ut arguit etiam text. *in Tit. 9. in fin. princ. verſ. excepto eo, lib. 2. Feud.*

43 Eſt quoque principaliter ſubinveſtientis domini vaſallus, quoad Iurisdictionem feudalem, Solus enim immediatus dominus, non etiam dominus ſuperior in ſubvaſallum, eiusque ſubditos feudales Ius dicit, ut tradunt Dd. quos citat & ſequitur Menoch. *d. præſumpt. 102. num. 16.* Roſenth. *de feud. c. 9. concl. 32. numero 6.* Quò confert quòd ratione inſtantiarum etiam in feudis gradatim proximus quiſque adeundus ſit judex, *Tit. 12. §. ult. & Tit. 26. §. 1. verſ. hi enim, lib. 1. Feud.* Roſenth. *de feud. cap. 12. concl. 20. n. 3. & 4. & cap. 5. quæſt. 5. num. 16. & 17.*

Secun-

Digitized by Google

Secundariò autem ſubvaſallus eſt quoq; domini ſuperioris vaſallus, & Primùm quidem quoad ſervitia, quæ etiam ipſi præſtare tenetur, maximè, ut Dd. tradunt, in ſubſidium, per text. *in Tit. 34. §. ſimiliter, lib. 2. Feud.* ubi ICtus Feudiſta, Ad hoc, ait, ut feudum, ſi contigerit domino ſimiliter ſervire (ſcilicet ſubvaſallus) ut & prior poſſit. 44

Eſt deindè ſubvaſallus etiam ſuperioris domini ſecundariò vaſallus in eo, quòd ſi hũc dominũ offenderit, feudo ſuo exuitur, idq; ad immediatum revertitur dominum, text. eſt *in Tit. 55. §. illud. lib. 2. Feud.* 45

Et quia vaſallus de feudo ſuo non alium ſubinveſtire poteſt, quàm qui eiusdem eſt qualitatis, *Tit. 26. §. beneficium & Tit. 34. §. ſimiliter, lib. 2. Feud.* patet inde, quòd etiam in ſubvaſallum priori domino jus aliquod cõpetat. Quid enim intereſſet domini ſuperioris, quem vaſallus de feudo ſuo ſubinveſtiret, ſi non etiam jus aliquod in ipſum ſubvaſallum haberet.

Hâc diſtinctione de principali & ſecundario in vaſallos jure adhibitâ, ſine negocio reſponderi poteſt ad pleraſq; rationes, quas Menoch. *d. præſumpt. 102.* adducit, De tertiâ autem & quintâ Menochii ratione aliquid ſingulariter hîc dicendum arbitror. Tertia 46

illa

illa ratio petita eſt ex *Tit. 55. §. preterea ſi quis infeudatus*, *lib. 2. Feud.* Cuius loci verba ſunt: Si quis infeudatus major quatuordecim annis ſuâ incuriâ vel negligentiâ per annum & diem ſteterit, quod Feudi inveſtituram à proprio domino non petierit, tranſacto hoc ſpacio Feudum amittat, & feudum ad Dominũ redeat. Per verba à proprio domino intelligunt Interpretes ſolùm ſubinveſtientem dominum, ſed meo judicio malè. Tùm quia nullum eo in textu indicium extat de ſubinveſtiente domino, aut ſubvaſallo, ſed generalis eſt textus ille de infeudato, & eius proprio domino, Infeudatus autem dicitur omnis vaſallus, qui per inveſtituram feudum accepit, & infeudatus ille eſt, qui aliàs inveſtitus in feudorum libris dicitur. Tùm quia verbis à PROPRIO DOMINO ſignificatur ibidem non modò immediatus dominus, ſed & feudi dominus quilibet alius: & voce PROPRIO excluditur quilibet alius dominus, qui non eſt vaſalli dominus feudalis. Tùm etiam quia textus ille eſt de eo vaſallo, qui anteà quidem infeudatus fuit, ſed ꝓpter evenientem caſum, ut quia mortuus fuit dominus feudi

Digitized by Google

feudi, denuò petere infeudationem, ſive inveſtituram tenetur.

Et docet ICtus, quòd hic vaſallus inveſtituram, id eſt renovationem inveſtituræ petere debeat, non à quovis defuncti domini ſucceſſore, ſed eo tantùm ſucceſſore, ad quem feudum directo pertinet Iure, & qui proprius feudi illius dominus eſt. Poteſt fieri ut dominus defunctus reliquerit & feudales, & allódiales ſucceſſores, Petenda autem eſt inveſtitura non à ſucceſſore allodiali, ſed feudali, Atque illud eſt, meo judicio, quòd textus ille requirit, ut à proprio domino inveſtituram infeudatus petat.

Nihil ergò textus ille auxilii adfert ipſorum opinioni, qui volunt, quòd ſubvaſallus ſolius immediati ſubinveſtientis domini ſit vaſallus.

Quod attinet quintam Menochii rationem, quâ aſtruit ſubvaſallum immediati ſolùm domini vaſallum eſſe, hęc eſt: quòd ſubvaſallus ad alienationem ſubfeudi conſenſum ſolius immediati domini requirere debeat, non domini ſuperioris. Sed ratio hæc ad obtinendam concluſionem confert planè nihil, Non enim certum eſt, quòd ſubvaſallus in alienando ſubfeudo deſiderare tantùm debeat imediati domini cōſenſum, cùm alii aliud, & quidē contrarium ſentiāt, quidam 47

verò

verò diverſa proferant judicia, ita ut de hâc quæſtione quatuor ut minimum reperiantur opiniones, quas proponunt Fachin. *lib.7.controverſ Iur.cap.53.* Henric.à Roſenth. *tr.feud. cap. 9. concl.32. num. 1. & ſeqq.* Hartm. Piſtor.*lib. 2.quæſt. Iur. part.poſter. quæſt. 45. &* Vulteius *lib. 1.de feud. cap. 10. num. 63.* Incertum autem & dubium per æquè incertum & dubium probari non poteſt.

48 Quod autem meum ſit iudicium de hâc quæſtione, An ſubvaſallus cum aliēare ſuum intendit ſubfeudum, explorare debeat ſuperioris vel immediati, vel utriuſque domini conſenſum, nihil dubito ſubſcribere illorum ſententiæ, qui volunt, utriuſque domini voluntatem hîc deſiderari, Argumenta quibus hanc in ſententiam adducor, hæc ſunt: Primò certum eſt, quod vaſallus ſubinveſtiens ſi alienare velit feudū ſuum, ipſemet domini ſui conſenſum requirere teneatur, *Tit. 5. in fin. Tit. 21. §. ſiquis miles, Tit. 13. Tit. 18. §. ult. lib. 1. Feud. Tit. 9. in princ. Tit. 24. §. ult. Tit. 26. §. feudum. Tit. 38. Tit. 44. Tit. 52. §. ſi quis verò, & Tit. 55. §. callidis, lib. 2. Feud.* Cur ergò non æquè, vel potius multò magis ſubvaſallus deſideraret eiuſdem etiam ſuperioris domini voluntatem, quando ſubfeudum ſuum alienare intēdit? Cùm enim ſub-

Digitized by Google

ſubinfeudans vaſallus ſibi ipſi alienandi poteſtatem præbere nequeat, certè eam ſolus ſubinfeudato concedere non poteſt.

Hanc rationem admodum militare pro 49
concluſione hâc de exigendo etiam ſuperioris domini conſenſu, cùm intelligeret Hartm. Piſtor. *lib. 2. quæſt. Iur. quæſt. 45. num. 23.* Conatus fuit eam duobus elevare modis: Primò, ait, vaſallus ſubinfeudans, quando ſuum feudum alienat, omne ius ſuum, quod in feudo habet, transfert in alium, Quocirca abſque conſenſu domini ſui id facere non poteſt: At quando ſubvaſallus ſubfeudum ſuum alienat, transfert tantummodò jus iſtud, quod ex ſubinfeudatione conſequutus fuit, interim autem priſtinum feudi jus penes ſubinfeudantem remanet, & propterea ſubinfeudans conſentiendo ſubvaſalli ſui alienationi, ſuum feudi ius, quod ſibi retinuit, non abdicat à ſe, ſed tantùm permittit ſubvaſallo, ut ius illud, quod per ſubinfeudationẽ conſequutus fuit, in alium transferat.

Verùmenimverò hâc reſponſione primi 50
huius argumenti vires neutiquam franguntur, Subvaſallus enim per ſubinfeudationem feudum adeptus fuit, proindè & poſſeſſionem, & jus utendi fruendi, ut ſuprà do-

cui, De utriuſque poſſeſſionis ſcil: feudalis, & juris utendi fruendi alienatione hîc agitur, & quæritur, Num alienatio iſthæc abſq; domini ſuperioris conſenſu fieri poſſit? quod negandum arbitror, motus hâc quam adduxi ratione, quòd nec ipſemet ſubinfeudans abſque voluntate ſui domini per veram alienationẽ feudalis rei poſſeſſionem, & jus utendi fruendi alii concedere poſſet, proindè multò minus id poſſe debeat ſubvaſallus abſque arbitrio ſuperioris domini.

51 Alter modus, quo Hartman. Piſtor. infirmare conatur prius illud argumentum, hic eſt: Vaſallus poteſt feudum ſuum ſine domini conſenſu alteri per ſubinfeudationem concedere, poteſt ergò etiam ſolus abſque ſuperioris domini conſenſu conſentire ſubvaſallo alienanti ſubfeudum. Atqui hoc modo nihil decerpitur argumento noſtro primo, eò quòd à ſubinfeudatione, ad veram alienationem haud rectè arguitur, ſubinfeudatio enim permiſſa eſt jure, abſque domini conſenſu, ut ſuprà docui, At jus alienandi feudum ſine domini conſenſu permiſſum non eſt.

52 Secundò ad obtinendam concluſionem, quâ aſtruitur, non ſolius ſubinfeudantis, ſed & domini ſuperioris conſenſum neceſſarium

rium eſſe ſubvaſallo, ſubfeudum ſuum alienare volenti; hæc ratio aptiſſimè adduci poteſt: Subinfeudans conſentiendo ſubvaſallo alienanti ſubfeudum, ipſemet alienare feudum cenſetur. Vt ergò ad eam alienationem, quæ fit ab ipſomet vaſallo, ſuperioris domini conſenſu opus eſt, ita quoque eiuſdem conſenſus neceſſarius eſt in ſubfeudi alienatione.

Tertiò adiungi poteſt & hoc argumentũ: Quæ ratio eſt, cur primo vaſallo adempta ſit poteſtas alienandi feudum abſque domini conſenſu, eadem ratio æquè militat in ſubvaſallo. Ratio autem illa hæc eſt: quòd alienato feudo, & jure utendi fruendi amiſſo, vaſallus debita ſervitia domino directo amplius commodè præſtare non poteſt, Vnde ipſius domini vires attenuantur, & Reipublicæ ſplendor deformatur, utilitas minuitur, planeque evertitur, *Tit. 52. in princ. & Tit. 55. in princ. lib. 2. Feud.* Quocirca nec ſubvaſallus abſque ſuperioris & directi domini conſenſu ſubfeudum ſuum alienare poteſt, Alioqui enim invitus commodum illud, contra fas & æquum amitteret dominus ſuperior, id quod juris Regula non admittit, *l. id quod noſtrum 11. ff. de Reg. Iur.* 53

 Quar-

54 Quartò ſubnecti poteſt huiuſmodi quoque argumentum: Quod plures tangit, ab illis omnibus adprobari debet, *l. ult. C. de autorit. præſtand. c. quod omnes tangit, Tit. de Reg. iur. in 6.* Sed feudi alienatio quam facere intendit ſubvaſallus, tangit non ſolúm ſubinfeudantē, ſed & ipſum dominum directum ſuperiorē, Tùm quia eius quoque intereſt, ne invitus per feudi alienationem debita ſibi feudi ſervitia amittat, ne item invitus deſinat Reipub. ſplendori & commodo eſſe, per text. *in d. Tit. 52. in princ. & d. Tit. 55. in princ. lib. 2. Feud.* Tùm etiam quia aut ipſum feudum hoc eſt, ius utendi fruendi ſolum alienatur, aut cum eo jure alienatur quoque ipſa res feudalis. Priori caſu alienatio abſque ſuperioris domini conſenſu fieri non poteſt, quia ipſi invito vaſallus alius pro alio obtrudi nō poteſt, *Tit. 12. de fratrib. de novo benef. inveſt. §. ult. verſ. ne fortè dominus, lib. 2. Feud.* Menoch. *conſ. 1. num. 134. lib. 1.* Poſteriori caſu domini ſuperioris conſenſus ideò hîc deſideratur, quia nemo invitus rem ſuam amittit, *l. id quod noſtrum eſt, 11. ff. de Reg. iur. & l. ſi procurator 35. ff. de adquir. rer. dom.*

55 Poſtremò eidem huic concluſioni ſuum aſſenſum præbent etiam Andr. de Iſernia *ad d. Tit. 55. in princ. num. 8. & 9. lib. 2. Feud.*

Iacob.

Digitized by Google

Iacob. de Ardiz. *Tit. quib. mod. feud. amitt. Rubr. nunquid ſufficiat conſenſus maioris cap. 103.* Franciſc. Sonsbeck. *in comm. in uſus feud. part. 12. num. 91. in fin. & ſeq.* Schrad. *tr. feud. part. 8. cap. 2. ſub limitat. 5. num. 26. verſ. quinimò cum vaſallus*, Matth. de Afflict. *decis. 282. num. 5.* Gribald. *in theſaur. comm. opin. ſub lit.* F. *in verb.* Feudum, *verſ. in alienatione feudi*, Menoch. *conſ. 226. num. 158. in fin. & aliquot ſeqq.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 63. verſ. ſanè & hoc poſtremum*, ubi aſſerit, quòd hæc ſententia rectius jure defendi poſſit.

Concluſioni huic noſtræ nihil decerpit 56 text. *in d. Tit. 55. in princ. verſ. habito ergò*, ibi, ſine permiſſione ILLIVS DOMINI ad quē feudum ſpectare dignoſcitur *lib. 2. Feud.* Tùm quia per FEVDVM ſignificatur ibi RES IPSA FEVDALIS, quæ cùm ad directum pertineat dominum, *Tit. 23. §. ult.* ibi penes dantem remaneat, *lib. eod. Feud.* certè illius loci ſenſus hic eſt, quòd abſque conſenſu directi domini ſubvaſallus alienare non poſſit feudum. Tùm etiam quia per verba ILLIVS DOMINI, ad quem feudum ſpectare dignoſcitur, nō abſurdè intelligimus utrumque dominum, tàm ſuperiorem & directum, quàm proximum immediatum dominum: Nam ut hic principali-

ter dominus eſt ſubvaſalli, ut patet ex *eod. Tit. 55. §. illud quoque, lib. 2. Feud.* Sic & ſuperior dominus eſt quoque ſubvaſalli dominus: quippe cùm ſubvaſallus etiam ſuperiori domino præſtare ſervitia teneatur, *Tit. 34. de Lege Corradi, §. ſimiliter*, ibi, domino ſimiliter ſervire, ut & prior poſſit, *lib. eod. Feud.* Et ſi offenderit dominum ſuperiorem, æquè feudum perdit, ac ſi proximum offenderit dominum, *d. Tit. 55. §. illud quoque lib. eod. Feud.*

17 Neque etiam attenuat concluſionẽ hanc, quòd appellationes gradatim ad iudicem proximè ſuperiorem, non confeſtim ad ſupremum, omiſſo iudice intermedio fieri debent, *l. Imperatores 21. ff. de appellat. c. dilecti 66. Extr. d. tit.* Ratio enim diverſitatis eo continetur, quòd Iudicis ſupremi juriſdictio nõ violatur per appellationem, ad proximè ſuperiorem judicem factam; At quando ſubvaſallus abſque domini ſuperioris conſenſu ſubfeudum ſuum ex ſolius immediati domini voluntate alienat, præiudicat ſanè ſuperiori directo domino, ut cui invito novum quærit vaſallum, quòd fieri non poteſt, *d. Tit. 12. §. ult. lib. 2. Feud.*

18 Tertiò non infringit pronunciatum hoc noſtrum, quod dicitur, vaſallus vaſalli mei non

Digitized by Google

non eſt vaſallus meus, ſicuti nec ſocius mei ſocii, meus eſt ſocius. *l. nam ſocii 20. ff. pro ſocio.* Prius enim illud de vaſallo, verum ſolummodò eſt in vaſallo mei vaſalli, qui feudum poſſidet, non ex meo feudo, ſed de aliâ re vaſalli mei, Hic vaſallus vaſalli mei non eſt meus vaſallus, ut ſentiunt Dd. quos refert, & probat Schrad. *tr. feud. part. 8. cap. 2. num. 25.* Et quod de ſocio dicitur ſocii mei, eandem habet rationem, quæ conſideratur in vaſalli mei vaſallo, qui feudum poſſidet in aliâ re, quàm meo feudo, Socius mei ſocij eſt aliarum rerum, & negociorum, quàm illorum quorum nomine ego & ſocius meus ſocii ſumus: At ſubvaſallus mei vaſalli poſſidet in feudum rem meam, quam à me vaſallus meus in feudum accepit, Bald. *in l. 1. num. 9. C. communia de legat. & fideicom.* Et ſocius mei ſocii obligatus mihi non eſt eiusdem ſocietatis nomine, at ſubvaſallus mei vaſalli eſt mihi eiusdem feudi nomine obligatus, tùm quòd & mihi ſervire in ſubſidium tenetur, *d. Tit. 34. §. ſimiliter, lib. 2. Feud.* Tùm etiam quòd ſi erga me etiam fidelis non ſit, ſed offenderit me, ſubfeudi ſui amiſſione multatur, *d. Tit. 55. §. illud quoque præcipimus, lib. eod. Feudor.*

59 Quartò nihil obſtat, quòd vaſallus per ſubinfeudationem, Iure feudorum ita diſponente, dominus efficitur ſubinfeudati, proindeque ſubinfeudatus quando ſubfeudum alienare intendit, conſenſum à ſubinfeudante requirere tenetur; ita argumentatur Hartm. Piſtor. *d. quæſt. 45. num. 9.* Sed ut dixi, id non obſtat; Nam ut ſubinfeudans dominus eſt ſubinfeudati vaſalli, ſic & prior directus dominus ſimiliter eſt ſubvaſalli dominus, ut anteà ex *d. Tit. 34. §. ſimiliter, & d. Tit. 55. §. illud quoque, lib. 2. Feud.* oſtendi, Quin etiam dominus directus & ſuperior maius habet dominium in ſubfeudo, quàm ipſe ſubinfeudans vaſallus. Tùm quia res ipſa feudalis, quam poſſidet ſubvaſallus, quâque idem fruitur, proprietatis Iure pertinet ad ſuperiorem dominum, non ad ſubinfeudantem; Tùm etiam, quia ſubvaſallus feudi regalis minor eſt dignitate, quâm ipſe vaſallus primus, & ſubvaſallus ſubvaſalli dignitate inferior eſt, quàm primus ſubvaſallus, per text. *in Tit. 10. lib. 2. Feud.*

60 Quintò nihil impedit, quòd ſubfeudum, quando ſubvaſallus ob ſuam culpam eo privatur, non ad ſuperiorem directum, ſed immediatum ſubinfeudantem redit dominum, *d. Tit. 55. §. illud quoque, lib. 2. Feud.* Cùm enim

ſub-

ſubinfeudans vaſallus vacuus ſit eâ culpâ, ob quam ſubvaſallus feudum amittit, æquum non eſt, ut ob culpam alterius, nempè ſubvaſalli feudo ſuo privetur, per text. *in Tit. 21. de feud. ſin. culp. non amittendo lib. 1. Feud.*

Nec quicquam in contrarium facit, quòd ſi dominus ſuperior reuerâ manſiſſet etiam ſubvaſalli dominus poſt ſubinfeudationem, magis ad ipſum, quàm ad ſubinfeudantē dominum ſubfeudum illud amiſſum redire deberet, ſiquidē feudum culpâ vaſalli in dominum commiſſâ, ad dominum eundem revertitur, ut ipſe hanc ſuæ iniuriæ ultionem habeat, *Tit. 34. §. ult. lib. 2. Feud.* Cùm enim vaſallus maneat vaſallus domini ſui, fas eſt, ut ſubfeudum poſſeſſionis, & uſusfructus jure ad ipſum, non ad ſuperiorē revertatur, quippe cùm vaſallus ſubinveſtiens non aliter ſit habendus hoc caſu ac ſi nunquam à ſe dimiſiſſet feudum. 61

Quò etiam confert, quòd unaquæque res facilè ad priſtinam naturam ſuam reuertitur, *l. ſi unus 27. §. pactus, verſ. ne in ſpecie*, ubi Iaſon *num. 15. & ſeqq. ff. de pact. l. hâc conſultiſſima, 21. §. ſi quis autem, C. de teſtam. can. ab exordio, ubi Gl. 35. diſtinct.* Iaſon *in l. filiofam, 11. num. 64. ff. de legat. 1.* Hartm. Piſtor. *lib. 2. quaſt. iur. quaſt. 36. num. 4. & quaſt. 41. num. 13.*

 Sextò

62 Sextò nihil detrahit concluſioni noſtræ, quòd Fridericus Imp. *in d. Tit. 55. in princ. lib. 2. Feud.* loquitur nō tantùm de Principibus Imperii vaſallis, ſed & quibuſvis aliis Regni fidelib. id eſt vaſallis, ac cōſtituit, ut alii quoq; vaſalli, feudum ſuum abſque licentiâ, & permiſſione ILLIVS DOMINI, ad quem feudum ſpectare dignoſcitur, non alienent. Cùm enim per alios Regni fideles, ſive vaſallos, non expreſſè & diſertè denotet Imperator ſubvaſallos ipſorum Principum, ſed quoslibet feudorum dominos, non poteſt eo ex textu concludi neceſſariò, quòd ſubvaſalli ad alienationem ſubfeudi deſiderare debeant ſubinfeudantis ſolùm domini conſenſum; non etiam voluntatem ſuperioris domini.

63 Septimò negocium hîc nobis facit nullū, quòd cauſa, ob quam vaſallus ſine domini cōſenſu feudum alienās, privatur feudo ſuo, eſt contemptus domini, *Tit. 24. §. ult. in fin.* ibi, quia dominum contemnere videtur, *lib. 2. Feud.* Contemptus enim hic non ſolùm immediatum, & proximum, ſed & ſuperiorem reſpicit dominum, quamvis id neget Hartm. Piſtor. *lib. 2. quæſt. Iur. quæſt. 45. num. 21.* Superiorem, inquam, dominum concernit etiam contemptus ille, tùm quia ipſius eſt

Digitized by Google

eſt proprietas rei feudalis, quæ alienatur à ſubvaſallo, non ea eſt vaſalli ſubinfeudantis: Tùm quia ſubvaſallus eſt quoq; domini ſuperioris vaſallus, cùm etiam teneatur ſervire, *d. Tit.* 34. *§. ſimiliter, lib.* 2. *Feud.* Tùm etiam quia ſubvaſallus ſervitia præſtare non poteſt vel proximo, vel ſuperiori domino, alienato feudo, & ejus commodo per alienationem amiſſo, *Tit.* 52. *in princ. & Tit.* 55. *in princ. lib. eod. Feud.* Tùm poſtremò quia etiam ſubvaſallus ſi offendat ſuperiorem dominum, æquè perdit ſubfeudum, ac ſi proximum dominum ſuum offendat, ut & ſuprà dixi ex *d. Tit.* 55. *§. illud quoque, lib. eod. Feud.*

Octavò non officit pronunciato noſtro, quòd ſubvaſallus quando alienat ſubfeudum, jus tantummodò iſtud alienat, quod 64
ex ſubinfeudatione conſequutus fuit, quod jus cùm per ſubinfeudationem abſque domini ſuperioris conſenſu vaſallus tribuere potuerit ſubvaſallo, poteſt illud etiam ſubvaſallus ſolius ſubinfeudantis cõſenſu alienando in alium transferre, quo argumento utitur Hartm. Piſtor. *d. quæſt.* 45. *num. ult.* Non inquam, id officit, Quando enim ſubvaſallus alienat ſubfeudum ſuũ, non ſolùm jus ſuum ſubfeudale proprium alienat, (alioqui n. non alienatio, ſed ſubinfeudatio

eſſet,

eſſet, quod hîc ſummè notandum eſt) ſed alienat etiam Ius domini, & non ſolùm inferioris, ſed & ſuperioris domini: Subvaſallo enim alienante feudum, poſſeſſio eius, & jus utendi fruendi neque apud vaſallum ſubinfeudantem, neque penes ſubinfeudatum remanet, ſed tranſit ad eum, in quem fit alienatio, atque ita uterque vaſallus prior & ſubvaſallus deſinit eſſe idoneus ad ſervitia domino præſtanda, *Tit. 52. in princ. & Tit. 55. in princ. lib. 2. Feud.*

Nec poteſt hæc elevari ratio hâc inſtantiâ, quòd per alienationem feudi nanciſcatur dominus alium novum vaſallum, qui ipſi præſtare ſervitia poſſit. Nam per alienationem invito domino alius vaſallus obtrudi non poteſt, *d. Tit. 12. §. ult. verſ. ne fortè, lib. 2. Feud.* Et feudum illicitè alienatum deſinit eſſe feudum apud eum, in quem alienatum eſt, *Tit. 26. §. feudum eâ lege, verſ. quòd ſi vaſallus, lib. eod. Feud.*

65 Nonò contra pronunciatum quod defendimus, Hartm. Piſtor. *d. quæſt. 45. num. 19.* duplicem obijcit rationem, Prior eſt, quòd vaſalli dominorum, qui ſub Rege Romano ſunt, non ipſum Regem, ſed dominos ſuos adiuvare jubeantur. Poſterior eſt, quòd non ipſe Rex, ſed qui ſub Rege ſunt, domini

Digitized by Google

mini vaſallorum appellentur in *Tit. 54. de Allodiis, verſ. ut autem æquitas, lib. 2. Feud.* Vnde concludit ipſe Piſtoris, ſuperiorem dominum nullum poſſe exercere jus dominii in ſubvaſallum, ſed hoc competere duntaxat immediatis dominis, proindè in ſubfeudi alienatione deſiderari ſolùm ſubinfeudantis non etiam ſuperioris domini conſenſum. Sed hæc ratio Hartmanni Piſtoris extrui non poteſt ex *d. Tit. 54. verſ. ut autem, lib. 2. Feud.* verbis enim DOMINVM SVVM & verbis à DOMINO SVO, non ſignificatur vaſallus Regis, qui dominus ſit ſubvaſalli, qui non adjuuit ſuum dominum ſub Rege, Sed DOMINI appellatione denotatur ibi, qui quidem feudalis eſt dominus vaſalli ſui, at ipſemet non eſt vaſallus Regis.

Eſt quidem textus ille de domino comitante Regem, in publicâ expeditione Romam ſuſcipiendæ Imperij Coronæ causâ abeuntem. At non omnis dominus Feudalis, qui Regem Romā abeuntē comitatur, eſt vaſallus Regis, cùm & alii Proceres Imperii, qui non feudum, ſed allodia poſſident, vocati à Rege, cum ipſo Romam proficiſci teneantur, & nullum verbum eo in textu extat, ex quo certò convincatur, quòd per domini

mini appellationem ſignificetur ibi vaſallus Regis, qui ſit dominus ſubvaſalli.

Decimò idem Hartm. Piſtor. *d. quæſt. 45.*
66 *num. 20. & num. 23.* hunc arguit in modum: ſubvaſallus etiam inſcio domino ſuperiore ſubfeudum conſequitur à ſubinfeudante vaſallo, domino ſuo immediato, ergò poteſt quoque ſubvaſallus ipſo domino ſuperiore inſcio & irrequiſito alienare ſubfeudum ſuum ex ſolius immediati domini conſenſu, cùm nihil amplius interſit domini ſuperioris, ad quem hoc jus, quod ſemel ſine conſenſu ſuo per ſubinfeudationem in alium tranſlatum eſt, porrò tranſeat. At quia alia ratio eſt alienationis feudi, quàm ſubinfeudationis, argumentum illud neutiquam procedit. Subinfeudatio jure permiſſa eſt vaſallo, Alienatio verò non item, & per ſubinfeudationem jus ſuperioris domini non imminuitur. Per alienationem verò ſubfeudi jus domini attenuatur, ut manifeſtè oſtendi in refutatione argumenti ſeptimi. Et licet inſcio domino directo ſubinfeudatio fieri poſſit, haud tamen ignorare debet ſubvaſallus, ſubfeudum eſſe, de quo inveſtitur à vaſallo ſubinfeudante, Alioqui enim injuſtè cautum eſſet *in d. Tit. 55. §. illud quoque lib. 2. Feud.* ſubvaſallum multari ſubfeudo ſuo ſi directum & ſuperiorem dominum offendat.

Digitized by Google

dat. Et quia ſubvaſallus etiam directo, & ſuperiori domino ad ſervitia obſtrictus eſt, ut ſuprà docui, non debet ignorare, quòd ſit ſubvaſallus, quodque ſubfeudum ſit, quod poſſidet à ſubinfeudante.

Vndecimò ab ipſo Hartmanno Piſtoris *d. quæſt. 45. num. 21.* tale adducitur argumentum: Dominus ſuperior & directus in vaſallo ſubinfeudante retinet priſtinum jus ſuum, & perſona illius vaſalli non immutatur: Nullam ergò conquerendi cauſam habet ipſe directus dominus, licet ſuus conſenſus ad ſubfeudi alienationem non requiratur. Sed huius Enthymematis antecedens verum non eſſe, eluceſcit partim ex dictis in refutatione argumenti ſeptimi: partim etiam ex rationibus, quib. removi argumentum octavum. 67

Duodecimò Hartm. Piſtor. *d. quæſt. 45. num. 19.* hoc utitur argumento: Non dominus directus, ſed ſolus prior vaſallus vocatur dominus ſubvaſalli *in d. Tit. 55. §. illud quoque,* ibi, dominum domini ſui, item ibi, ad dominum ſuum, item ibi, niſi vaſallus, idemq; dominus, *lib. 2. Feud.* Ergò ſubvaſallus, quando ſubfeudum ſuum alienare præſumit, conſenſum duntaxat domini ſui immediati requirere tenetur. Sed antecedens enthymematis falſum arguitur ex eodē textu, 68

ubi

ubi dominus feudi directus, ſuperior, maior appellatur ſubvaſalli dominus, his verbis: niſi requiſitus maiori domino paratus fuerit ſatiſdare: item his verbis: eum qui maiorem dominum offenderit. Habet igitur ſubvaſallus maiorem, habet & maiorem dominum, Maior ipſius dominus eſt feudi directus dominus; Minor dominus ipſius eſt ſubinfeudans vaſallus.

69 Præterea Hartm. Piſtor. *d. quaſt. 45. num. 21. in fin.* hoc depromit argumentum: jus ſubinfeudationis ualet tantùm in vitâ ſubinfeudatis vaſalli, quippe cùm reſoluto ſubinfeudantis jure, jus quoque ſubinfeudati reſolvatur, proindeque domino ſuperiori nihil præiudicii per alienationem ſubfeudi adferatur, æquitatis ergò ratio poſtulat, ut tantùm immediati domini conſenſus ad feudi alienationem requiratur, non etiam domini ſuperioris. Sed hoc argumentum non deſtruit concluſionem, quam defendimus, tùm quia Feudiſtarum opinio de Antecedente propoſiti enthymematis concors non eſt, propter text. *in Tit. 9. §. ſi verò verſ. eo excepto, lib. 2. Feud.* Tùm quia vera non eſt præmiſſa argumentationis illius propoſitio connexa, quæ hæc eſt: Si jus ſubinfeudationis valet tantùm in vitâ ſubfeudantis, æquitatis

Digitized by Google

tatis ratio poſtulat, ut ad ſubfeudi alienationem requiratur tantùm ſubinfeudantis conſenſus, non domini ſuperioris. Non eſt inquam, vera annexa hæc propoſitio. Quamvis enim jus ſubinfeudationis reſolveretur, reſoluto jure ſubinfeudãtis vaſalli, haud tamen ſequeretur ex eo, æquum eſſe, ut in ſubfeudi alienatione ſuperioris domini conſenſus omitatur, & nullum ſuperiori domino præiudicium per alienationem adferatur. Nam alienato feudo, & jure uſusfructus feudalis per alienationem amiſſo, etiam dominus ſuperior feudalia ſervitia amittit, cùm vaſallus ea præſtare amplius non valeat, *d. Tit. 52. in princ. & d. Tit. 55 in princ. lib. 2. Feud.* Et quia directus ac ſuperior feudi dominus maior eſt dominus ſubvaſalli, minor verò dominus ſubinfeudans vaſallus, ut ſuprà docui; æquum certè eſt, ut ad ſubfeudi alienationem etiam maioris illius domini conſenſus deſideretur.

Hæc ſunt Domini Hartmanni Piſtoris argumenta, ſpecioſa quidẽ, at non, uti reor invicta, quemadmodum dilucidè, vereque hactenus planum feci, non ſolùm argumentis, quæ pro ſtabiliendâ concluſione noſtrâ adduxi ſuprà, ſed & rationibus illis ſolidis, quibus fundamenta opinionis contrariæ pe-

Ee nitus

nitus deſtruxi: quàmvis ipſe Piſtoris *d. quaſt. 45. num. 23.* abſonam eſſe iudicet ſententiam cuius defenſioni operam damus.

70 Nititur autem cumprimis hoc fundamento, quòd ſubvaſallus alienans ſubfeudum, non ipſum alienat feudum, quod directus dominus primo vaſallo conceſſit, ſed alienet tantùm jus ſuum, quod ex ſubinfeudatione & conceſſione ſubinfeudantis accepit: quâ opinione imbutus eſt quoque Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. concluſ. 32. num. 18. 19. & 20.* ubi addit, quòd loco ſubinfeudati vaſalli alienantis ſubfeudum, alius fiat ſubvaſallus ſubinfeudantis.

At non video, quî hâc ratione opinio iſthæc ſalvari poſſit: Quæſtio eſt de ſubfeudi alienatione, an ea abſque directi domini conſenſu licitè fieri poſſit, ex ſolo ſubinfeudantis conſenſu? Negativæ patrocinium præſto, nec adverſatur illud Piſtoris, & Roſenthalii argumentum, Nam ſubfeudum non aliud eſt feudum, quàm quod vaſallus à directo accepit domino, unde etiam ſubfeudum appellatur, Quocirca ſubvaſallus non ſimplex aliquod jus habet ex ſubinfeudatione, quod nudum ſit, & ſeparatum à poſſeſſione rei feudalis, & jure utendi fruendi re eâdem, quam habuit prior vaſal-

vaſallus,ut ſuprà docui. Hoc utrumque jus & poſſeſſionis & uſusfructus per alienationem tranſit ab ipſo alienatore ſubvaſallo ad alium,proindè non video,cur non etiam ſuperioris domini conſensũ requirere debeat ſubvaſallus, quando ſubfeudum alienare præſumit.

Alia conditio eſt ſubinfeudationis,ut quę jus feudi aliquòd relinquit apud infeudantem, ut ſuprà docui, unde etiam permiſſa eſt vaſallo ſubinfeudatio, non autem alienatio, *Tit. 48. in fin. lib. 2. Feud.* Et quia ſubinfeudationis jus ſingulare eſt, ſpecialiter vaſallo contra juris rationem tributum, non debet ad alienationem extendi *l. ius ſingulare 16. iunct. duab. legib. præcedentib. ff. de legib.*

Hanc non impedit ſententiam replicatio ex Roſenthalio prolata, quòd ſcil. in locum ſubvaſalli per alienationem illam ſaltẽ alius ſubſtituatur ſubvaſallus, Nã ſi quid ponderis haberet pronunciatum hoc, excuſare eodem ſe poſſet modo vaſallus, quando feudum ſuum hoc animo alienat, ut is, in quem fit alienatio, domini vaſallus ſit, ſed nihil proficit vaſallo defenſio hæc, ut conſtat ex textu *in d. Tit. 12. de fratrib. de novo benef. inveſt. §. ult. verſ. ne fortè dominus, lib. 2. Feud.* 71

Ee 2 Quod

72 Quòd ſi commodum non fuerit ſubvaſallo deinceps retinere ſubfeudum, poſſet illud in manus ſui domini ſubinveſtientis vaſalli refutare, ut ipſemet alium quendam de eo ſubinfeudaret, atque ita novum ſibi ſubvaſallum loco refutantis quæreret, & ita evitaretur occaſio efficiendi ex feudo allodium, quæ certè occaſio per alienationem ſubfeudi datur, quando ſubvaſallus rem feudalem, eaque utendi fruendi jus alienat.

73 Quòd ſi obiiciatur hîc, conſenſum ſubinfeudantis, quem ipſe accommodat alienanti ſubvaſallo, eſſe loco ſubinfeudationis, reſponderi poteſt, alienationem, & fictam ſubinfeudationem non carere fraudis ſuſpicione, cùm tamen fraus omnis â ſubinfeudatione abeſſe debeat, *Tit. 9. in princ. verſ. ſi verò, & Tit. 26. §. beneficium, lib. 2. Feud.*

Quàmvis autem (ut hactenus oſtendi) ſubvaſallo ad alienandum ſubfeudum non ſufficiat ſolius domini immediati conſenſus, ſed etiam ſuperioris domini arbitrium & voluntas deſideranda ſit: Si tamen Feudum ſit Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baronia, deq; eo res quædam particulares ſubinfeudari ſolitæ, alicui in ſubfeudum datæ ſint, & ſubvaſallus hoc ſuum ſubfeudum alienare velit, ſolius proximi, non etiam neceſſa-

ceſſariò ſuperioris, & directi domini conſenſum requirendum eſſe volunt poſt alios Schrad. *tr. feud. part. 8. cap. 2. num. 26. verſ. vel niſi primus*, Hartm. Piſtor. *d. quæſt. 45. num. 13. lib. 2* & Henric. à Roſenthal *tr. feud. cap. 32. num. 8. & ſeqq.* cui concluſioni ſubſcribendum iudico, Tùm quia vaſallus ille ſubinfeudans pro directo habetur domino reſpectu ſubvaſalli, ut ſentiũt, alios ſequuti Hart. Piſtor. & Roſenth. dictis locis. Tùm quia ſolius rei particularis alienandæ gratiâ adire Imperatorem, directum feudi dominũ, non modò grave eſſet ſubvaſallo, ſed & moleſtum ipſimet Imperatori. Tùm etiã quia Imperii vaſalli, ut ſunt Rex, Dux, Comes, Baro hodie ſuo in Regno, Ducatu, Marchionatu, Comitatu, Baronatu perpetui ſunt Magiſtratus, & tantùm poſſunt ſuis in feudalibus Provinciis quoad ſubditos ſuos, ſuaque territoria, quantum Imperator in Imperio, Roland. à Valle *conſ. 86. num. 20. & ſeq. vol. 1.* Paul. de Caſtro *conſ. 225. incip. ſuper primo dubio, part. 2.* Ioann. Borch. *de feud. cap. 5. num. 37. & in explicatione cap. unici, Quæ ſunt Regalia, num. 8.* Tùm poſtremò quia concluſio hæc conſuetudine & uſu recepta eſt, ut aliis in Regionibus & terris, ſic & in Germaniâ noſtrâ. De Galliæ cõſuetudine teſtatur Chaſ-

ſenæus *in conſuetud. Burgund. Rubr. 3. §. 8. in fin. verſ. practica tamen noſtra, mihi pag. 491.* tùm etiam de conſuetudine hâc in Regno Neapolitano quoad feuda non quaternata, ſed plana, & de tabulâ ſcribit Camerar. *in repetit. l. Imperialem, Tit. 55. de prohib. feud. alien. per Frideric. pag. 584.* De uſu Germaniæ noſtræ idem teſtantur Hartm. Piſtor. *d. quæſt. 45. num. 15.* & Henric. à Roſenth. *d. cap. 9. concl. 32. num. 11. & 16.*

Si ergò ſubvaſallus qui ſubfeudum ſuum â quodam Imperii Principe, Duce, Marchione, Comite, vel Barone, ex eius Imperii feudo poſſidet, alienare velit ſubfeudum illud; non Imperatoris ſed imediati domini cõſenſum tenetur requirere, idq; nominatim tradit etiam Schrad. *d. part. 8. cap. 2. n. 26. verſ. vel niſi primus*, ut & Hartm. Piſtor. *d. quæſt. 45. num. 15.* & Henric. à Roſenth. *d. cap. 9. concl. 32. ubi num. 16.* puto, ait, inauditum eſſe, quòd vaſalli Regum, Electorum, Principum, Comitum, & Baronum pro alienandis feudis ſuis, quæ ſint ſubfeuda à Regnis, Ducatibus, Comitatibus, Baroniis dependentia, Imperatorem, aut alium dominum primum unquam requiſiverint. Et ita quotidiè videmus uſu ſervari, in iudicio de eo nunquam diſceptari, benè tamen ita conſultos reſpondiſſe adverti.

Atque

A que hæc eſt prima limitatio concluſionis, quâ cum pleriſque aliis ſentio, ad ſubfeudi alienationem non ſolùm immediati, ſed & ſuperioris domini conſenſum eſſe requirendum.

Altera limitatio eſt illa, ſi vaſallo per inveſtituræ pactum data ſit poteſtas alienandi feudum illud. Hoc caſu poteſt hic vaſallus ſolus ſubvaſallo ſuo ſubfeudum alienare volenti, conſenſum præbere, ita alios ſequuti tradunt Nicol. Mozz. *tract. de feud. cap. ult. num. 1; 2. verſ. vel dicas, quòd ſecunda opinio,* Schrad. *tr. feud. part. 8. cap. 2. num. 26. verſ. vel niſi primus atque directus.* Et hæc limitatio probatur textu *tit. 48. de feud. non habente propriam feudi nat. lib. 2. Feud.* ubi dicitur, quòd propoſito caſu vaſallus ſuum alienare poſſit feudum etiam abſque domini conſenſu, unde meritò concludendum, quòd ſolius vaſalli huius, ut proximi domini conſenſus ſubvaſallo ad alienationem ſubfeudi ſufficiat. 74

Adiungi poteſt & hæc limitatio, ſi ex conſuetudine ſolius immediati & proximi domini conſenſus ſufficiat, de quâ limitatione uidendi Dd. Feudiſtæ apud Roſenth. *d. concl. 32. in fin. in addit. ad lit.* R. 75

Adducunt aliqui concluſionis noſtrę limi- 76

tationem etiam in caſu, quo ſuperior directus, & mediatus dominus abeſt, & longo terrarum ſpacio diſſitus, brevi reverſurus non eſt, quo caſu proximi immediati domini conſenſum ſufficere cenſent; ita volunt poſt Aluarotum & alios ex recentioribus etiam Zaſius *de feud. part. 9. num. 34.* Mozz. *tr. de feud cap. ult. num. 152. verſ. contrariam opinionem*, Mynſing. *cent. 6. obſ. 66. num. 3. verſ. niſi is longo*, Gribald. *in communib. opin, ſub lit. F. verbo* Feudum, *verſ. in alienatione feudi*, Hartmar. Hartmanni ab Epping. *lib. pract. obſ. Tit. 54 de feud. obſ. 39.* & Schrad. *d. part. 8. cap. 2. n. 26. verſ. niſi forſan.*

At hæc limitatio juris Feudalis authoritati minimè congruit. Abſentia enim domini non efficit, ut vaſallus ſine conſenſu ipſius feudum alienare poſſit. Exſpectari enim debet cõſenſus abſentis domini, argumento text. *in Tit. 33. de conſuetud. recti, feudi §. quod autem dictum eſt*, ibi, quia etiamſi abſint, tamen exſpectandi ſunt, *lib. 2. Feud.* Confert eodem quòd nec abſque domini banniti vel excommunicati conſenſu vaſallus feudum alienare poteſt, ut volunt Dd. Feudiſtæ, quos citat & ſequitur Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. concl. 5. num. 5. ſub lit.* C.

77 Elegans eſt & utilis de ſubinfeudatione & hæc quæſtio, An finito ſubinfeudantis ju-

re,

Digitized by Google

re, finiatur quoque ſubinfeudati vaſalli jus? Exempli gratiâ vaſallus ſubinveſtiens nullo relicto feudali ſucceſſore moritur, Quæritur ergò, cùm aliâs hoc caſu feudum pleno jure ad dominum regulariter revertatur, *Tit. 5. §. rurſus, Tit. 13. §. etſi clientulus, lib. 1. Feud. Tit. 9. §. 1. verſ. ſin autem, Tit. 12. & Tit. 8. lib 2. Feud.* an etiam ſubfeudum ad dominum redeat, vel dominus ex jure ſubinfeudationis ſubvaſallo feudum relinquere, atque ipſum agnoſcere ſuum vaſallum cogatur, nec nè? Ad dominum reverti ſubfeudum, arguit textus juris Feudorum *in Tit. 4. §. ult. lib. 1. Feud.* Vbi ICtus Feudiſta ſcribit, quòd quamdiu inveſtitor vivit, ſubvaſallus feudo fruatur; at poſt mortem vaſalli ſubinfeudantis, feudum ad ipſum directum dominum liberè revertatur. Atque hoc textu moti feudorum Interpretes definiunt, quòd reſoluto jure vaſalli ſubinveſtientis, reſolvatur quoq; jus ſubinveſtiti vaſalli. Adducunt quoque textum *in Tit. 18. apud quem vel quos controverſia feudi definiatur, §. ſi aliquis, & Tit. 13. de alienatione feudi §. etſi clientulus lib. 1. Feud.* Huius ſententiæ authores & approbatores recenſent Curt. Iun. *tr. feud. part. 4. num. 85.* Weſemb. *conſ. 73. num. 56. & ſeq.* Schrad. *tr. feud. part. 8. cap. 2. num. 22.* Hartm. Piſtor. *lib. 2.*

quæſt. iur. quæſt. 44. num. 10. & Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. concl. 49. in addit. ſub lit.* A.

78 Verùm ſententiæ contrariæ patrocinatur text. *in Tit. 9. qualit. olim. poter. feud. alien. §. ſi autem diſſentiente, verſ. eo excepto lib. 2. feud.* ubi tradit Feudiſta, quòd ille qui ſecundo loco beneficium accepit, illud non amittat, ſi priori domino ſervire, & ab eo feudum recognoſcere voluerit. Qui textus clariſſimè definit, ſubinfeudationẽ adeò firmam eſſe, ut defuncto ſubinfeudante, directus dominus etiam invitus eam ratam habere cogatur, ſi ſubvaſallus intra tempus petendæ inveſtituræ ſua obſequia, & ſervitia domino offerat, & inveſtituram petat. Id quod cenſet etiam Curt. Iun. *tr. de feud. d. part. 4. num. 85. verſ. ego multùm dubito,* nec non Præpoſit. & Frider. Schenck *in d. Tit. 9. §. ſi autem, verſ. eo excepto, lib. 2. Feud.*

79 Hos juris textus, & Doctorum opiniones diſſentientes non aliâ ratione in concordiam reduci poſſe videntur, quàm ſi dicamus, reſoluto jure vaſalli ſubinfeudantis, ſubfeudum ad dominũ reverti, ſi ſubinfeudatus intra tempus petendæ inveſtituræ ſua non obtulerit

Digitized by Google

obtulerit domino ſervitia, & feudum ab eo recognoſcere neglexerit, quo de caſu accipiendus eſt textus *in d. Tit. 4. §. ult. lib. 1. feud.* Si verò ſubvaſallus intra tempus illud ſe declaraverit erga dominum quòd ut vaſallus paratus ſit ſervitia ei præſtare, & feudum ab eo recognoſcere, dominus ipſum agnoſcere ſuum vaſallum teneatur.

Hanc in ſententiam textus *in d. Tit. 9. §. fin autem, verſ. eo excepto lib. 2. Feud.* conceptus eſt his verbis: Eo excepto, quòd ille, qui ſecundo loco beneficium acceperat, non amittebat, ſi priori Domino ſervire & ab eo Feudum recognoſcere volebat, unde manifeſtum evadit, quòd in *d. Tit. 4. §. ult. lib. 1. Feud.* regula nudè & ſimpliciter proponatur, eaque repetatur at non ſimpliciter, ſed additâ exceptione *in d. Tit. 9. verſ. eo excepto, lib. 2. Feud.*

Hanc in ſententiam inclinant Feudorum Interpretes, quos citat, non autem ſequitur Hartm, Piſtor. *d. quæſt. 44. num. 9.* eamque probat Henric. à Roſenth. *d. cap. 9. concl. 49. num. 9.* Ratio autem cur hoc poſteriori caſu non planè amittat ſubvaſallus feudum, hæc eſt, quòd authoritas placitorum feudalium jus ſubinfeudādi permittit vaſallo, proindeque dominus etiā directus in ſubinfeudationem

nem

in ſubinfeudationem jure permiſſam conſentire præſumitur: quodque ſubvaſallus eiuſdem eſt qualitatis, cuius fuit vaſallus cùm nemo ſubinveſtiri de feudo poſſit quàm qui eiuſdem ſit conditionis cum ipſo vaſallo, *Tit. 26. §. beneficium, & Tit. 34. §. ſimiliter lib. 2. Feud.* Quòd item ſubinfeudatio eiſdem fit legibus, & pactis, quibus vaſallus ſubinfeudans à domino feudum accepit, *d. Tit. 34. §. profectò, lib. eod. Feud.* Quòd deniq; jure feudorum ſubinfeudatio ſyncerè & abſque fraude fieri jubetur, *Tit. 9. in princ. verſ. ſi verò, d. Tit. 26. beneficium, lib. 2. Feud.*

Hæ ſubinfeudationis conditiones, & leges jure feudorum non fuiſſent præſcriptæ, niſi ſubvaſallus etiam vivo vaſallo ſubinveſtiente domini vaſallus eſſet, niſi item defuncto vaſallo ſubvaſallus feudum retineret, ſi paratus fuerit illud recognoſcere à domino, & ei præſtare ſervitia.

80 Non deſunt qui aliter textum *d. Tit. 4. §. ult. lib. 1. Feud.* cum textu, *d. Tit. 9. § ſin autem, verſ. eo excepto, lib. 2. Feud.* in concordiam reducendum putant, Matth. de Afflict. ad eundem *Tit. 9. num.* 7. autumat, de jure antiquo loqui textum ibidem, quod jus hodie non procedat, proindè advertendum eſſe putat ad diſpoſitionem textus *in d. Tit. 4. §. ult.*

Digitized by Google

ult. lib. 1. Feud. At quia regula *in d. Tit. 4. §. ult. lib. 1 Feud.* propoſita, hæc nimirum: Vaſallo ſubinfeudante ſine feudi ſucceſſore mortuo, feudum ad dominum revertitur, denuò inculcatur *in d. Tit. 9. §. ſin autem, lib. 2. Feud.* Verùm non ſimpliciter & nudè, ſed additâ hâc exceptione, niſi ſubvaſallus directo ſive priori domino ſervire, & ab eo feudum recognoſcere velit, patet inde non eſſe antiquatum ius illud, quod de ſubinfeudatione propoſitum eſt *in d. Tit. 9.* Vtitur quidem ICtus verbis præteriti temporis, NON AMITTEBAT, RECOGNOSCERE VOLEBAT, Ac eo loquendi modo ſignificat Feudiſta, quòd olim quidem idem Jus in uſu fuerit, hodiè tamen etiam obtineat, ut intelligitur ex aliis etiam ſimilibus loquendi formulis in eodem illo titulo, *verſ. ſi verò vel totum, & verſ. ſeq.* ubi de ſubinfeudatione, venditione, & refutatione feudi loquitur ICtus per verba præteriti temporis, VOLEBAT, LICEBAT, VENDEBAT, PER FEVDVM INVESTIEBAT, REFVTABAT cùm tamen hodiè etiam ſubinfeudatio licita ſit, & hodiè quoque abſque domini conſenſu vaſallo vendere feudum non ſit permiſſum, ac hodiè etiam integrum ſit vaſallo refutare feudum.

Per-

Pertinet quoque huc vulgatum illud : ea ſemper capienda eſt interpretatio, ut correctio juris evitetur, *c. cum dilectus, Extr. de conſuetud. c. cum expediat, tit. de elect. in 6. & l. ſancimus 27. verſ. quod enim non mutatur, C. de teſtam.* Item illud, leges legibus concordare promptum eſt, *l. unic. C. de inoff. dot.*

81 Aliud hâc de re iudicium eſt Hartmanni Piſtoris *d. quæſt. 44. num. 20.* exiſtimat enim textum *in d. tit. 9. §. ſi autem, verſ. eo excepto, lib. 2. Feud.* accipiendum eſſe de caſu quo dominus conſentiens lubenſque, non invitus, neque repugnans ſubvaſallum obſequia ſua ei devoventē, & inveſtituram petentem recipit ſuum fidelem. At textum *in d. Tit. 4. §. ult.* loqui de caſu, quo dominus recuſat ſubvaſallum agnoſcere fidelem ſuum. Sed quia textus *in d. Tit. 9. verſ. eo excepto*, continet regulæ exceptionem, quæ non in domini conſtitit conſenſu, ſed in ſubvaſalli deſiderio, offerentis ſervitia ſua domino, certè non poteſt ea Piſtoris defendi opinio. Et quamvis rationibus variis dicta quæſt. *44. num. 10. & ſeqq.* conetur Piſtoris obtinere opinionem, quâ vult, ſubfeudum mortuo vaſallo reverti liberè ad dominum, etiam in caſu, quo ſubvaſallus paratus eſt ſervire domino, & ab eo recognoſcere feudum, attamen illis nihil moveri quiſquam debet.

Digitized by Google

Prima ratio eſt, quòd vaſallus nihil omninò de feudo poſſit ſtatuere, vel diſponere, quo poſt mortem ſuam alii cuidam dominum ſuum obliget. *Tit. 8. §. è contrario, & Tit. 13. de alienat. feud. §. etſi clientulus, lib. 2. Feud.* Sed ratio hæc in ſubinfeudatione procedit; Tùm quia ſubinfeudatio ex Iuris diſpoſitione permiſſa eſt vaſallo, proindè in eam conſentire ſemper præſumitur dominus; Tùm etiam quia recuſare ſubvaſallum, & eius ſervitia ideò non poteſt dominus, quia ſubvaſallus per omnia æqualis eſt vaſallo, quoad fidelitatem, & ſervitia domino præſtanda, ut ſuprà docui: Tùm poſtremò quia in *d. Tit. 9. verſ. eo excepto, lib. eod. Feud.* textus eſt rotundus & apertus hanc in ſententiam, quòd ob mortem vaſalli ſubfeudum non revertatur ad dominum, ſi ſubvaſallus illud à domino recognoſcere, & ſervitia ei præſtare ſit paratus. 82

Secunda ratio Piſtoris hæc eſt: quòd domino invito alius, quàm ipſe voluerit, vaſallus obtrudendus non ſit, *Tit. 12. de fratrib. de novo benef. inveſt. verſ. ne fortè inuitus, lib. 2. Feud.* At ratio hæc extendi nō poteſt ad ſubinfeudatum vaſallum, per rationes proximè adductas, maximè cùm ſubinfeudatus per omnia ſimilis eſſe debeat vaſallo, ut anteà dictum. 83

Ter-

84 Tertia Piſtoris ratio hæc eſt: Omne jus, quod vaſallus in feudo habet, cenſetur conceſſum ſaltem ad vitam eius, ita ut ipſo defuncto penitus expiret. Proindè vaſallo defuncto, ut eius jus reſolvitur ita quoque reſolvitur jus ſubvaſalli, & feudum domino aperitur, cùm reſoluto jure datoris, etiam acceptoris jus reſolvi neceſſe ſit, non ſolùm jure communi, *l. lex vectigali 31 ff. de pignor. & hypoth. l. 4. §. ſed & Marcellus, 3. ff. de in diem addict. l ſi quis dominum, §. his ſubiungi, ff. locati,* ſed & Feudorum jure, *Tit. 5. §. rurſus ſi fidelis, & Tit. 13. de alienat. feud. §. etſi clientulus, lib. 1. Feud.*

Verùm & hæc ratio applicari non poteſt ad ius vaſalli, quod ei in ſubinfeudãdo competit, ſi ſubvaſallus deſiederet feudum recognoſcere à domino, & ei ſervitia præſtare, per rationes, quibus reiecta fuit ratio Piſtoris prima.

85 Quarta Piſtoris ratio illa eſt: quòd mortuo vaſallo prole maſculâ nullâ relictâ, feudum paternum ad agnatos pertinet, ut infrà oſtendam, multò magis ergò non ad ſubvaſallum, ſed ad ipſum dominum, quando nulli omninò feudi ſucceſſores adſunt, feudum pertinere debeat, etiamſi ſubvaſallus feudum à domino recognoſcere, ipſique ſervire velit. Sed reſponderi poteſt, aliud jus in

agnatis,

agnatis, aliud in domino hâc in parte receptum eſſe: De domino, quòd is ſubvaſallum, ſi feudum ab eo recognoſcere, & ſervitia illi præſtare velit, deficientibus vaſalli ſucceſſoribus, recuſare nequeat, eſt text. *in d. Tit. 9. verſ. eo excepto, lib. 2. Feud.* De agnatis verò textus ſimiliter extat nullus, Et quidem meritò cùm prædicta ſententia noſtra, placitis feudorum firmata, procedat ſaltem in caſu, quo neque liberi, neque agnati vaſalli defuncti extant.

Quinta ratio Piſtoris petita eſt ex *d. tit. 4. §. ult. lib. 1. Feud.* ubi clarè dicitur, quòd decedente eo, qui inveſtituram fecerat, feudum ad dominum revertatur. Sed ut dictum eſt ſuprà, citato loco proponitur regula, cuius exceptio traditur ſub *d. tit. 9. verſ. eo excepto. lib. 2. Feud.* quæ exceptio (ut ſæpius inculcatum) eſt de ſubvaſallo, qui feudum à domino recognoſcere eique ſervire paratus eſt. 86

Sexta ratio Piſtoris hæc eſt: Quando vaſallus feudum alienat, & poſteà ſine herede feudali decedit, feudum domino aperitur, & quod alienando factum eſt, totum revocari debet, *Tit. 18. & ult. lib. 1. Feud.* Vnde concludit quòd etiam vaſallo ſubinfeudante abſq; feudi ſucceſſore mortuo, ſubinfeudatio tota 87

cauſ. benef. amitt. §. *denique ſæpè quæſitum eſt*, *&* *Tit.* 37. *An ille, qui interfecit fratr. dom. ſui feud. amitt. verſ. cum autem ad dominum, lib.* 2. *Feud.* Ratio eſt, ut dominus ſuæ injuriæ hanc ultionem habeat, ut ait ICtus *in d. Tit.* 24. §. *denique, verſ. ut hanc ſaltem.* Ex culpâ verò poſteriori ſi vaſallus feudo privetur, ſubvaſallo illud non auferri tradunt, ſi à domino recognoſcere feudum, eique ſervire velit, *d. Tit.* 9. §. *ſi autem diſſentiente*, ibi intercedente culpâ, *lib.* 1. *Feud.* ubi quod de culpâ dicitur, exaudiendum volunt de culpâ in alium, quàm dominum commiſſâ. Atque ita diſtinguendo ſentiunt Aluarot. *in d. Tit.* 9. §. *ſi verò, num.* 3. Petr. Ravenn. & Frider. Schenck *ad Tit.* 5. *quib. mod. feud. amitt.* §. *rurſus ſi fidelis num.* 10. *lib.* 1. *Feud.* Molinæ. *ad conſuetud. Paris.* §. 35. *n.* 21.

Nec obſtare putant diſtinctioni huic textum *in d. Tit.* 9. §. *ſi autem diſſentiente*, *lib.* 2. *Feud.* ubi ICtus de culpâ generaliter loquitur, nec diſtinguit inter culpā in dominum, vel alium commiſſam. Cùm enim ſpecialis ſit proviſio de culpâ ſive delicto vaſalli in dominum in *d. Tit.* 24. §. *denique*, *&* *d. Tit.* 37 *verſ. cum autem*, *lib.* 2. *Feud.* neceſſariò accipiendam putant diſpoſitionem textus *in d. Tit.* 9. §. *ſi autem*, *lib. eod. Feud.* de culpâ ſolùm in alium, quàm dominum commiſſâ. Sed intellectum hunc planè impedire exiſtimatur 90

Ff 2 com-

conſideratio Hartmanni Piſtoris *d. quæſt. 44. num. 29.* ubi oſtēdit textum in *d. Tit. 9. §. ſin autem diſſentiente*, loqui de culpâ in dominum commiſſâ, hâc ratione, quòd ob vaſalli culpam, de quâ ibi agitur, feudum ad dominum reverti dicitur: cùm aliâs non ad dominum, ſed agnatos vaſalli devolui deberet feudum, ſi non in dominum, ſed quem alium culpa eſſet commiſſa, per text. *in d. tit. 24. §. denique, & d. Tit 37. lib. 2. Feud.*

Verùm hæc Piſtoris conſideratio non impedit traditæ diſtinctionis jus diverſum. Tùm quia *in d. Tit. 9. §. ſi autem diſſentiente*, non dicitur expreſſè, quòd feudum ob culpam illam ad dominum revertatur, ſed quòd feudi alienatio abſque domini conſenſu facta, ad irritum revpcetur, nec additur quòd feudum ad irritum revocatum ſoli domino applicari debeat: Tùm etiam licet accipiatur textus ille de culpâ in dominum commiſſâ, & de feudo ob eam culpam Seniori reddendo, attamen procederet hæc ſententia eo tantùm caſu, quo ſubvaſallus intra tempus petendæ inveſtituræ non declarat ſe, quòd feudum à domino recognoſcere, & ſervitia ei præſtare velit, ut textus ibidem clariſſimè, diſerteque arguit. Henricus quoque à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. concl. 49. num. 4. & 5.*

& 5. exiſtimat, quâcunq; culpâ feudum amittat vaſallus ſubinveſtiens, ſi tamen ſubvaſallus feudum illud à domino recognoſcere, eique ſervire velit, dominus feudum ab ipſo avocare non poſſit. Et certè haud æquum fuerit ſubvaſallo invito ob alienam culpam in dominum vel alium commiſſam, auferre feudum, quod ipſe jure, & modo legitimo ſibi comparavit.

Quòd ſi paternum feudum ob mortem, 91
vel culpam vaſalli, non ad dominum, ſed ad agnatos feudi huius ſucceſſores pertineat, quæritur an ſubvaſallo agnati præferantur, vel agnatis potior ſit ſubvaſallus, ſi feudum illud à domino recognoſcere, eique ſervitia præſtare velit? Prius illud feudorum jure conſonum, poſterius verò abſonum & alienum à placitis feudorum dicendum eſt. Subvaſallus enim ſuum feudi jus à vaſallo ſubinfeudante habet: Reſoluto ergò & perempto ſubinfeudantis vaſalli jure, reſolutum quoq; & extinctum intelligitur ſubvaſalli jus, ut arguit text. *in Tit. 4. § ult. & Tit. 5. §. rurſus ſi fidelis, & Tit. 13. de alienat. feudi §. etſi clientulus*, ibi, revertitur feudum, *lib. 1. feud. Tit. 9. §. ſi autem*, ibi, ad irritum revocabatur.

Sic quando uſufructarius, cui ſimilis eſt 92
vaſallus, *Tit. 23. in fin. lib. 2. Feud.* alteri ceſſit

commodum uſusfructus ſui, finito uſufructu finitur quoque commodum uſusfructus alteri conceſſum, & ad proprietatis dominum pertinet, *l.arborib.12.ff.de uſufr.* Et cum prædium aliquod fideicommiſſi juri ſubjectum, non ultrò, ſed ex neceſſitate alienatur à fiduciario herede, qui eo ad dies vitæ uti frui potuit, perempto jure illius morte eius, cenſetur quoque peremptum jus, quod eo in prædio habuit heres. *l.peto, 69.§.prædium.1.ff.de legat.1.*

93 Quando item fructuarius locat alicui fundum fructuarium, mortuo fructuario finitur locatio, & fundus ille ad proprietatis dominum devoluitur, *l.ſi quis,9 § hic ſubiungi, ff.locati.* Et cum creditor rem pignori obligatam alii dat pignori, primi creditoris jure pignoris ſoluto, ſolutum quoque intelligitur in pignore jus ſecundi creditoris, *l.1.C.ſi pignus pignori datum ſit.*

94 Quod autem cautum & diſpoſitum eſt in *d.Tit.9.verſ.eo excepto,lib.2.Feud.* vaſalli ſubindantis jure ſoluto & finito, nullo paterni feudi ſucceſſore relicto, non perimatur ſimiliter jus ſubvaſalli, ſi is à domino recognoſcere feudum, & ei ſervire velit, id non æquè cautum eſt in caſu, quo vaſallus ſubinfeudans ſucceſſores feudi paterni reliquit, Quocirca pro cauto & diſpoſito haberi nō debet,

Digitized by Google

bet, *l. pen. verſ. neq; enim ſicut illud ff. de reb. cred. l. illam, 19. verſ. eò quod nulla cõſtitutio, C. de collat.* Et quidẽ meritò, cùm vaſallus agnatis ſubinfeudando præjudicare non poſſit in caſum, quo deſinit eſſe vaſallus, ne quidẽ cõſentiente domino, *Tit. 19. de alienat. paterni feudi, lib. 2. Feud.* Atque hoc pronunciatum, quòd agnati præfinito vaſalli jure in feudo paterno præferantur ſubvaſallo, cõmuni calculo comprobatum eſt à Doctoribus, quos referunt, & ſequuntur Ioann. Borch. in *comment. in conſuet. feud. c. 8. n. 51.* Hart. Piſtor. *lib. 2. quæſt. iur. quæſt. 44. n. 6* & Henr. à Roſenth, *tr. feud. cap. 9. concl. 41. in addit. ad lit.* A.

Poteſt & illud hîc vocari in quæſtionem, 98 ſi vaſallus ſubinfeudans filios habens moriatur, an filii loco patris feudum capiant, vel ſubvaſallus offerens domino ſervitia ſua filiis præferatur in hoc feudo? Diſtinguunt hîc Dd. inter feudum novum, & vetus paternum feudum. Novum ſi feudum fuerit, exiſtimant illud penes ſubvaſallum remanere, ſi à domino recognoſcere feudum, & ſervire ipſi velit, hoc moti argumento, quòd vaſallus de feudo novo conſentiente domino diſponere poſſit etiam in præjudicium filiorum: ſin fuerit vetus paternum feudum, filios ſubvaſallo præferendos eſſe volunt, quos congeſſit Henricus à Roſenthal.

tr. feud. cap 9. membr. 1. concl. 48. in addit. ſub lit. B.

96 Sed de hâc Doctorum concluſione quo ad feudum etiam novum non immeritò quis dubitaverit, tùm quia textus eſt generalis *in Tit. 8. de ſucceſsione feudi. §. 1. lib. 1. feud.* quòd nulla patris diſpoſitio in feudis valeat in filiorum præiudicium, proindè vaſallus pater ſubinfeudādo filiis ſuis præiudicare non poteſt, & efficere, quò minus ipſi mortuo in feudum etiam novum filii ſuccedant, cùm reſoluto jure datoris, reſolvatur quoque jus acceptoris, de quâ Regulâ ſuprà, Tùm quia in feudi conceſſione tot ſunt donationes, quot ſunt gradus perſonarum ex primo adquirente deſcendentium, ita ut ſucceſſores ſinguli ex propriâ donatione, non conſideratâ morientis vaſalli perſonâ, immediatè in feudum ſuccedant, *Tit. 1. §. Et quia vidimus, verſ ſed cum hoc, lib. 1. Feud. & Tit. 23 §. ult. lib. 2. Feud.* Bartholom Camerar. *in repetit. tit. 55. §. præterea Ducatus, lib. 2. Feud. pag. 773. & pag. ſeq.* Tùm etiam quia feudum per inveſtituram primam adquiritur non tantùm patri primo adquirenti, ſed & principaliter eius filiis & nepotibus ordine ſucceſſivo, *Tit. 14. §. 1. verſ. ſi verò lib. 1. Feud.* Tùm poſtremò quia pater vaſallus præſumitur infeudaſſe aliquem

quem

Digitized by Google

quem ſecundum feudi naturam, quæ eſt, quòd reſoluto jure datoris reſolvi quoque debeat jus acceptoris, *Tit. 4. §. ult. lib. 1. Feud. & Tit. 9. §. ſi verò, & §. ſeq. lib. 2. Feud.* Quapropter mortuo patre vaſallo feudum etiam novum ad eius filios pertinet, jure ipſorum proprio, Proindeque filii ratam habere ſubinfeudationem à patre factam, & cedere ſubvaſallo non tenentur.

Si tamen pater de feudo ſuo aliquem ſubinfeudaſſet expreſſè hoc modo, ut etiam 97
poſt mortem ſuam apud ſubvaſallum remaneret feudum, tunc filius hoc patris factum approbare teneretur, ex ſententiâ Sonſbeck. *in comment. in uſus feud. part. 13. num. 176.* quem ſequitur Henric. à Roſenth. *d. cap. 9. concl. 48. num 3. verſ. ſi ex conceſſione*, quam limitationem confirmat ratio hæc, quòd filius in feudum ſuccedere non poteſt, niſi etiam patris heres in allodiis fiat, *Tit. 4;. & Tit. 51. §. filius non poteſt, lib. 2. Feud.* quodque hæres defuncti factum præſtare tenetur, *l. cum à matre, 14. C. de rei vind. & l. ex quâ perſonâ, 149. ff. de reg. iur. & l. ſive poſſeſſio. 14. C. de evict.*

Quemadmodum ſubinfeudatio, de quâ 98
diſſervi hactenus, ſic & refutatio feudi placitis feudorum permiſſa eſt vaſallo, *Tit. 9. §. 1. Qualiter olim poterat feudum alienari, Tit. 14. de*

vaſal.decrep.ætat.Tit.38.de vaſal.qui contra Conſtit.Loth. Reg. benef. alien.in fin. Tit. 44. quid Iuris ſit poſt alien. feudi, in fin. Tit. 49. de eo qui finem fecit agnato de feud. paterno,lib.2.Feud. Diſpiciendum ergò nobis,quid ſit feudi refutatio,& quotuplex ea ſit; Tùm cui vaſallus refutare feudum poſſit: Tùm quomodo & quando refutatio feudi rectè fiat: Tùm etiã quod feudum refutari nequeat: Tùm poſtremò quis refutationis feudi ſit effectus.

99 Refutatio feudi (Vulteio definitore) eſt renunciatio feudi ab ipſo vaſallo facta,Ita definit Dn. Vulteius *lib. 1. de feud. c. 0. n.74.* ſequutus Cuiacium ad *d.Tit.14.lib.2.Feud.* dicentem,quòd refutare feudum in libris Feudorum ſit renunciare feudo.

Poteſt quoque & fortè rectius feudi refutatio definiri ceſſio feudi à vaſallo alii Iure facta. Renunciatio enim plerunque juris eſt futuri,ut hereditatis: Ceſſio verò & præſentis & futuri juris eſt. Hotom. quoque *diſp. de feud.cap.38.& in libello de verb.feudal. ſub lit.* R. dicit, refutare feudum eſſe cedere,deferre,& remittere feudum. Iure quoque Civili uſufructuarius, qui vaſallo ſimilis eſt, *Tit. 23. §.ult. lib. 2. Feud.* quando uſumfructum ſuum proprietatis domino reddit, cedere ei uſum-

Digitized by Google

eiuſum fructum dicitur, §. *item finitur, Inſtit. de uſufr. & l. uſusfructus 66. ff. de iur. dot.*

Sed feudi refutatio an ſit alienatio feudi, quæritur? Bartholom. Camerar. *in repetit. l. Imperialem, quæ eſt Tit. de probib. feud. alien. per Frider. lib. 2. Feud. pag. 110.* ſcribit, quòd refutare ſit medius terminus inter alienare, & retinere, atque ita ſentit alienationis ſpeciem non eſſe ipſam refutationem, & ut hoc verum eſſe oſtendat, *pag. 114.* dicit, qui refutat, nihil de ſuo dat, & omninò jura ſua retinet, ut iterum ſuccedere poſſit in feudum refutatum. Adhæc *pag. 228. in fine*, qui, ait, refutat, non dicitur alienare, ſed magis jura ſua reſtringere. 100

Verumenimverò feudi refutationem ſpeciem alienationis eſſe, haud rectè negatur, cùm vaſallus refutans, feudi poſſeſſionem ad alium transferat, & vaſallus eſſe deſinat, proindeque domino ſervitia præſtare non teneatur, *d. Tit. 38. in fin. lib. 2. Feud.*

Non obſtat, quòd vaſallus refutans caſu ſuccedendi contingente in feudum à ſe refutatum ſuccedere poteſt, *d. Tit. 49. lib. 2. Feud.* Cùm enim ſucceſſio in feudum ſit adquiſitio feudi, *Tit. 1. in fin Tit. 11. in princ. & Tit. 33. in princ. lib. eod. Feud.* conſequens ei eſt, quòd

feudum

feudum refutatum prius ſit alienatum, & per alienationem amiſſum.

101 Etſi verò feudi refutatio ſit alienatio, jure tamen feudorum ea, ut dixi permiſſa eſt vaſallo, ut patet etiam ex *Tit. 39. de alienat. paterni feudi, in fine principii, lib. 2. Feud.* Cuius tituli, ut & aliorum textus, cùm per generalem diſpoſitionem Tituli *52. aut Tit. 55. lib. 2. Feud.* non ſint ſpecialiter correcti, vim ſuam adhuc obtinent, *per l. præcipimus 32. in fin. C. de appell.* Idque tradit etiam poſt alios Bartholom. Camerar. *in repet. d. l. Imperialem. pag. 229.*

102 Ideò autem refutatio feudi permiſſa eſt vaſallo, quia nulli ipſa præjudicat, & poteſt ea illi tantùm fieri, cui jus aliquod in feudo competit, ut eſt dominus, itemq; agnatus refutantis vaſalli, de quib. pòſt agam. Hinc cum vaſallus paternum feudũ ſuo vendit agnato, alienatio illa pro refutatione habetur, non pro alienatione prohibitâ, *d. Tit. 39. in fin. lib. 2. Feud.*

103 Diſtribuitur autem refutatio à Doctorib. non uno modo, Dn. Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 75.* eam diducit in propriam & impropriam refutationem, Propriam definit refutationem, quæ fit domino, ſive in manus domini: Impropriam, quæ fit agnatis, vel extraneis. Sed hæc refutationis diviſio

ſio deſtituitur juris feudorum authoritate, nec ulla idonea reddi poteſt ratio, cur refutatio, quæ domino fit, ꝓpria, quæ verò agnatis, impropria dicatur. Maximè cùm non omnis refutatio feudi domino facta tribuat domino omne jus feudi, ut feudum eſſe deſinat, ſicuti cõvincitur ex *Tit. 14. de vaſal. decrepitæ ætatis lib. 2. Feud.* Atque idem juris ſit in refutatione feudi agnato alicui factâ, ut arguit text. *in d. Tit. 49. lib. eod. feud.*

Alii verò, & quidem plerique Feudiſtæ *in d. tit. 49. lib. 2. Feud.* refutationem rectè diſtinguunt in realem & perſonalem. 104
Realem dicunt refutationem, quæ generaliter in rem concipitur hoc eſt, quâ vaſallus ſe omninò abdicat feudo, ut nunquam ad illud regreſſum ſuccedendo ſperare poſſit, Alexand. *conſ. 13. num. 5. vol 5.* omnimodam vocat refutationem, & quidem non ineptè, ut arguit text. *in d. Tit. 49.* ibi, niſi feudum omninò refutaverit, *lib. 2. Feud.* Perſonalem appellant refutationem, quâ quidem vaſallus alii feudum cedit, ſed ius ſuccedendi in refutatum feudum non planè amittit, ut quando vaſallus reſpectu & fauore certarum perſonarum putà agnatorum feudum refutat, Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 2. concl. 20. & cap. 9. num. 4.* Hæc refutationis diviſio non

non abſimilis eſt pactorum diviſioni, quâ pacta dividuntur in realia, ſive in rem, & perſonalia, ſive in perſonam, *l. iuris gentium 7. §. pactorum quædam 8. & l. tale pactum, 40. in princ. ff. de pact.*

105 Sed quæſtionis eſt, an caſu dubio, ut cùm ſimpliciter facta eſt refutatio feudi, cenſeatur realis, vel perſonalis facta refutatio? Realem autẽ cenſeri refutationẽ putant feudiſtę, ſi in manus dñi. ſimpliciter facta ſit refutatio, ita cenſet Gl. *in Tit. 52. lib. 2. Feud.* Andr. de Iſern. *in d. Tit. 14. lib. eod. Feud.* & Alexand. *conſ. 13. num. 5. vol 5.* Quando enim domino res ipſa feudalis refutatur, alio non expreſſo, præſumptio eſt, quòd gratiâ ſolius domini refutetur feudum, non alterius fauore. Accedit, quòd pacta in dubio realia præſumuntur, *l. ſi pactum, 9. ff. de probat. l. ſicut. 8. §. ſi debitori, ff. quib. mod. pign. ſol l. veteris, 13. C. de contrab. & committ. ſtip.* Quando autem agnatis paterni feudi fit refutatio ſimpliciter, tunc ea perſonalis præſumitur, ut patet ex *Tit. 26. §. ult. & Tit. 49. lib. 2. Feud.* Si quoque vaſallus, qui in manus domini refutat feudum, exprimat perſonas, quarum fauore & intuitu feudum refutat, perſonalis intelligitur refutatio, ut ſcribit Bald. *in d. Tit. 49. de eo qui finem fecit agnato, lib. 2. Feud. &* probat textus Clariſſimus *in d. Titulo 14. libro eod. Feud.*

Digitized by Google

Feud. Et licet Alexand. *d. conſ. 13. num. 5. vol 5.* dicat, realem eſſe refutationem, quando vaſallus in manus domini refutat feudum, Attamen explicat ſe ibidem non obſcurè, id eſſe verum, ſi in manus domini ſimpliciter feudum refutetur, non addito in cuius fauorem refutatio fiat.

Exempla realis, ſive omnimodæ refutationis feudi hæc ſunt: ſi vaſallus in manus domini ad hoc refutaverit feudum, ut dominus alium quaſi de feudo novo inveſtiret, *d. Tit. 49. verſ. ſapientes, lib. 2. Feud. & Tit. 5. §. præterea, lib 1. Feud.* Si item refutatio feudi fiat verbis latiſſimis, & extenſivis, putà cum omnibus juribus, rationibus, actionibus realibus & perſonalibus, quas ipſe vaſallus refutans habet, & habere poſſet, verba enim HABERE POSSET, extenſiva ſunt, & in futurum quoque trahuntur, *l. ſi ita quis, §1. in princ.* ubi Bart. *ff. de leg. 2.* Atque ita ſentit quoq; de hoc exemplo Bald. *in d. Tit. 52. in princ. lib. 2. Feud.* & Alexander. *d. conſ. 13. num. 5. verſ. Et quod dicti renunciantes, vol 5.* Quoties ergò refutatio fit in omnem caſum, quo vaſallus refutans vel iam, vel in futurum ſuccedere in feudum poſſet, procul dubio realis & omnimoda erit refutatio, Sigiſmund. Loffred. *conſ. 11. num. 19.* 106

Per-

Perſonalis refutationis agnato factæ exemplum extat in *Tit. 26. ſi de feud. defuncti content. ſit int. dom. & agn. vaſalli. §. ult. lib. 2. Feud.* ubi vaſallus Titius Sempronio fratri ſuo feudum paternum refutavit hoc pacto: quòd neque ab ipſo Sempronio fratre ſuo, neque ab eius heredib. illud petere velit, & additur, quòd mortuo Sempronio ſine herede maſculo inter refutantē Titium & Seium alterum fratrem de eo feudo quæſtio orta fuerit, & reſponſum eſſe, pactum illud non obſtare Titio. Eſt hoc exemplum ut dixi, refutationis perſonalis, nō realis ſive omnimodæ, non enim ſimpliciter facta fuit, neque generaliter in omnem futurum ſucceſſionis caſum, ſed tantùm perſonaliter in fauorem ſcil. & gratiam Sempronii, & filiorum ipſius. In caſum igitur mortis Sempronii, & deficientium filiorum reſervatum intelligitur ius ſuccedendi in feudum. Similiter perſonalis refutationis agnato factæ exemplum proponitur in *d. Tit. 49. lib. 2. Feud.* ubi traditur, quòd paterni feudi refutatio agnato ſimpliciter facta non obſtet omninò refutanti, ſed ipſe quoque ad ſucceſſionem in feudum illud habeat aditum, agnato aliquo ſine filiis decedente. Vnde ſequitur quemadmodum refutatio domino ſimpliciter

terfacta, in dubio realis præſumitur; Ita in dubio perſonalis præſumitur paterni feudi refutatio ſimpliciter agnato facta.

Ex his omnibus ſequitur paternum feudum ſi refutatum ſit reali refutatione, conſentientib. feudi ſucceſſoribus, & de eo alius inveſtitus à domino, effici feudum novum, ac proindè in illud neque refutantem, neq; eius filios unquam ſuccedere. Si verò perſonali refutatione ſit refutatum, manere feudum antiquum, in quod aliquando ut ipſe refutans, ſic & filii ipſius ſuccedere poſſint, per text. *in d. Tit. 14. Tit. 26. §. ult. & tit. 49. lib. 2. Feud.* Atque ita ſentiunt quoq; Feudiſtæ, quos citant, & ſequuntur Schrad. *tr. feud. part. 2. cap. 3. num. 59. &* Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 2. concl. 20.* 108

Explicandum nunc cui vaſallus feudum ſuum refutare poſſit. Poteſt autem vaſallus refutare feudum ſuum domino feudi, itemq; feudi ſucceſſoribus. De refutatione domino factâ, textus eſt *in d. Tit. 9. §. 1.* ibi, feudum ſuum refutabat, *Tit. 14.* ibi, feudum ſuum in manu domini refutavit, *lib. 2. Feud.* 109

Hîc duo cumprimis quæruntur; Vnum an vaſallus domino etiam invito refutare poſſit feudum? Alterum an neceſſarius ſit ad refutationem hanc conſenſus agnato- 110

§. uſusfructus, Inſt. de uſufructu, & *l. uſufructu legato 7. in princ. ff. d. t.*

Eſt quidem ipſa feudi inveſtitura contractus, at non contractus nominatus, ſed innominatus, ut arguit text. *in Tit. 21. lib. 1. Feud.* ubi ICtus Feudiſta tradit, quòd domino condictio causâ datâ propoſita ſit adverſus vaſallum, ad repetendum feudum, ſi domino ſervire nolit: quæ actio condictitia innominatum præſupponit contractum, *l. naturalis, 5. §. et ſi quidem ff. præſcrip. verb.* & *l. ult. ff. de condict. causâ datâ, causâ non ſequutâ.* 112

Cùm ergò neque ipſum feudum ſit contractus, neque inveſtitura feudi nominatus ſit contractus, ſed innominatus, certè primum hoc argumentum inutile eſt ad convincendum, haud liberum eſſe vaſallo feudum ſuum domino etiam invito refutare. Nec opus eſt hîc reſponſione Dn. Roſenthalii *tr. feud. cap. 9. concl. 50 num. 11.* ubi admittit quidem feudum eſſe contractum nominatum, ſed in eo ſpeciale eſſe, quòd pœnitentiæ locum concedat contra naturam nominati contractus.

Secundò qui negant invito domino refutari feudum, hoc utuntur argumento: Dominus & vaſallus ad paria iudicantur *Tit. 26. §. domino*, & *Tit. 6. lib. 2. Feud.* 113

 & tra-

& tradunt Feudiſtæ quos ſequitur Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 6. concl. 6. num. 2.* & ibidem *in addit. ſub lit.* A. *& concl. 86. num. 5.* & poſt alios ſentit Everhard. *in Topic. legalib. in loco à correlativis, num. 11.* Sed dominus invito vaſallo feudum auferre non poteſt, niſi ob eius culpam, *Tit. 21. de feud. ſine culpa non amitt. lib. 1. Feud.* Ergò nec vaſallus refutando feudum, poteſt domino invito ab obligatione ad ſervitia ſe liberare.

Cæterùm reſponderi poteſt, propoſitæ argumentationis maiorem propoſitionem non eſſe generaliter veram. Vaſallus enim domino fidelitatem jurare tenetur, at non viciſſim dominus vaſallo ad fidelitatis juramentum obſtrictus eſt, ut communis eſt Feudiſtarum ſententia, quos memorat & ſequitur Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 6. concl. 85. num. 5. in addit. ſub lit.* H. Adhæc vaſallus & dominus non iudicantur ad paria, quando non eſt eadem ratio in utroq;, Everhard. *in Topic. legalib. d. loco à correlativis, in fine.* diverſa autem hîc ratio eſt in domino & vaſallo, Non enim vaſallus tâm facilè feudum aliud & dominum adquirere alium poteſt, quàm dominus ad feudum refutatum adquirere poteſt alium vaſallum. Et feudum in vaſallo eſt acceptum beneficium, in domi-

no

Digitized by Google

no autem non eſt beneficium, Quilibet autem beneficio pro ſe introducto renunciare poteſt, *l. ſi quis in conſcribendo 51. C. de Epiſcop. & cleric. & l. ſi quis in conſcribendo 29. C. de pact.*

Ex hâc reſponſione abundè conſtat, neque etiam hîc opus eſſe Domini Roſenthalii conciliatione *d. concl. 50. num. 11.* adductâ, quæ hæc eſt: ſpeciale hîc eſſe in feudo, contra naturam relatorum, quòd dominus & vaſallus non iudicentur ad paria; nec ratio reddi poſſe, cur vaſallo integrum ſit domino etiam invito refutare feudum, non etiam dominus feudo privare queat vaſallum ſine eius culpâ.

Altera aientium contraria opinio, ut crebrior, ita & verior eſt: Tùm quia feudorum placita generaliter, & ſine ullâ diſtinctione diſponunt, quòd vaſallus domino refutare feudum poſſit, *d. Tit. 9. §. 1. & Tit, 14. lib. 2. Feud.* Ergò tàm invito quàm volenti domino poteſt vaſallus refutare feudum. Cui argumento rectè & hoc adiungitur; Feudi inveſtitura innominatus eſt contractus, ut anteà oſtendi ex *d. Tit. 21. lib. 1. Feud. iunct. l. naturalis 5. §. & ſiquidem. 1. de præſcript. & l. ult. ff. de condict. cauſ. dat.* In contractibus autem innominatis locus eſt pœnitentiæ, *d. l. ult. ff. d. t.* 114

 Non

Digitized by Google

Non ergò mirum, quòd vaſallus domino etiam invito feudum refutare poteſt.

Poteſt commodè & hoc adponi argumentum: Vſufructuario vaſallus ſimilis eſt, *d. Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud.* Sed uſufructuarius proprietatis domino etiam invito cedere uſumfructum poteſt, *l. cum fructuarius 64. ff. de uſufructu*, Ergò & vaſallus domino etiam invito refutare feudum poteſt.

Adhæc vaſallus obligatus eſt domino ad fidelitatem, & ſervitia ratione feudi, quod poſſidet, non ratione perſonæ ſuæ, *d. Tit. 23. §. ult.* ibi, in perpetuum pertineat, ad hoc ut ille & ſui heredes fideliter ſerviant, *lib. 2. Feud.* Qui locus teſtatur, quòd feudum pertineat ad vaſallum, ut ille ſerviat domino. Ergò ſi vaſallus feudum à ſe dimittat, non manet obligatus domino ad præſtanda ei ſervitia.

Confert huc, quòd dominus, ſi ei vaſallus ſervitia præſtare nolit, feudum ei auferre, non perſonã ipſius ad ſervitia præſtanda cogere, poteſt per text. *in d. Tit. 21. lib. 1. Feud.* Molinæ. quoq; in conſuetud. Paris. *Tit. 1. §. 1. gl. 5. in verb. Le fief. num. 4. pag. 52.* diſertè ſcribit, quòd homagia non ſint perſonalia, ſed realia, nec præſtentur ſimpliciter, & ratione perſonæ, ſed contemplatione feudi, & ſic liberè poſſit vaſallus renunciando feudo, ſe li-

ſi liberare ab omni jugo homagii, & obligatione, ac nexu feudali. Eandem ante Molinæum amplexus eſt ſententiam Iacobin. de S. Georgio *tr. de Roydis ſeu operis, num. 40.* Ego ait, in iſto puncto reſideo in hâc opinione, quando homagium eſt præſtitum propter feudum, & ſic eſt homagium reale, tunc homo (vaſallus) benè poteſt ſe liberare à jugo homagii renunciando illi feudum.

Poſtremò robur capit aiens hæc opinio ex textu *Tit. 38. de vaſall. qui contra Conſtit. Lothar. Reg. benef. alien. lib. 2. Feud.* ubi ICtus Feudiſta, vaſallus, ait, ſine domini voluntate rectè feudum refutare poteſt. Hoc ICti reſponſum videtur quidem pertinere tantùm ad refutationem, quæ non ipſi fit domino feudi, ſed agnato alicui; at quia generale eſt, rectè etiam de eâ refutatione, quę fit ipſi domino, intelligunt illud juris Feudorum Interpretes. 115

Huic pronunciato quæ obloqui videntur, reiecta & refutata ſunt in excuſſione primæ negantis opinionis.

116 Tertia opinio eſt illorum, qui diſtinguunt inter ſeudum conceſſum ad certũ & determinatum ſervitium; & illud feudum, quod ſimpliciter nullo certo expreſſo ſervitio eſt conceſsũ; Illud domino invito refutari

Digitized by Google

non poſſe autumant, cùm certorum officiorum nexus magis vaſallũ ſtringat, quàm incertorum ſervitiorum generalis, & ſimplex promiſſio. Hanc diſtinctionem tradit Gl. *finalis in Tit. 51. de Capitaneo, qui Curiam vend. lib. 2. Feud.* Gloſſam ſequuntur plerique Feudorum Interpretes, quos congeſſit Molinæ. *in conſuetud. Paris. d. Tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 3. pag. 52.* & alii alibi.

Sed reprobat hanc diſtinctionem Zaſ. *tr. feud. part. 12. num. 14. & ſeq.* Zaſium ſequuntur Baro à Tautenberg ad *d. Tit. 38. de vaſ. qui cont. Conſt. Loth. Reg. benef. alien. lib. 2. Feud.* Sonsbeck. *in comm. in uſus feud. part. 12. num. 115.* Mynſing. *cent. 5. obſ. 65. num. 5.* & Ioann. Borcholt. *in comm. in conſuet. feudor. cap. 8. num. 13.* Qui omnes exiſtimant, quòd vâſallus omne feudum, ſive certum, ſive indeterminatum ex eo præſtandum ſit ſervitium, domino etiam invito refutare poſſit. Atq; huic ſententiæ meum addere calculum nihil dubito; Tùm quia text. *in d. Tit. 38. de vaſ. qui contr. Conſtit. Loth. Reg. benef. alien. lib. 2. Feud.* generalis eſt, nec diſtinguit inter certi, vel indeterminati ſervitii feudum: Tùm quia generis promiſſio non niſi in ſpecie eius generis ſolvi poteſt, & proindè nihil differt generis promiſſio à ſpeciei promiſſione, textus

eſt,

Digitized by Google

eſt,& notant Doctores *in l. cum incertus 13. ff. de legat. 1.* Tùm etiam quia generalia & incerta ſervitia, non niſi per certa ſervitia expediri poſſunt, *Gl. in l. ſi non ſortem 26. §. libertus, 12. in verb.* operæ, *ff. de condict. indeb.* Et genere perempto, perindè eſt ac ſi omnes res per ſpeciem enumeratæ periiſſent *l. in ratione 30. §. incertæ, circa fin. ff. ad L. Falcid.*

Hinc ergò probabiliter concluditur, quòd ut feudum indeterminati ſervitii domino etiam invito refutari poteſt, ſic & feudum certi ſervitii invito etiam domino rectè refutetur. Atque hanc concluſionem probari conſuetudine indicat Gl. *in d. Tit. 55. de prohib. feud. alien. per Frid. in verb.* amittant, *lib. 2. Feud.* eamque roborari Germaniæ conſuetudine teſtatur Zaſ. *d. tr. de feud. part. 12. num. 14.*

Nihil obſtat pronunciato huic argumentum Felini *in c. quæ in Eccleſiarum, num. 78. Extr. de Conſtitut.* quòd ſcil: in caſu, quo certum vaſallus ſervitium debet, dominus eſt in quaſi poſſeſſione illius ſervitii, quâ vaſallus ſpoliare dominum non poſſit, per tradita Doctorum *in c. querelam, Ext. de elect.* Non obſtat aio argumentum illud. Cùm enim ſuo jure hîc utatur vaſallus, haud dici verè poteſt, quòd dominum quaſi poſſeſſione 117

ſervitii ſpoliet, *l. factum cuique ſuum 155. §. 1. ff. de Reg. Iur. l. quod Reipub. & l. iniuriarum, ff. de iniur. l Gracchus 4. verſ. quod legitimè factum eſt, C. ad L. Iul. de adult. & l. ult. ubi Dd. ff. quod quiſque Iur. in alium.* Quòd ſi ratio hæc quicquam haberet virium, ſequeretur inde, quòd vaſallus inuito domino nec illud refutare feudum poſſet, ex quo indeterminatum præſtatur ſervitium, cùm in huius quoque ſervitii quaſi poſſeſſione ſit dominus, Non ergò immeritò Baro à Tautenberg ad *d. Tit. de vaſall. qui contr. Conſtit. Loth. Reg. benef. alien. lib. 2. Feud.* adductum Felini argumentum frigidam & delicam ratiunculam vocat.

118 Expeditæ quæſtioni ſubnecti poteſt & hæc, ſi ob certum & determinatum ſervitium ita feudum ſit datum, ut vaſalli induſtria ſpecialiter videatur electa, An feudum ita conditionatum domino invito refutari poſſit? Baro à Tautenberg d. loco negat, arg. *l. unic. §. ne autem 9. verſ. ſin verò C. de caduc. toll. & c. ult. §. is autem, Extr. de offic. & poteſt. deleg.* Sonsbeck. verò *in comment. in uſus feud. part. 12. num. 116.* affirmat, & quidem rectè: Tùm quia text. *in d. Tit. de vaſall. qui contr. Conſt. Loth. Reg. benef. alien. lib. 2. Feud.* ſimpliciter, & ſine diſtinctione permittit vaſallo etiam ſine domini voluntate refutare feudũ: Tùm quia

quia cuiuſq; vaſalli induſtria ſpectatur in cōceſſione feudi, ut arguit forma fidelitatis feudalitiæ *in Tit. 6. & Tit. 7. lib. 2. Feud.* & nihilominus generaliter feudorum jure definitum eſt, quòd vaſallus refutare feudum poſſit, etiam ſine domini voluntate, *d. Tit. 38. lib. 2. Feud.* Tùm quia nuſquam in feudorum jure vaſallus, cuius induſtria fuit electa, prohibetur ſpecialiter feudum domino invito refutare. Quapropter id dicendum non eſt, per text. *in l. 5. in princ. ff. de probat.* Tùm etiam quia licet quodam in facti negocio ad illud expediendum, perſonæ induſtria ſit electa, attamen promiſſor ad factum illud præſtandum præcisè obligatus non eſt, *l. inter, 31. ff. de ſolut. l. ſtipulationes 72. in princ. verſ. Celſus, l. in ſtipulationib. 54. §. operarum, & l. ſi pœnam 68. ff. de Verb. obl. l. ſi quis ab alio, 13. in fin. ff. de re iudic.* Ioann. Gœdd. *in comm. de contrah. & committ. ſtip. cap. 9. num. 77. & ſeqq.* Tùm poſtremò quia licet inter perſonas longa differentia ſit ingenii, naturæ doctrinæ, & inſtitutionis, niſi tamen ſpecialiter actum ſit, ut ipſamet perſona, de quâ agitur, ſuâ operâ quid faciat, non tenetur ea neceſſariò perficere opus promiſſum, *d. l. inter. 31. verſ. & hoc ſpecialiter, ff. de ſolut. & l. unic. §. ne autem, 9. verſ. ſi in autem in faciendo, C. de caduc. toll.*

Non

Non tuetur Baronis à Tautenberg opinionem, quòd is, ut dixi, qui ſingulariter factum promiſit ſuâ operâ perficiendum, per alium præſtare illud non poteſt, *d. l. inter artifices 31. verſ. & hoc ſpecialiter, ff. de ſolut. & d. l. un. §. ne autem hoc 9. verſ. ſi verò talis*, C. *de caduc. toll.* Nam hîc nobis quæſtio non eſt, an vaſallus, cuius induſtria electa eſt, ſuâ operâ ſervire teneatur domino, quamdiu vaſallus eſt, Sed an hic vaſallus qui ex pacto inveſtituræ ipſemet ſuâ operâ præſtare ſervitium tenetur, domino invito refutare poſſit feudum? Quamdiu eſt vaſallus, obligatus eſt ad hoc, ut ſuâ perſonâ ſerviat domino, ſed quando refutatione deſiit eſſe vaſallus, liber quoque eſt ab hoc ſervitio, *d. Tit. 38. de vaſall. qui contr. Conſtit. Loth. Reg. benef. alien. in fin Lib. 2. Feud.* Si ergò dominus nolit, ut vaſallus, cuius induſtria electa eſt, refutet feudum, pacto Inveſtituræ ſpecialiter ei cavendum eſt, ne vaſallo feudum refutare liceat, ut docet quoque Sonsbeck. *in d. comm. in uſus feud. part. 12. num. 116. in fin.* Et pro hâc opinione facit textus *in d. l. unic. §. ne autem, verſ. ſin verò, C. de Caduc. toll. & d. l. inter artifices 1. v erſ. & hoc ſpecialiter, ff. de ſolut.* Contractus enim ex conventione legem accipiunt, non ſolùm jure Communi, *l. 1. §. ſi con-*

conveniat, ff. depoſiti, l. iuris Gentium 7. §. quinimò, & §. ſeq. ff. de pact. & l. contractus 23. §. ſed hæc ita. ff de Reg. iur. Sed & Feudorum jure, *Tit. 2. quid ſit inveſtitura, §. præterea, & Tit. 43. de feudo non habente propriam feudi naturam, lib. 2. Feud.*

Quæritur & illud, poſſitnè vaſallus invito domino refutare feudum, ſi vinculo ſtipulationis ad præſtanda ſervitia ſe obligaverit? Neganti inhæret opinioni Gl. *fin. in d. Tit. 51. de Capitan. qui Curiam vend. lib. 2. Feud.* Sed hæc Gloſſa loquitur de eo tantùm feudo, cuius certum ſervitium per ſtipulationem eſt promiſſum, non idem verò ſentit de feudo, cuius indeterminatum ſervitium promiſſum eſt per ſtipulationem, quo ſenſu etiam Feudorum Interpretes Gloſſam accipiunt, inter quos Alvarot. *in d. Tit. de Capitan. qui Cur. vend. §. ult. num. 1. verſ. & hanc partem, lib. 2. Feud.* 120

Sed quidam alii ſimpliciter tradunt, ſi per ſtipulationem promiſſa ſint ſervitia, non licere vaſallo refutare feudum invito domino, nec diſtinguũt inter feudum certi vel incerti ſervitii, ut Bald. *in prælud. feudor. n. 14.* Matth. de Afflict. *in feudorum prælud. num. 51. & in d. Tit. 38. de Vaſall. qui contr. Conſtit. Loth. Reg. beneſ. alien. num. 19. verſ. item fallit, niſi in datione feu-*

ne feudi Felin. *in d.c. quæ in Eccleſiarum,num.20. Extr.de Conſtit.*Schrad.*tr.feud. part.8.c.1.n.62.*

Cæterùm ſi juris authoritati conſona eſſet Gloſſæ opinio de feudo certi ſervitii ſtipulatione promiſſi, ob rationẽ certè eandem dicendum idem; eſſet de feudo, cuius ſervitia per ſtipulationem indeterminatè ſunt promiſſa; cùm ipſa ſolùm ſtipulatio impediret refutationem, non nuda ſervitii certi & determinati promiſſio.

121 Verum enimverò ipſa ſtipulatio neque in feudo certi ſervitii, neque in feudo indeterminati ſervitii refutationẽ inhibere poteſt; ſtipulatio quippe aſſumit naturam contractus, cui accedit, *l.ſi ita ſtipulatus 4.in princ.verſ. quia non eſt veriſimile, ff. de uſur. l.ſi ita ſtipulatus 126. §.ſupereſt ut quæramus,ff.de verb.oblig.* Bart. *in l.ſingularia 15. num. 10. & ſeqq. & maximè num. 13.ff. de reb. cred.* Ioann. Gœdd.*de contrah. & committ. ſtip. cap. 11.num.51.* Henric. à Roſenth. *tr.feud.cap.9. concl.50. num.17.* Quapropter cùm natura feudi ea ſit, quòd vaſallus refutare illud domino poteſt etiam invito, certè ſtipulatio feudali contractui adiecta, eam naturam non mutat, ſed poteſt vaſallus non obſtante ſtipulatione refutare feudum etiam invito domino, Bald.*in prælud. feud. num.16.* Matth.de Afflict.*in prælud. feud. num.51.verſ.Tertiò fallit,* Felin.*in d. c. quæ in Eccleſia-*

Digitized by Google

ſleſiarum,num.8.verſ. qua opinio. Extr.de conſtit. 122

Exiſtimat tamen Baldus dicto loco,quòd hoc caſu vaſallus refutans feudum, domino id quod intereſt, præſtare teneatur, Hanc Baldi opinionem ſequitur quoque Iacobin. de S.Georgio *tr.de feud.in verb.*Qui quidē inveſtiti, *num. 29.verſ.Item ſi conceſſio feudi, & in verb.* Et vnus ex dictis vaſallis, *nu.2.in fin.* tùm etiam Schrad. *tr.feud.d.part. 8.cap. 1. num. 65. verſ. quamvis tamen.* Meminit quoque eiuſdem opinionis de præſtādo intereſſe, Matth. de Afflict. Vt & Felinus dictis locis, ſed approbent eam necnè, haud conſtat ex verbis ipſorum.

123 Et certè de hâc Baldi opinione non immeritò quis dubitaverit, Tùm quia id quod intereſt ſuccedit in locum facti per ſtipulationem promiſſi, *l. ſtipulationes non dividuntur, 72. verſ. Celſus, ff.de Verb.oblig. l.ſi quis ab alio, 11. § ult.ff.de re iud. l. ſi pœnam, 68. l. quoties quis 81. in princ. §.1. & l.ſi quis ſtipulatus 112. & l.ſi fundum 114. ff. de Verb.oblig.* Sed vaſallus ab obligatione facti, hoc eſt præſtatione ſervitiorum per refutationem feudi, beneficio Iuris feudalis ſe liberat, *d.Tit.38.lib.2.Feud.* Ergò liberatur quoque à præſtatione eius, quod intereſt, Cùm acceſſio ſequatur naturam principalis, *c. acceſſorium, Tit. de Reg. Iur. in 6.* Tùm etiam, quia ſtipulatio, quiâ ſervitia domi-

domino promiſit vaſallus, nō obligat ipſum ad omittendam refutationem feudi, niſi quoque ſpecialiter promiſerit, quòd nolit refutare feudum. Sunt enim diverſæ ſtipulationes de ſervitiis præſtandis, & de feudo non refutando. Tùm poſtremò, quia ſtipulatio de ſervitiis domino præſtandis, obligat vaſallum ad hoc tantùm, ut præſtet ſervitia, quamdiu vaſallus eſt, *Tit. 21. lib. 1. Feud. & Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud.* Sed vaſallus refutatione feudi deſinit eſſe vaſallus, *d. Tit. 38. lib. 1. Feud.* Factâ ergò feudi refutatione, non amplius tenetur ex ſtipulatione illâ vaſallus. Quia vaſallus tantùm propter feudum obligatus eſt ad ſervitia, *d. Tit. 23. §. ult.* Quocirca feudo per refutationem reddito, atque ita obligationis cauſâ ſublatâ, ipſa quoque obligatio perempta intelligitur.

124 Non obſtat prædictis, quòd ſtipulatio illa ſine effectu eſſe videatur, niſi ex eâ vaſallus refutans feudum conveniri poſſit, in id quod intereſt. Stipulationis enim illius ſubiectum occupans non eſt feudi refutatio, ſed ſervitiorum præſtatio, quæ niſi præſtentur à vaſallo, facultas permittitur domino, vel auferendi vaſallo feudum, *Tit. 21. lib. 1. Feud.* vel agendi cum ipſo ex ſtupulatu, ut vel promiſſa ſervitia præſtet, vel id quod intereſt domi-

Digitized by Google

no, per jura paulò ante adducta. Quòd ſi illius ſtipulationis ſubjectum occupans eſſet feudi refutatio, & intermiſſio illius, tunc poſſet dominus contra vaſallum refutantem feudũ, ex eâ ſtipulatione experiri in id quod intereſt, per eadem illa jura prius citata.

Neq; etiam obſtat argumentum Jacobi 125
de Aluarotis *in Tit. 51. de Capitan. qui Cur. vend. §. ult. num 2 verſ. unde ergò concluditur, lib. 2. Feud.* quod illud eſt: Quando vaſallus domino per ſtipulationem certum promiſit ſervitium, atque ita civiliter ipſi ex ſtipulatione obligatus eſt ad præſtandum certum illud ſervitium, tunc poteſt ipſum dominus per competentem ſibi ex ſtipulatu actionem compellere ad præſtandum ſervitium, Ergò invito domino refutare, ſive repudiare feudum, atque ita ſe liberare à ſervitii præſtatione non poteſt hic vaſallus. Non inquam obſtat hæc argumentatio, Eſt enim plus in conſequente quàm antecedente, antecedens quippe procedit, quamdiu vaſallus tenet feudum, propter quod ad ſervitia præſtanda obligatus eſt, *d. Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud.* Dimiſſo autem per refutationem feudo, amplius ad ſervitiorum præſtationem obligatus non eſt, *d. Tit. 38. de vaſall. qui contr. Conſtit. Loth. Reg. benef. alien. lib. 2. Feud.* Confert text. *in l. ult. qui ſatiſdar.*

Hh

tiſdare cogant. Vbi ICtus Paulus tradit, quòd is, qui promiſit judicio ſiſti, liberetur à promiſſione illâ, ſi ex conceſsâ causâ deſerverit judicium.

126 Non caret dubio & hæc quæſtio, An refutare feudum poſſit vaſallus, qui ultra fidelitatis juramentum ſpeciali jurejurando ad ſervitiorum præſtationem ſe obſtrinxit? Negatiuam amplectuntur Bald. *in d. c. quæ in Eccleſiarum, num. 32. Extr. de Conſtit.* & ibidem Felin. *num. 78. verſ. hanc fallentiam,* Idem Bald. *in præalud. feud. num. 14. & 16.* Iacobin. de S. Georgio *tr. de feud. in verb.* Qui quidem inveſtiti, *num. 29. verſ. item ſi ex parte vaſalli, & in verb.* Et unus ex dictis vaſallis refutavit, *num. 3. & tr. de Reydis ſiue operis, num. 42. & ſeq.* Schrad. *de feud. part. 8. cap. 1. num. 63. verſ. item niſi vaſallus.* Ratio à Baldo, & Iacobino de S. Georgio adducitur hæc, quòd juramentum præciſè ad factum obliget, & juramentum præciſam neceſſitatem imponat.

Verùm quò minus huic inhærere poſſim opinioni moveor primùm hâc ratione, quòd licet vaſallus fidelitatem juratò præſtet domino, juxta text. *in Tit. 6. & Tit. 7. lib. 2. Feud.* nihilominus tamen refutare feudum poſſit domino etiam invito, *d. Tit. 38. lib. 2. Feud.* Iacob. de Alvarotis *in d. Tit. 51. de Capitaneo qui curiam vendidit, § ult. in princ. lib. 2. Feud.* Schurff.

conſ-

conſ. 27. num. 8. cent. 1. Huic rationi adiungo & illam, quòd juramentum non mutat, ſed recipit naturam & conditionem illius negocii, ſuper quo interponitur, *l. 2. C. de non num. pecun.* Felin. *ad Rubr. decretal. de præſcript. & in c. ſi diligenti, col. 4. verſ. ſecundum corollarium, d. t.* Iaſon *in l. pecuniam, in princ. num. 25. ff. de condict. cauſâ datâ*, Guido Papæ *quæſt. 199. num. 2. in fin & num. 3.* Socin. *in Regul. 254. fall. 3.* Natta *conſ. 426. num. 20. Tom. 2.* Baver. *de virtute iurament. num. 136.* Modeſtin. Piſtor. *conſ. 21. num. 26. & ſeq. vol. 1.* Anton. Faber *in Cod. Fabr. lib. 7. Tit. 13. definitione 4. num. 3. in fundamentis.* Cùm ergò juramentum hoc adponatur promiſſioni ſervitiorum feudalium, patet inde, quòd ſecundum naturam promiſſionis ſervitiorum feudalium intelligendum ſit, proindeq; impedire feudi refutationẽ nequeat, Cùm feudi refutatio jure feudorum permiſſa ſit vaſallo, etiam inuito domino, ut ſuprà docui.

Adhæc Iuramentum recipit tacitam conditionem, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, ut notant Doctores *in c. cum contingat, Extr. de Iuriurand. & in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi adverſ. vend.* Iuramentum ergò illud de præſtandis ſervitiis feudalibus intelligendum eſt hoc ſenſu, ſi vaſallus retinuerit feudum, nec illud domino refutaverit.

Digitized by Google

Denique confirmat hoc pronunciatum text. *in d. l. ult. ff. qui ſatiſd. cog.* ubi Paulus ICtus docet, quòd licet quis juratò promiſerit judicio ſiſti, attamen non peierare intelligatur, ſi ex conceſſâ causâ judicium deſeruerit, de quâ lege videndus etiam Alexandr. *conſ. 125. col. 2. in fin. vol. 1.* Vnde non incommodè colligitur, quòd licet vaſallus juratò promiſerit ſervitia domino præſtare, ſi tamen refutaverit feudum, atque ita deſierit eſſe vaſallus, non amplius ex jurejurando illo ad ſervitia præſtanda ſit obligatus. Iuramentum n. illud aſtringit vaſallum quamdiu tenet feudum, poſteaquam verò illud ex permiſſione juris feudalis refutavit, non amplius juramenti illius vinculo conſtrictus erit, ut tradit quoque Alvarot. *ad Tit. 51. de capitan. qui cur. vend. §. ult. num. 1. verſ. præterea illud iuramentum, lib. 2. Feud.* Mynſing. *cent. 5. obſ 65. num. 10.*

In huius argumenti patrocinium accedit & illud, quòd ſublatâ per præſcriptionem perſonali actione, quâ debitum durante illâ actione peti potuit, juramentum de ſolvendo illud debitum vires amplius habet nullas, ut tradit Guido Papæ *decis. 199. num. 3.*

Non obſtat his, quòd juramentum præciſè ad promiſſum factum obligat, & præci-

ſam neceſſitatem imponit, Nam id verum eſt in vaſallo, quamdiu ipſe feudum poſſidet, cuius nomine ſervitia juratò promiſit, ut ex prædictis intelligitur.

128 Moveri in hoc argumenti genere de feudi refutatione poteſt & hæc quæſtio, An jure Canonico integrum ſit vaſallo refutare feudum domino etiam invito, ſi juratò ſervitia præſtare promiſerit? Negativa placet Iacob. de Alvarot. non modò in feudo cõditionato, ut ex quo certum debetur ſervitium, ſed etiam in ſimplici & recto feudo, cuius ſervitium eſt indeterminatum, ita ſentit ipſe Alvarot. *ad d. Tit. 51. de Capitan. qui Curiam vend. in fin. num. 1. verſ. quidam tamen Canoniſtæ*, quos tamen ibidem hanc in ſententiam allegat, mihi id ſentire non videntur, robur tamen accipit ex eo, quòd in cauſis concernentibus ſpiritualia jus Canonicum ſervatur.

129 Eſt & illa huius loci quæſtio non inelegans, An refutatum domino feudum refutantis vaſalli filii & agnati jure προτιμήσεως revocare â domino poſſint? Quod ad filios attinet, diſtinguunt Interpretes feudorum inter feudum novum, & vetus paternum feudum. Novum feudum ſi fuerit, repetitionem eius denegari filiis patris refutantis, aſſerunt Andr. de Ifern. *Tit. 39. de alien. feudi*

paterni, num. 7. lib. 2. Feud. & ibidem Alvarot. *num. 1.* Quam opinionem veritati conſonam judico, patre refutante adhuc viuo, Ipſo autem mortuo filiis refutatum feudum revocandi jus competere, dicendum videtur, *ex Tit. 8. de ſucceſſ. feudi, §. 1. lib. 1. Feud.* ubi diſertè ICtus Feudiſta tradit, quòd patre vaſallo decedente, filii eius æqualiter in feudum ſuccedant, nullâ patris defuncti ordinatione manente, vel valente. Quod placitum feudale Interpretes plerique intelligunt de feudo paterno veteri, Verùm de novo etiam feudo haud ineptè accipitur, tùm quia generale eſt, tùm etiam quia cùm ICtus eo Titulo generaliter diſſerat de feudi ſucceſſione, nulla ratio commoda adparet, cur non etiam de novo intelligi debeat feudo: Tùm poſtremò, quia ſi rectè cõſideretur textus eius loci, convincitur inde, quòd inprimis de novo exaudiri debeat feudo, ut quod pater novâ inveſtiturâ primùm adquiſivit, & quæritur num pater de eo liberè diſponere poſſit, quod negat ibi ICtus Feudiſta.

150 Mirum ſanè, quòd feudorum Interpretes negant, filios revocare feudum novum à patre refutatum ipſo mortuo, cùm tamen ſentiant, revocandi licentiam ipſis tribui, ſi manifeſtè pateat, quòd etiam filiorum intuitu, & con-

& contemplatione conceſſum ſit patri feudum, ut ſentiunt Matth. de Afflict. *in d. Tit. 39. num. 9. num. 10. & num. 23.* & Petr. Ravennas ibid. tùm etiam Præpoſitus *num. 3.* Alvarot. *in Tit. 24. Quæ fuit prim. cauſ. beneſ. amitt. lib. 2. Feud.* Zaſ. *tr. de feud. part. 10.* Sonsbeck. *in comm. in vſus feud. part. 11. n. 121.* Certum autem eſt, quòd feudum novum, ut quod nunc primùm alicui conceſſum eſt, eius quoque filiis nominatim conceſſum intelligitur, ut diſertè arguit text. in *Tit. 23. In quib cauſ. feud. amitt. § ult.* ibi, ut ad eum heredeſque ſuos maſculos in perpetuum pertineat, *lib. 2. Feud. Tit. 1. § Et quia vidimus, verſ. ſed cum hoc iure, lib. 1. Feud.* Ex quib. locis intelligitur, quòd filii ſuccedant patri in feudum novum, etiamſi dominus non expreſſerit nominatim, quòd & filii in feudum etiam novum ſuccedere debeant. Tacitum itaque Iuris feudalis poteſtate operatur hîc idem, quod expreſſum, ut aliâs etiam, *l. 3. ff. de reb. cred.* Everhard. *in topic. in loco ab expreſſo ad tacitum, in princ.* Et licet expreſſum maioris ſit efficaciæ quàm tacitum, ut volunt Bald. *in l. fin. ff. de legat. 2.* & Cravett. *conſ. 103. num. 5. part. 1.* & alii quos citat Ludolph. Schrad. *tr. feud. part. 10. ſect. 4. n. 80.* Attamen exaudiendum illud eſt de confirmatoriâ efficacia, non etiâ ampliativâ, & extenſivâ, cùm ſolum illud tacitum efficacius reddat.

Non obſtat, quòd aiunt, vaſallum poſſe ex voluntate dñi in novo feudo præjudicare filiis, licet etiam ipſis feudum jure ſit quæſitum, ut alios ſequutus ſcribit Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 52. num. 2.* Non enim quiſquam Interpretum hactenus ullo juris textu certo probavit contra text. *in d. Tit. 1. §. 1. & d. Tit. 8. de ſucceſſ. feud. lib. 1. Feud.* quòd vaſallus in feudo novo præjudicare filiis ſuis poſſit.

131 Quod verò attinet feudum antiquum paternum, rectè exiſtimãt Interpretes, quamdiu vaſallus refutans vivit, non eſſe integrũ eius filiis, aut agnatis revocare feudum, mortuo autem refutante liberum eſſe ipſis repetere feudum, Ita poſt Gl. *in d. Tit. 39. de alien. feud. paterni, lib. 2. Feud.* Sentiunt ibidem Bald. *num. 3.* Alvarot. *num. 6.* Laudens *num. 1.* Iacobin. de S. Georgio *tr. de feud. in verb.* Et unus ex dictis vaſallis *num. 8. & 9.* Curt. Iun. *de feud. part. 4. num. 147.* Baro à Tautenberg. *ad Tit. 38. ne vaſall. qui contr. Conſtit. Loth. Reg. benef. alien. lib. 2. Feud.* Zaſ. *tr. de feud. part. 9. num. 14.* Hotom. *conſil. 31. num. 19.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 23. num. 2. & Reſp. 44. num. 17.* Sonsbeck. *in comm. in uſus feud. part. 12. num. 121.* Ratio eſt, quòd vivo vaſallo nihil intereſt ſucceſſorum feudalium, an ipſemet

met vaſallus, aut alius, putâ dominus utatur fruatur feudo, ſicuti nihil intereſt ꝓprietarii, utrũ fructuarius ipſe utatur fruatur, an alius quilpiam, *l. arborib. 12. & l. cui uſusfructus 67. ff. de uſufructu.* Mortuo autem vaſallo refutante, cùm ipſius jus ſit reſolutum, cenſetur quoque reſolutum jus domini, cui refutatum eſt feudum, *l. lex vectigali 31. ubi Dd. ff. de pignorib.* proindeque tunc feudum ad refutantis ſucceſſores pertinet.

Cæterùm ut ad alteram ſuprà propoſitam quæſtionem veniamus, non eſt hoc loco omittenda opinatio Cuiacii *lib. 2. de feud. Tit. 14. de refutatione feudi*, exiſtimãtis, falli Interpretes, q̃ ſentiunt, agnatos revocare poſſe refutatum feudum, ſi ipſi nõ cõſenſerint refutationi domino factæ. Verùm hoc Cuiacii judicium procedit quidem vivo refutante vaſallo, per rationem ꝓximè adductam, non autem vaſallo refutãte mortuo, cùm morte ipſius agnatis adit' ad feudi ſucceſſionẽ aperiatur, *Tit 11. de ſucceſſ. fratr. & Tit. 50. de natura ſucceſſ. feudi, lib. 2. Feud.* Et hoc ſuccedendi jus refutatione ſuâ ipſis vaſallus auferre non poſſit, *d. Tit. 8. de ſucceſſ. feud. lib. 1. Feud. & Tit. 39. de alien. paterni feudi lib. 2. Feud.* ubi JCtus Feudiſta ſcribit, quòd feudi paterni alienatio non conſentientibus agnatis inuti- 132

 liter

Digitized by Google

in comm. in conſuetud. feud. cap. 8. num. 55. Ratio eſt, quia deſcendentes maſculi in utroq; feudo ſuccedunt, *Tit. 11. de ſucceſſ. fratr. in princ. lib. 2. Feud. & Tit. 8. de ſucceſſ. feud. lib. 1. Feud.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 23. num. 3.* Sonsbeck. *in comm. in uſus feudor. part. 12. num. 118.*

Similiter vaſallus paternum feudum, ut quod jure ſucceſſionis adquiſivit, agnato ſuo rectè refutat, ſi agnatus ille æquè ac refutans à primo adquirente deſcendat, *Tit. 39. de alien. feudi paterni in fin. princ.* ibi, ſed quaſi refutatio, *lib. 2. Feud.* Sonsbeck. *in comm. in uſus feud. part. 12. num. 119.* Mynſing. *d. cent. 6. obſ. 23. num. 4.* Ratio eſt, quia agnatus huiuſmodi agnato ſuo in feudum ſuccedit, *d. Tit. 11. §. his verò deficientib. & d. Tit. 50. de natura ſucceſſ. feudi. lib. 2. Feud.* 134

Et poteſt agnatus feudum hoc refutare ſuo agnato etiam ſine voluntate domini, *d. Tit. 39. de alienat. feudi paterni, lib. 2. Feud.* Hotoman. *conſ. 31. num. 1. & 4.* Vnde & illud ſequitur, quòd dominus agnato hîc non præferatur, ſed per hunc ille excludatur, etiamſi precium feudi huius offerat, ut ſentit etiam Hotoman. *d. conſ. 31. num. 3.* 135

Cæterùm quæſtionis eſt, num agnatus paternum feudum proximiori tantùm agnato, vel etiam remotiori poſſit refutare? Et pro- 136

proximiori tantùm rectè refutari paternum feudum, non etiam remotiori ſentiunt præter alios, Mynſing. *d. obſ. 23. num. 4.* Ioan. Borcholt. *in comm. in conſuetud. feud. cap. 8. num. 56.* & Hotom. *d. conſ. 51. num. 9.*

Verùm hæc opinio admittenda non eſt, conſiderato refutationis tempore, Neque n. domini, neque proximioris agnati intereſt, refutationem fieri in remotiorem agnatum, quamdiu vivit refutans agnatus. Domini intereſt nihil, quia totam illam familiam ex primo adquirente deſcendentem in conceſſione & inveſtiturâ feudi elegit, & eos omnes tanquam vaſallos habet. Non intereſt quoq; agnati proximioris; quia feudi jus reale, atq; ita uſus & cõmodum eius ad proximum agnatum non pertinet, niſi mortuo refutante agnato, cùm ordine ſucceſſivo paternum feudum ad agnatos pertineat, *Tit. 11. §. his Verò, & Tit. 50. de natura ſucceſſ. feudi, lib. 2. Feud.*

137 Eſt & illud hîc generaliter notandũ, quòd vaſallus vel domino ſuo, vel ſucceſſori feudali refutare poteſt vel totum feudum, vel partem eius, *Tit. 38. de vaſallo, qui contra conſtit. Loth. Reg. benef. alien.* ibi, unius ſolius partem refutare, aliis ſibi reſervatis, *lib. 2. Feud.* Cuiac. *in Tit. 14 inibi pag. 253. lib. 2. Feud.* Ioan. Borcholt.

Borcholt. *in comm. in conſuetud. feud. cap. 8. num. 52.*

Sed hæc concluſio intelligenda videtur 138
de caſu tantùm, quo vaſallus eſt plurium dominorum, quorum uni aut alteri ipſe vaſallus refutare eius partẽ poſſit, nõ etiã de caſu, quo unius domini quis vaſallus eſt. Hunc enim vaſallum non poſſe retinere partem feudi unam, alteram verò domino refutare, ſentit Rittersh. *in partit. feud. lib. 2. cap. 2. num. 20. pag. 329. verſ. quintò ampliatur.* At quia feudi licita alienatio tàm in parte, quàm toto feudo fieri poteſt, & refutatio quædam alienationis licitæ ſpecies eſt, Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. concl. 50. num. 1.* non video cur integrum non eſſet vaſallo etiã feudi partem refutare vel domino, vel ſucceſſoribus. Non quidem poteſt heres pro parte hereditatem adire, & pro parte repudiare, *l. 1. ff. de adquir. vel amitt. hered.* neque legatarius poteſt pro parte adquirere, & pro parte repudiare legatum, *l. legatarius 38. ff. de legat. 1.* Sed à diverſis & ſeparatis mala fit illatio, *l. ult. verſ. ſeparatũ eſt etenim, ubi Dd. ff. de calumniator.*

Perſpectum cognitumque nobis eſt ex 139
prædictis, quòd vaſallus refutare poſſit feudum ſuum vel domino, vel ſucceſſori feudali, putà filio, vel agnato ſuo. Sed quæſtionis

eſt,

eſt,an vaſallus etiam extraneo, ut qui nō deſcendit à vaſallo primò adquirente, feudum ſuum refutare queat? Herman. Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 75.* feudi refutationem diſtribuit in propriam, & impropriam refutationem, Propriam definit, quæ domino fit; Impropriam, quæ fit vel agnatis, vel extraneis, atq; ita ſignificare videtur, quòd refutari poſſit feudum etiam extraneo. Verùm quia cap. eodem *num. 78.* diſertè ſcribit, quòd extraneis ſine conſenſu domini, & feudi ſucceſſorum refutatio fieri non poſſit, patet inde, quòd priori loco intelligendus ſit de eâ refutatione, quæ quidem fit à vaſallo, ſed non jure.

140 Ideò autem feudi refutatio non poteſt, fieri extraneo, quòd nuſquam in feudorum libris refutatio hæc permiſſa legitur. Et quia uſufructuarius, cui vaſallus ſimilis eſt, *Tit. 23. in quib. cauſ. feud. amitt.* §. *ult.* ibi, uſusfructus verò, *lib. 2. Feud.* non poteſt cedere uſumfructum ſuum extraneo, §. *item finitur uſuſfructus*, ibi, nam cedendo extraneo nihil agitur, *Inſt. de uſufructu*, & *l. ſi uſusfructus 16. ff. de iur. dot.* conſequens ei eſt, quòd nec vaſallus extraneo feudum ſuum refutare poſſit.

Quemadmodum ergò propriè alienatio feudi

feudi non eſt, ſed quaſi refutatio, quando vaſallus feudum ſuum paternum in agnatum alienat *Tit. 39. de alienat. feudi paterni, in fin. principii, lib. 2. Feud.* Sic ex diverſo vera eſt, & jure vetita alienatio, quando vaſallus feudum ſuum refutat extraneo, Cuiac. *ad Tit. 45. de alienat. paterni feudi, lib. 4.* Hotom. *conſ. 31. num. 7.* Ioann. Borch. *de feud. cap. 8. num. 57.* Henric. à Roſenth. *de feud. cap. 9. concl. 52. num. 21.*

Videndum nunc de modo refutandi feudum, Et primò ſciendũ, quòd feudi refutatio inter vivos poſſit fieri, non etiam per ultimã voluntatẽ, ut non ſolùm rectè ſentiunt Feudiſtæ, quos citat & ſequitur Bartholom. Camerar. *in repetit. l. Imperialem, Tit. 55. de prohib. feud. alien. per Frid. lib. 2. Feud. pag. 179. & ſeq.* Sed probatur quoque textu *in Tit. 8. de ſucceſſ. feud. in fin. princ. lib. 1. Feud.* ubi ICtus Feudiſta, nullâ, ait, ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente: 142

Deindè ſi vaſallus domino refutare feudum ſuum velit, neceſſum eſt, ut fiat refutatio in manu domini, nõ ipſo ignorante, *Tit. 9. qualiter olim poterat feud. alien. §. 1. verſ. ſi autem diſſentiente, Tit. 14. de vaſall. decrep. ætat.* ubi Bald. Præpos. & Laudens. *lib. 2. Feud.* Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. concl. 51. num. 12. & ibi in addit. ad lit. G.* 143

Adhæc

Adhæc feudi refutatio domino facienda per eadem fieri debet ſymbola, per quæ ipſa inveſtitura fuit facta, Nihil enim tàm naturale eſt, quàm eodem genere quodque diſſolvere, quo colligatum eſt, *l. nihil tàm naturale, ff. de Reg. iur. l. omnia quæ iure. ff. d. t. & l. eas obligationes, 8. ff. de capit. minut.* Quocirca in refutando feudo inſigne, ſive nota infeudationis, quæ in Inveſtiturâ data fuerat, reddi ſolet, Hotom. in *diſput. de feudi cap. 38.* & Cuiac. *ad Tit. 14. de refutat. feud. lib. 2. Feud.*

Cum igitur donum aliquod in Inveſtiturâ datum eſt vaſallo, reddere illud domino tenetur vaſallus, de quo dono text. in *Tit. 27. §. ſi duo homines, lib. 2. Feud.* Quando item Principatus per gladium, & vexillum in feudum datus eſt, ſolennitas refutationis eſt, ut reddatur, quod datum eſt. Sic olim in divortio uxori adimebantur claves, quæ in contrahendo matrimomio datæ fuerant, Hotom. *d. cap 38* Sic in degradatione Clerici, ac Sacerdotis eædem ceremoniæ interveniunt, quæ in eius inauguratione fuerunt adhibitæ, Conrad. Rittershus. *in partit. feudal. lib. 2. cap. 2. num. 19.*

Porrò quando poſſit vaſallus refutare ſuum feudum, diſpiciendum hîc etiam nobis eſt. Tempeſtivè autem renunciatio hæc fieri de-

Digitized by Google

ri debet, non eo tempore, quo per eam dominus in fraudem coniici poſſet, ut arguit textus in *Tit. 14. de vaſallo decrepit. ætat.* & *Tit. 38. de vaſallo, qui contr. Conſtit. Loth. Reg. benef. alien. lib. 2. Feud.*

Non ergò admittenda eſt feudi refutatio, 149
ſi vaſallus refutat feudum eo tempore, quo ſervitiis & operâ eius neceſſariò dominus eget: ut cum dominus jam in belli procinctu eſt, & ipſi hoſtis iminet, nec confeſtim alterius ſervitiis idoneis inſtruere ſe poteſt dominus, ita ſentiunt Feudiſtę communiter, Prępos. *in Tit. 51. de Capitan. qui Cur. vend. § ult. lib. 2. Feud.* Baro à Tautenberg. *in d. Tit. 38. num. 7.* Franciſcus Sonsbeck. *in comm. in uſus feud. part. 12. num. 117.* Schrad. *tr. feud. part. 8. cap. 1. num. 63. verſ. et hac renunciatio.* Weſemb. *tr. de feud. cap. 11. num. 11.* Mynſing. *cent. 5. obſ. 65. num. 12.* & alii alibi.

Atque hæc concluſio firmamentum capit immotum ex Conſtitutione Aureæ Bullæ Caroli IV. *Tit.* Von den als unwürdigen/ihr Lehengutt benommen werden / *pag. 9. facie 2.* Tuetur idem pronunciatum argumentum textus *in l. ſed & ſocius 17. §. ult. ff. pro ſocio*, ubi intempeſtiva ſocietatis renunciatio jure improbatur. Accedit eodem & illud, quòd intempeſtivum & fraudulentum divortium

marito permiſſum non eſt, putà ut illud patri uxoris in dote præjudicium adferat, *l. filiæ 59.* ubi Bart. & alii, *ff. ſolut. matrim.* Confert quoque huc textus *in l. rei quam 33. ff. de dolo malo*, ubi dicitur, quòd qui oportunitatẽ vẽdendi rem aufert volenti vendere, doli reus ſit, & de indemnitate in factum actione teneatur. Denique non parum roboris adfert ſententiæ huic, quod incola non poteſt renunciare incolatui eo tempore, quo munus aliquod publicum ſubeundum eſt incolis, *l. incola 34. ff. ad municip.*

147 Quid verò ſi vaſallus refutans domino feudum tempore ingruẽtis belli, alium ęquè idoneum ſuo loco præſtare velit, numquid refutationem admittere tenetur Dominus? Bald. affirmat in *c. quæ in Eccleſiarum, num. 32. de Conſtit.* ubi ſcribit, quòd intempeſtiva feudi renunciatio non valeat, niſi domini indemnitati cõſuli poſſit, Baldum ſequitur Felin. *d. loco num. 77.* his verbis: niſi poſſet conſuli indemnitati domini providendo de vaſallo æquè idoneo.

Atque hoc pronunciatum robur capit ex *l. in fundo 38. verſ. conſtituimus ff. de rei vindic.* ubi Celſus ICtus, ſi, ait, paratus eſt dominus tantum dare, quantum habiturus eſt poſſeſſor, his rebus ablatis, fiat ei poteſtas, neque malitiis indulgendum eſt.

Iuvat

Iuvat quoque concluſionem hanc, quòd vaſallus per idoneum ſubſtitutum ſervire poteſt domino, *Tit. 26 ſi de feud. defuncti content. ſit inter dom. & agn. vaſ. §. ſi quis deceſſerit*, ibi, alius pro eo faciens ſervitium admittetur, & *Tit. 55. de prohib. feudi alien. per Frid. §. firmiter*, ibi, vel alium pro ſe domino acceptabilem mittere, *lib. 2. Feud.* Accedit denique in confirmationem huius concluſionis textus in *l. ſi quis domum 9. in princ. verſ. planè ſi domum, ff. locati*, Vbi ICtus Vlpianus ſcribit, ſi domus conducta evicta ſit conductori, & locator paratus ſit aliam ei non minus commodam præſtare habitationem, æquiſſimum eſſe ut abſolvatur locator.

Proximum nunc eſt, ut videamus quod feudum vaſallus refutare nequeat. Primò autẽ tradunt Feudiſtæ communiter omnes, quòd vaſallus feudum ſuum ligium invito domino non poſſit refutare. Ligium feudum dicitur, ex quo vaſallus fidelitatem domino feudi præſtare tenetur contra omnem hominem, nullo excepto, ut arguit text. *in Tit. 99. in extra ord. capitt. iunct. Tit. 52. §. ſatis benè, verſ. quidam miles, lib. 2. Feud.* Vaſallus igitur ligius vocatur, qui poſſidet eiuſmodi feudũ, *d. Tit. 99.* qui Germãis ãtiquis dicitur Lidigman/ut arguunt ãtiquę nõnullę inveſtiturę, 148

quas ſe vidiſſe ait Roſenth. *tr. feud. cap. 2 concl. 4. num. 7.*

149 Eſt quidem feudum eius naturæ, ut vaſallus juvare dominum nõ teneatur contra antiquiorem dominum, *Tit. 38. hîc finitur lex: § ult. lib. 2. Feud.* ut nec contra Imperatorem ſive Regem Romanum, *Tit. 7. de novâ formâ fidelit.* ibi, contra omnem hominem excepto Imperatore, vel Rege, *lib. eod. Feud.* Verùm ligius vaſallus domino fidelitatem debet contra omnẽ hominẽ, Cui cõſequens, quòd ligius vaſallus non poſſit eſſe duorum dominorum, *d. Tit. 99. de feud. ligio, in extra ord. capp.* quòd item vaſallus ligius in Orbe Romano alterius eſſe non poſſit vaſallus, quàm Imperatoris, ſive Regis Romanorum.

150 Non nulli quidem exiſtimant, quòd etiam Reges, Duces, Comites, qui ſuperiorem recognoſcunt, putà Imperatorem, ligium dare feudum, & vaſallum habere ligium poſſint, licet vaſallus ille non teneatur dominum juvare contra Imperatorem, Bald. *conſ. 291. num. 6. vol. 2.* Chaſſenæ. *in conſuetud. Burgund. §. 3. Rubr. 3. num. 16. pag. 421. in fin. & pag. ſeq. in princ.* Jaſon *in prælud. feud. num. 107.* ubi hoc feudum appellat ſubligium feudum. Atqui hæc opinio reiicienda eſt meritò per text. *in d. Tit. 99.* ubi ligius dicitur

vaſal-

Digitized by Google

vaſallus, qui contra omnem hominem fidelitatem domino juravit.

Poteſt tamen quis eſſe ligius vaſallus Papæ Romani, & non ligius vaſallus Romani Imperatoris, ut arguit authoritas juris Canonici in *Clement. Paſtoralis. §. denique licet rex ipſe ianct. §. rurſus, Tit. de ſentent. & re iud.*

Quin etiam quòd & alius aliquis vaſallus non ligius poſſit eſſe unius, alterius verò ligius, ſcribit Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 2. concl. 4. num. 3.* & Cuiac. *ad. Tit. 7. de novâ formâ fidel. lib. 2. Feud. pag. 211.* Sentiunt quoque nonnulli, quòd ex conſuetudine poſſit quis eſſe tempore eodem duorum vel plurium ligius vaſallus, Guido Papæ *decis. 310.* Molinæ. *in conſuetud. Paris. Tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 6.* Menoch. *conſ. 2. num. 26.* 152

At huic opinioni adverſatur omninò text. *in d. Tit. 52. §. ſatis. lib. 2. Feud. & d. Tit. 99. in extraord. capitt.* qui uterque locus non admittit, ut ligius vaſallus plurium dominorum vaſallus ſit, Obrechtus quoque conſuetudinem hanc omninò reiicit *in diſp. de feud. 2. theſi 151. & ſeq.* 153

Ex poſt facto tamen fieri poteſt, ut quis vaſallus ſit ligius duorum dominorum, ut ſi vaſallus ligium habens feudum, alteri ſuccedat in feudo ligio, *d. Tit. 99. in extraord. capitt.* 154

155 Dicitur autem ligius hic vaſallus, quòd ligatus & obſtrictus ſit domino feudi adverſus omnem hominem, ut ſentit Jacobin. de S. Georgio *tr. de feud. in verb.* in feudum, *n. 19. in 7mâ feudorũ diviſione*, & Sonsb. *in comm. in uſus feud. part. 3. n. 20.* Vnde vaſallus hic juriſdictioni ſolius domini feudalis cum omnibus ſuis bonis ſubjectus ut ſit, neceſſe eſt, Speculator *Tit. de feud. §. quoniam, col. 1.* Alvarot. *in prælud. feud. diviſ. 13.* Matth. de Afflict. *ad Tit. 5. qualiter iurare debeat vaſallus, in princ. num. 11. lib. 2.* Feud. Curt. Jun. *tr. de feud. part. 1. quæſt. 8. n. 26.*

156 Vox enim LIGIVS Italorum verbum eſt, & ſignificat totalẽ ſubjectionẽ teſte Krantzo *lib. 4. Chronicorũ*, quẽ ſequitur Cuiac. *ad Tit. 9. Factũ fratris fratri in feudo paterno nõ nocere lib. 4. Feud.* Aliàs homologus appellatur hic vaſallus, ut notat Cuiac. *ad Tit. proximè citatũ.*

157 Huius autem generis feudum non poteſt ligius vaſallus domino ſuo invito refutare, ut plerique ſentiunt Feudiſtæ, quos refert & ſequitur Henric. à Roſenth. *tr. feud. d. cap. 2. concl. 4. num. 4.* Atqui erroneam eſſe hanc ſententiam, patet ex eo, quod textus *in Tit. 38 in fin. & Tit. ſeq. in princ. lib. 2. Feud.* generaliter definit, quòd vaſallus etiam ſine domini conſenſu feudum refutare poſſit. Quò accedit & illud, quòd feudum quoties in uno alteratur, naturam ſuam in cæteris omnibus

reti-

Digitized by Google

retinet, *Tit. 28. verſ. quod qualitercunq;, lib. 2. feud.* Licet ergò vaſallus ex ligio feudo contra omnem hominem juvare dominum teneatur, attamen ex eo inferendũ non eſt, quòd hic vaſallus non poſſit refutare invito domino hoc feudum ſuum.

De feudo Franco an illud etiam refutare vaſallus poſſit invito domino? dubium movet Curt. Iun. *tr. feud. part. 1. quæſt. 8. num. 30.* ubi ſcribit, quòd Bald. *in c. cæterùm, col. 8. Extr. de iudic.* ſignanter negativè decidat, & addit ita Modernos tranſire in prælud. feud. Ipſe autem Curtius multùm ſe dubitare de hâc ſententiâ apertè oſtendit. 158

Verùm enimverò meo in exemplari non reperio Baldum ita ſentire in, nec invenio ullum ex Modernis ita ſentẽtium feudorum præludiis, neq; ulla apparet ratio, cur negativæ patrocinari quiſquã jure poſſit. Feudorũ jure deciſum eſt generaliter, quod vaſallus ſine domini voluntate refutare feudum poſſit, *d. Tit. 38. de vaſall. qui contr. Conſtit Loth. Reg. benef. alien. lib. 2. Feud.* neq; huius pronunciati uſquã in feudorum libris exceptio ꝓponitur de feudo Franco. Eſt quidẽ hoc feudum degenerans & improprium feudum, cùm vaſallus ex eo ſervitia præſtare non cogatur. *Tit. 104. in fin. princ. in extraordinar. capp.* quod eſt contra naturam feudi, ut arguit textus

Digitized by Google

in Tit. 23. in fin. lib. 2. Feud. Verùm proprii feudi naturam cæteris in caſibus retinet, per text. in *Tit. 48. de feud. non habente propriam feudi naturam lib. 2. Feud.* proindè vaſallus illud quoq; refutare poteſt, nõ obſtante quòd à ſervitiis liberum eſt hoc feudum.

159 De feudo conditionato, ut quod ad certum & determinatum conceſſum eſt ſervitium (putà ut vaſallus domino bellum gerenti, duos, treſvè equites mittat, vel ut mẽſæ domini inſerviat, aut domini uxorẽ comitetur &c.) an poſſit refutari invito domino, variant Interpretes. At illud etiam liberam admittere refutationem oſtendi ſuprà, ubi tractavi quæſtionem, an vaſallus invito domino refutare feudum poſſit. Ibidem etiam affirmativè expedivi quæſtionẽ, an refutari poſſit feudum, cuius ſervitia jurejurando ſpeciali ſunt promiſſa à vaſallo.

160 Non eſt hoc loco omittẽda quæſtio, an vaſallus plura poſſidẽs feuda, ꝓpria, & imꝓpria ſi domino ſuo vel agnato ſimpliciter refutet feuda ſua, cẽſeatur quoq; impropria refutare feuda? Hanc quæſtionem tractat Schrad. *tr. feud. part. 2. cap. 4. num. 65. & ſeqq.* ubi negativè eam decidit, Tùm quia in aliquâ diſpoſitione cum ſit mentio feudi, de proprio tantùm feudo ea ſit intelligenda, non de feudo impro-

improprio,ut docet Curt. Iun. *tr.feud.part.1.*
quæſt.6.num.32. Tùm quia in inſtrumento
donationum duarum,propriæ& impropriæ,
clauſula oneroſa de propriâ donatione acci-
pienda ſit, nôn de impropriâ, per text. *in c.*
cum dilecti,Extr.de donat. Tùm poſtremò quia
ſi quis caſtrum aliquod cum omnibus feudis
ad Caſtrum illud pertinentibus in actionis 106
libello petat, & judicis ſententiâ Caſtrum
illud cum feudis actori adjudicetur, libellus
tamen & ſententia illa ita ſit intelligenda, ut
non comprehendat impropria feuda, arg. *l.*
non aliter 69.in princ.ff.de legat.3.

Cæterùm huic Schraderi opinioni non te- 161
merè inhærere judico, Etſi n. feudum ali-
quod improprium ſit in uno aliquo caſu, at-
tamen proprii feudi naturam retinet in quo-
vis alio caſu, ut arguit clariſſimus textus *in*
Tit. 48. de feudo non habente propriam feudi na-
turam,ubi Feudiſtæ, lib. 2. Feud. Proindè argu-
menta Schraderi nihil patrocinii adferunt
ſententiæ ipſius, cum feudum improprium
ſit etiam proprium feudum in cæteris caſi-
bus omnibus, in quibus proprii feudi natu-
ram retinet.

Dubitari quoque poteſt de feudo, quod 162
vaſallus per ſubinfeudationem alii conceſ-
ſit,an ipſe ſubinfeudans refutare illud domi-

no poſſit, etiam inuito ſubinfeudato vaſallo, & in eius præjudicium? Aiens ſententia probari exiſtimatur textu *Tit. 5. §. rurſus ſi fidelis, lib. 1. Feud.* eamque amplectitur ibidem Baro à Tautenberg, & Sonsbeck *in comment. in uſus feud. part. 12. num. 124.*

163 Sed obloqui videtur cõcluſioni huic, quòd quòd vaſallo eius culpâ feudum auferri non poteſt, *Tit. 21. de feud. ſine culp. non amitt. lib. 1. Feud.* Vaſallus autem refutans ſubfeudum domino ſuo, auferre diceretur ſubinveſtito vaſallo feudum abſque eius culpâ, ſi liberum ei eſſet, in præjudicium ſubvaſalli refutare domino ſubfeudum. Et quia ſubinfeudatio licita eſt vaſallo, etiam ignorante ſuperiore domino, qui in eam conſentire præſumitur, cùm ipſe non ignoret, jus eſſe vaſallo ſubinfeudandi alium de ſuo feudo, ut ſuprà docui, certè haud dici verè poteſt, quòd vaſallus feudum, de quo alium ſubinveſtivit, refutare domino poſſit in præjudicium ſubinfeudati, ita ut ille nullo jure adverſus dominum tueri ſe queat.

164 Non imminuit hanc ſententiam text. *in d. Tit. 5. §. rurſus, lib. 1. Feud.* non n. agit de refutatione ſubfeudi, ſed de refutatione alterius feudi, de quo vaſallus neminẽ ſubinveſtivit, ſed cuius partẽ dimidiã aut dimidiâ minorẽ

alicui

Digitized by Google

alicui vel ad libellum dedit, vel pigniori obligavit.

Poteſt quidem vaſallus feudum; de quo alium ſubinveſtivit, domino ſuo refutare, per text. *in Tit. 9. qualiter olim poterat feudum alienari, §. ſin autem, lib. 2. Feud.* Verùm refutatio illa non præjudicat ſubvaſallo, ſi enim ſubvaſallus paratus ſit domino ſuperiori ſervire, & ab ipſo agnoſcere feudum, non amittit illud, text. eſt in *d. Tit. 9. qualit. olim pot. feud. alien. §. ſin autem diſſentiente. verſ. eo excepto, lib. 2. Feud.* Et tradit Andr. de Iſern. ad *d. Tit. 5. §. rurſus, num. 25. lib. eod. Feud.* Vt & Præpoſit. *in d. Tit. 9. verſ eo excepto,* & ibid. Baro à Tautenberg. *lib. eod. Feud.* tùm etiam Curt. Iun. *tr. feud. part. 4. n. 85. verſ. ego multùm dubito.* 165

Non obſtat text. in *Tit. 4. §. ult. lib. 1. Feud.* Exaudiri enim locus ille poteſt de Regulâ, quæ eſt, quòd reſoluto jure datoris, (putà vaſalli ſubinveſtientis) reſoluatur quoq; jus acceptoris (putà ſubvaſalli) & feudum ad dominum revertatur: Sed Regulæ huius exceptio proponitur in *d. Tit. 9. verſ. eo excepto, lib. 2. Feud.*

Quæritur etiam de feudo Eccleſiaſtico, an illud vaſallus refutare poſſit Capitulo, ſi ab Epiſcopo ſit conceſſum? Negativam rectè adprobat Bartholom. Camerar. *in repetit. l. Imperialem, Tit. 55. de prohib. feud.* 166

feud. alien. per Frid. lib. 2. Feud. pag. 254. & ſeq.
167 Vocaturin quæſtionē & illud, an vaſallus, qui decē aut viginti añis fructus feudi percepit, refutare poſſit hoc feudū nullis reſtitutis fructibus? Affirmativa placet Sonsbec. *comm. in uſus feud. part. 12. num. 117.* exemplo uſufructuarii, qui non eſt cogendus reficere, ſi paratus ſit recedere ab uſufructu, *l. ſi abſente 48. in princ. verſ. ſed ſi paratus, & l. cum fructuarius 64. ff. de uſufr.* Confert quòd generaliter jure cautum eſt, licere vaſallo refutare feudum, nec ſimul requiritur, ut reſtituat fructus anteà perceptos, ut patet ex textu *in d. Tit. 38. lib. 2. Feud.*
168 Reliquum nunc eſt, ut de effectu refutationis feudi aliquid aſpergamus. Si realis refutatio domino fuerit facta conſentientibus feudi ſucceſſoribus, redit omninò feudum ad ipſum dominum, & poteſt dominus de eo alium inveſtire, & feudum illud erit novum, licet prius eſſet vetus paternum feudum, *Tit. 5. §. præterea, lib. 1. Feud. & Tit. 49. de eo, qui fin. fecit agn. ſuo, lib. 2. Feud.*
169 Si verò perſonalis refutatio facta ſit, vel domino, vel alicui ex agnatis feudi ſucceſſorib⁹, mortuo refutatore, in refutatū feudum ſuccedunt agnati refutantis vaſalli, per *text. in Tit. 14. De vaſallo decrep. ætat. Tit. 26. ſi de feud.*
Digitized by Google

feud. defuncti content. ſit int. dom. & agn. vaſſall. §. ult. & d. Tit. 49. de eo qui ſin. fecit agnato de feud. patern. lib. 2. Feud.

Sed quæritur, ſi pater novum feudum ſuum domino refutet ſimpliciter, an filii eius mortuo patre refutatore, in refutatum feudum illud ſuccedant, vel non ſuccedant? Hanc quæſtionem attigi, & paucis reſolvi ſuprà, ubi tradidi, quòd filii refutantis vaſſalli ipſo patre mortuo ſuccedant in hoc feudum. Quia verò Feudorum Interpretes plerique aliter ſentiunt, quos ſequuntur Sonſbeck. *in comm. in uſus feud. part. 12. num. 121.* & Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concluſ. 52. num. 2. & ibi in addit. ad lit.* A. Iuvat hoc loco plenius hanc expedire quæſtionem. 170

Primò autem pro filiis facit textus in *Tit. 8. in princ. lib. 1. Feud.* ubi ICtus Feudiſta, nullâ, ait, ordinatione defuncti in feudo manente vel valente, qui textus cùm generalis ſit, exaudiri debet etiam de feudo novo, Patris ergò refutatio feudi etiam novi præjudicium filiis adfert nullum, ſed patre refutatore mortuo ſuccedunt in illud filii. Maximè cùm leges benignius interpretandæ ſint, & filiis ac deſcendentibus favendum, *l. benignius, 18. ff. de legib. l. ſemper in dubiis, 56. ff. de Reg. Iur.* 171

Sed

172 Secundò nullum extat in feudorum libris feudale placitum, quòd pater vaſallus filiis ſuis in novo præjudicare poſſit feudo. Quocirca temerè illud nemini affirmare licebit, per text. *in Novell. 18. cap. 5.* ibi, quia non hoc cum lege agimus, erubeſcimus, *& l. illam meritò 19.* ibi, eò quòd nulla conſtitutio ſuper huiuſmodi collatione poſita eſſet, *C. de Collat. & l. 5. in princ. ff. de probat.*

173 Tertiò feudum novum patri datum, cenſetur ſtatim quoque contemplatione filiorum, cæterorumque deſcendentium maſculorum conceſſum, textus eſt in *Tit. 23. In quib. cauſ. feud. amitt. in fin.* ibi, ad eum, heredesque, *lib. 2. Feud. & in Tit. 1. §. Et quia vidimus, in fin. lib. 1. Feud.* Et tot ſunt in feudi conceſſione donationes, quot perſonæ maſculini generis ex primo adquirente deſcendentes, eæq; ex propriâ donatione in feudum ſuccedunt, Barthol. Camerar. *in repetit. l. Imperialem, de prohib. feudi alien. per Frid. pag. 771.*

174 Quartò pater vaſallus ultimâ ſuâ voluntate nec feudum novum, abſq; conſenſu & voluntate filiorum ſucceſſorum feudi alienare poteſt, *d. Tit. 8. lib. 1. Feud.* Ergò multò minus inter vivos per refutationem alienare illud poteſt abſque ſucceſſorum conſenſu, arg. text. in *Tit. 7. Inſtit. de Lege Fuſia Canon. toll. & l. vnic. C. eod. tit.*

Quin-

Quintò vaſallus agnatis ſuis in feudo paterno præjudicare non poteſt, per text. *in Tit. 39. de alienat. feudi paterni, lib. 2. Feud.* Quocirca nec pater filiis ſuis in novo præjudicare poteſt feudo. Feudum enim ad agnatos pertinet, non ut agnatos, ſed ut filios ex primo adquirente deſcendentes, *Tit. 14. §. ſi Capitaneo, lib. 1. Feud. Tit. 11. §. his verò deficientib. verſ. quod ita intelligendum, & Tit. 50. de naturâ ſucceſſ. feud. lib. 2. Feud.* 175

Sextò nemini jus ſuum auferri poteſt, *l. ſi pariter. 9. ff. de liberali causâ, & §. Iuris præcepta, Inſtit. de Iuſtit. & Iur.* Sed feudum novum eſt quoq; filiorum etiã vivo patre vaſallo ex beneficio ſcil: domini cõcedentis, *d. Tit. 23. §. ult.* ibi, ad eum heredeſque ſuos maſculos in perpetuum pertineat, *lib. 2. Feud.* Non poteſt ergò pater vaſallus in feudo etiam nouo per refutationem præjudicare filiis ſuis. 176

Septimò ſi vaſallus de novo feudo ſub conditione abuſivè inveſtitus ſit, licet moriatur ante conditionem exiſtentem, feudum tamen illud filius ipſius exiſtente poſteà conditione illâ, jure petere poteſt ab inveſtitore, vel eius herede, *Tit. 9. qui ſucceſſ. teneantur, lib. 1. Feud.* Non minus ergò feudum etiam novum ad filios vaſalli pertinet, quàm ad patrem inveſtitum. Proindeq; in illo pater non poteſt filiis per refutationem præjudicare. 177

Po-

Digitized by Google

178 Poſtremò quòd pater in feudo novo non poſſit præjudicare filiis ſuis inter vivos, vel ultimâ voluntate, ſentiunt quoq; Socin. Iun. *conſ. 72. num. 25. & conſ. 160. num. 44. lib. 4.* Sonsbeck. *in comm. in uſus feud. num. 100. & ſeqq.* tùm etiam Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 9. num. 79. pag. 517.*

179 Huic concluſioni obloqui videtur, quòd pater quando feudum adquirit, donationem in filium conferre dicitur, Quoties enim pater filiis adquirit aliquid, donare illis cenſetur, *l. cum hic ſtatus 32. §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor. & l. ſi donatione, 13. verſ. nam ſi is. C. de Collat.* Cùm ergò pater donationem in filium collatam revocare ab ipſo poſſit, *l. donationes 25. C. de donat. int. vir. & uxor.* dicendum videtur, quòd pater vaſallus filio ſuo in feudo novo præjudicare queat. At Reſpondendum eſt, quòd feudum patri conceſſum, atq; ita filio etiam adquiſitum, non ex patris donatione, ſed domini & legis feudalis beneficio eius filio obveniat, *d. Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud*

180 Secundò imminuere videtur concluſionem noſtram, quòd licet Patronatus jus ad omnes pertineat liberos, *l. ut iuriſiurandi 7. §. liberi, ff. de oper. libert.* Patri tamen liberum eſt uni ex filiis ſuis aſſignare libertum, *l. 1. ff. de aßignand. libert.* Sed reſpondendum eſt ex

textu

Digitized by Google

textu *Tit. 1. lib. 2. Feud.* quòd licet Romanarum legum non vilis ſit authoritas, non tamen adeò vim ſuam extendat, ut uſum aut mores feudales vincat. Cùm ergò adempta ſit patri vaſallo poteſtas uni ex filiis aſſignādi feudum, *d. Tit. 8. in princ. lib. 1. Feud.* non poteſt in deſtructionem huius juris feudalis argumentum ex jure Civili commodè adferri.

Tertiò & illud pronunciato noſtro adverſari videtur, quòd jus beneficio patris adquiſitum filiis, auferri ipſis poteſt per patrem, arg. *l. 3. ff. de ſervis exportand. & l. qui Romæ 122. §. Flavius*, ubi Bart. *ff. de verb. oblig.* At reſpōdendum, quòd non patris, ſed domini, & legis feudalis beneficio feudum ad filios quoq; pertineat, ut & anteà dictum ex *Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud.* Et quia vaſalli filiis quoq; ita ex primâ inveſtiturâ adquiritur feudum, ut ipſi id capiĉt à morte patris ſuo proprio jure, non ut patris hereditatem, à quâ ſeparatum eſt feudum, *Tit. 45. An agnatus vel filius defuncti poſſit retinere feudum, repudiatâ hereditate, lib. 2. Feud.* ſequitur indè, quòd pater ita de feudo non poſſit diſponere, ut poſt mortem eius impediatur ſuo in ſuccedendi jure filius, per *l. quodcunque 45. §. ſi quis ita ff. de verb. oblig. l. uxor patrui 20. C. de legat. & l. quod in rerum naturâ 24. §. 1. ff. de legat. 1.* 181

182 Eſt & illud hîc prædictis annectendum, quòd licet vaſallus feudum ſuum domino, aut feudi ſucceſſoribus refutaverit, & poſt refutationem ad ſerviendum non teneatur domino, ipſi tamen honorem debeat, proindeque offendere eum prohibeatur, *Tit.38.in fin. lib.2.Feud.*

183 Eſt & illa feudi alienatio placitis feudorum permiſſa, quæ fit, per diviſionem inter feudi ſucceſſores. Diviſio ſpecies eſt alienationis, ut ſuprà cap. 1. oſtendi. Verùm ſucceſſores feudi vel communiter poſſidere feudum poſſunt, & fructus inter ſe dividere, vel poſſunt illud partiri, ut quilibet ſuâ parte utatur fruatur. De communi poſſeſſione feudi text. *eſt in Tit.12.§.ſi duo fratres, Tit.26.§. omnes filii & §.ult. lib.2.Feud.* De feudi diviſione textus extat in *d.Tit.26. & Tit.55.de prohib. feud.alien. per Frid.§.præterea Ducatus, lib.2.Feud.* Atque ita communiter ſentiunt Feudiſtæ, quos magno numero citat Henric. à Roſent. *tr.feud. cap.9.concl.53.in addit.ſub lit.* A.

184 Sed quæri poteſt, ſi plures feudi ſucceſſores feudum poſſidere velint indiviſum, utrùm omnes domino fidelitatem & ſervitia præſtare debeant, vel unus tantùm, putà major natu ad hoc obligatus ſit? Hanc quæſtionem reſolvit ICtus Feudiſta in *d.Tit.*

26.§.

26. §. *omnes filii, lib.* 2. *Feud.* Omnes, ait, filii eius, qui feudum adquiſierit fidelitatem facere debent. Iuvat hanc ſententiam, quòd ſi plures fructuarii ſint ejusdem fundi, ſinguli proprietario cavent, *l. ſicuius 13. ff. de uſufr. & l. ſi uſusfructus 9. in fin. ff. uſufructuar. quemad. caveat.* Confert quòd plures liberti ad operas patrono præſtandas æqualiter tenentur, cùm illæ neque promitti, neque deberi, neque ſolvi, neque peti pro parte poſſint, *l. libertus. 16. ff. de oper. libert.*

Etſi verò omnes vaſalli, qui indiviſum 185
poſſident feudum communiter, fideles eſſe teneantur domino, *d. Tit. 26. §. omnes filii lib. 2. Feud.* & tradunt ita communiter Feudiſtæ, quos longâ ſerie citat Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 6. concl. 36. ſub. lit.* A. & B. Attamen inveſtituram accipere, fidelitatis juramentum & ſervitia domino præſtare poſſunt per unum ex conſortib. vel per aliquem Procuratorem alium, ſpeciale mandatum habentem, de inveſtiturâ & fidelitatis juramento textus eſt in *Tit. 3. §. ſed utrùm ipſe, lib. 2. Feud.* ubi ICtus Feudiſta, utrùm, ait, ipſe vel alius pro te inveſtituram ſuſcipiat, nihil intereſſe putamus.

Poteſt n. hoc negociũ per Procuratorẽ ex- 186
pediri, Idẽ cum aliis pleriſq; cõtra quoſdã ſentit rectè Henr. à Roſent. *tr. feud. cap. 6. concl. 37.*

De ſervitiis proponitur text. *in d. Tit. 26. §. ſi quis deceſſerit*, ibi, alius pro eo faciens ſervitium, admittetur, & *Tit. 55. §. ſimiliter*, ibi, vel alium pro ſe domino acceptabilem mittere, *lib. 2. Feud.*

187 Quod igitur in extraord. capitt. *Tit. 77.* his proponitur verbis: cùm plures fratres vaſalli paternum habent feudum, donec illud indiviſum poſſident, una fidelitas, & unum ſervitium domino fieri debet, Non eo exaudiendum eſt ſenſu, quaſi unus tātùm ex feudi ſucceſſoribus obligatus ſit ad fidelitatis & ſervitiorum præſtationem, quodque ſufficiat, ſi unus pro ſe tantùm præſtet fidelitatem & ſervitium, ſed quòd una fidelitas, & unum ſervitium ſit præſtandum, ſive id omnes præſtent per ſe, ſive per unum, ut ex aliis, quos allegat, tradit quoq; Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 8. concl. 6. num. 3. & 5.*

188 Quando feudum inter plures ſucceſſores diviſum eſt, ſimiliter omnes fidelitatē præſtare tenentur, qualiſcunque etiam portio aſſignata cuilibet fuerit, *d. Tit. 26. §. omnes, & d. Tit. 55. §. præterea Ducatus, lib. 2. Feud.* ubi Feudiſta ſi, ait, conſortes voluerint, ut dividatur feudum, omnes, qui partem feudi habent, fidelitatem faciant. Ratio eſt, quòd omnes, qui partem in feudo habent, ſunt vaſalli,

ſalli, proindeque ad fidelitatem & ſervitia præſtanda obligati, quodque obligatio ad fidelitatem individua eſt, & propterea à ſingulis plena fidelitas debetur arg. *l. 2 ff. de duob. reis conſtituendis*, & docet Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 6. concl. 36. num. 2. & ibid. in addit. ſub. lit.* B.

Liberum tamen eſt pluribus ſucceſſoribus eligere ex convaſallis unum, qui omnium nomine inveſtituram accipiat, fidelitatem domino præſtet, quem vocant Lehen Träger, ut ſentiunt omnes, quos refert, & ſequitur Henric. à Roſenth. *d. cap. 6. concl. 36, num. 4. & in addit. ſub. lit.* D. 189

Atque hæc ſententia veriſſima eſt, ſiquidem feudorũ placita diſertè oſtendãt, quòd vaſallus inveſtituram petere, fidelitatis juramentum, & ſervitia etiã per Procuratorem præſtare poſſit, ut anteà docui.

Si tamen unus ex ſucceſſoribus feudi pro 190 ſuâ parte juramentum fidelitatis præſtare domino paratus ſit, æquum eſt ut admittatur, ut Molinæum ſequutus, ſentit Hartm. Piſtor. *lib. 2. quæſtionum iur. part. 2. quæſt. 47. num.* 14. & Herman. Vulreius *lib. 1. de Feud. cap. 7. num. 91.* Cùm enim ſinguli ſucceſſores feudi ſint vaſalli, & ſinguli ad fidelitatẽ præſtandam obligati ſint, quilibet ipſorum audiendus eſt, ſi velit per ſe fidelitatem jurare.

191 Etſi verò feudum dividi inter plures feudi ſucceſſores poſſit, ſi tamen ſit feudum Ducatus, Marchionatus, Comitatus, non eſt dividendum, ut diſertè oſtendit Friderici Imp. Cõſtitutio feudalis *in Tit. 55. de prohib. feud. aliē. per Frid. § praeterea Ducatus, lib. 2. Feud* Rationes huius Conſtitutionis adduci poſſunt variæ, Vna hæc eſt: quòd cum Provincia ab uno regitur Principe, ſubditi paucioribus gravantur oneribus, quàm ſi à pluribus gubernetur Dominis. Quantum autē fieri poteſt, eò maximè ſpectari debet, ut ſubditi ab oneribus ſubleventur, & quàm minimùm exactionibus, & ſervitiis graventur, *l. ſi quis 16. C. de omni agro deſerto, lib. 11. l. animalia 18. C. de curſu publ. lib. 12. l. reſcripto 6. in princ. ff. de munerib. & honorib.*

192 Altera ratio eſt, quòd ſi feuda hæc indiviſa maneant, ſplendor ac dignitas familiæ, & gentilitatis ſalva, integraq; conſiſtit, ex crebrâ verò feudorum diviſione, vel planè intercidit, vel attenuatur ea, Andr. Gail. *lib 2. obſ. pract. obſ. 153. num. 2.* Herman. Vulteius *conſ. 35. num. 71. tom. 3. conſilior. Marpurg.*

Tertia ratio hæc adferri poteſt, quòd hæc
193 Imperii feuda ad decus, ſplendorem, & utilitatem Reipublicæ Romanæ pertinent *Tit. 12. princ. & Titulo 55. in princ. libro 2. Feud.*

Ne

Ne igitur labefactetur dignitate ſuâ, ornamento & utilitate Romana Reſpublica, ſatius eſt, ne feuda hæc dividantur inter ſucceſſores: Nihil enim tam magnum eſt, quod diviſione non fiat parvum, ut arguit text. *in Novell. 18. cap. 1.* & quod diminuitur citò deſtruitur, ac perit, Gloſſ. *ult. in c. licet, Extr. de voto, & voti redempt.*

Quarta ratio hæc eſſe poteſt, quòd præbendarum diviſio fieri non poteſt, ut Eccleſia unitatem ſuam firmatam habeat, *c. maiorib. Extr. de præbend.* Quocirca nec feudorum regalium maiorum diviſio admittenda eſt, ut Imperii vaſallus eò maiori potentiâ Romano Imperio in neceſſitatibus ſuccurrere poſſit. Firmius enim erit Regnum, ſi penes unum remanſerit, quàm ſi portionibus inter plures dividatur, ait Iuſtinus *lib. 21.* Et longè formidabilior eſt Principatus, ſi manſerit indiviſus quàm ſi multis partibus ſit dimẽbratus, aſſerente Alberto Krantzio *in Vandaliâ, lib. 8. cap. 11.* 194

Cæterùm ſentiunt quidam, ipſum feudum non ſecari in partes, ut ſingulis ſucceſſoribus ſingulæ partes tribuantur, verùm ipſum feudum per ſe individuum, cum ſucceſſoribus omnibus eſſe commune, atque ita intelligunt textum in *d. Titulo 55. § præterea*

Ducatus, lib. 2. Feud. Andr. de Iſern. *d. loco*, & ibidem etiam Matth. de Afflict. *num. 23. uſq; ad num. 32.* Bald. *conſ. 275. num. 6. lib. 2.* Menoch. *conſ. 163. num. 20.* & Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concluſ. 55. num. 9. & 10. & concl. ſeq. num. 18.*

196 Atqui opinio hæc ferenda non eſt hâc ratione, quòd Fridericus Imp. *in d. §. Præterea Ducatus*, non obſcurè, ſed apertè oſtendit, pertinere hoc regale feudum ad unum tantùm ex defuncti vaſalli ſucceſſoribus. Contrariè n. opponit Imperator Regali maiori feudo, quodlibet aliud feudum, Hoc aliud feudum ex arbitrio ſucceſſorum in partes dividi poſſe ſtatuit, ita ut omnes, q. partes conſequuntur, fidelitatem domino feudi faciant Vnde apparet, quòd contrarium ſtatuat Imperator in feudo regali maiori. Quod enim de oppoſitorum contrariorum uno affirmatur, de altero negari intelligitur, per ea quæ tradit Everhard. *in Topic. legal. in loco à contrariis num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.* Quòd ſi feudum hoc ad omnes pertineret defuncti ſucceſſores pro indiviſo, omnes etiam ad fidelitatem domino præſtandam obligati eſſent, contra mentem Imperatoris dicto loco propoſitam.

197 Quidam textum in *d. §. præterea Ducatus*, interpretantur de regali dignitate feudi, nō de

de ipſo feudo, ſive bonis feudalibus. Bona, aiunt, ſive territoria Ducatus, Machionatus, Comitatus dividi poſſunt, at ipſa dignitas feudi huiuſmodi regalis non poteſt dividi. Hæc interpretatio eſt Curtii Iun. *tr. feud. part. 4. num. 121. & 124.* Chaſſenæi *in conſuetud. Burgund. Rubr. 3. §. 6. num. 7. & 8. & maximè num. 21.*

Sed explicatio hæc aliena eſt à mente Imperatoris; Tùm quia Ducatum, Marchionatum, Comitatum, (ut dixi) opponit Imp. cuilibet alii feudo in contrariâ cuiuſque naturâ. Aliud feudum dividi poſſe affirmat, quod procul dubio de ipſomet feudo intelligendum, & ſubjectis de rebus feudalibus, at feudum Ducatus Marchionatus, Comitatus dividi poſſe negat; Quod etiã nõ niſi de ipſo feudi corpore exaudiendum, ut conſtet oppoſitio: Tùm quia dignitas feudalis ſuâ naturâ individua eſt, ut non niſi ineptè Imperator dixiſſet, dignitatem Ducatus, Marchionatus, Comitatus dividi non poſſe; Tùm poſtremò quia Imperator de cæterò, ait, Ducatus, Marchionatus, Comitatus non dividatur. Significat ergò Imperator, quòd anteà potuerit dividi Ducatus, Marchionatus, Comitatus, ſed in poſterum dividi non debeat, Quod certè non de ipſâ dignitate

Ducatus, Marchionatus, Comitatus, ſed de ipſis Provinciis, & earum territoriis exaudiri poteſt. Et quia dignitas Ducatus, Marchionatus, Comitatus ſuâ naturâ eſt individua, eaq; perpetuum, & inſeparabile adjunctum eſt Ducatus, Marchionatus, Comitatus, ut conſtat ex *Tit. 13. §. ult. & Tit. ſeq. in princ. lib. 1. Feud.* conſequens ei eſt, quòd nec territoria, dignitati illi ſubjecta, poſſint dividi.

198 Eſt & alia quorundam ſententia de enunciato in *d. §. praeterea Ducat'* propoſito, hęc nimirũ, quòd textus ille accipiendus ſit de Ducatu, Marchionatu, Comitatu qui in Præfecturas, Caſtra & Civitates non eſt diſtinctus. Quòd ſi verò pluriũ ſit Præfecturarũ, & Caſtrorum, diviſionem fieri poſſe in Præfecturas, & Caſtra, ita ſentiunt Curt. Iun. *d. part. 4. num. 123.* Chaſſenæ, *d. Rubr. 3. §. 6. num. 14. verſ. limita tertiò,* & alii, quorum meminit Schrad. *tr. feud. part. 8. cap. 2. num. 39. verſ. ſeptimò hoc fallit.*

Sed hæc opinio à ſenſu Imperatoris Friderici, & ipſius textus alieniſſima eſt, Tùm quia generalibus verbis conceptus eſt textus ille de quolibet Ducatu, Marchionatu, Comitatu; Tùm quia nulla facilè invenitur Provincia,

cia,quæ ſuas non habeat diſtinctas Præfecturas,Caſtra,& Civitates: Tùm poſtremò quia jura adaptata intelliguntur ad id, quod frequēter & facilè,quàm quod perrarò contingit,*l. nam ad ea 5. ff. de legib.* Quocirca veriſimile non eſt, quòd Fridericus Imperator loquutus ſit eo in §, de Ducatu, Marchionatu,Comitatu, qui non ſit diſtinctus in Præfecturas,Caſtra,Civitates.

Hanc Curtii,Chaſſenæi,& aliorum interpretationem improbant quoque Henric. à Roſenth. *tr. feud. d. cap. 9. concl. 56. num. 15.* & Bartholom. Camerar. *in repetit. l. Imperialem §. præterea Ducatus pag. 822.* & alios ſequutus Andr. Tiraq. *tr. de iure primogen. quæſt. 4. num. 49. & ſeq. tum etiam quæſt. 52.*

Non deſunt,qui textū in *d. §. præterea Ducatus*,intelligunt hoc ſenſu, quòd ipſe quidem 199 Ducatus,Marchionatus,Comitatus,ratione adminiſtrationis ad unum ex ſucceſſorib. defuncti pertineat, fructus verò & proventus inter ſucceſſores plures ſint communes, & ex æquo dividendi. Hunc ſenſum legislationi Friderici Imperatoris affingunt præter alios Curt. Iun. *tr. de feud. part. 4. num. 124.* Bartholom. Camerar. *in repetit. l. Imperialem, §. præterea Ducatus, pagina 800. & pagina 821. & ſeq.* Matth. Weſemb. *conſil 32. numero 7.* Ioan.

Ioann, Schneidew. *ad §. quædam actiones, num. 38. Inſtit. de action.* & Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. concl. 56. num. 12.*

Verùm intellectus hic non congruit Friderici Imperatoris Conſtitutioni. Tùm quia feudũ nihil eſt aliud, quàm rei feudalis uſusfructus, ut arguit text. *in Tit. 23. in quib. cauſ. feud. amitt. §. ult. verſ. uſusfructus verò, lib. 2. Feud.* & ſentiunt Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 2. num. 9.* Ioann Niell. *diſput. feudal. theſ. 6.* Ioan. Schoner. *lib. 1. diſput. diſp. 1. theſ. 1. & 6.* Hotoman. *ad Tit. 26. ſi de feudo defuncti content. ſit int. dom. & agn. lib. 2. Feud.* Ad quem autem pertinet ipſa poſſeſſio rei feudalis, putà Ducatus, Marchionatus, Comitatus, ad eundem quoq; ut fructus pertineãt neceſſe eſt; Cùm acceſſio, qualis eſt fructus, naturam principalis ſequatur per vulgata: Tùm quia ad quẽ Ducatus, Marchionatus, Comitatus adminiſtratio pertinet, ad eundem quoque ut commoda & proventus pertineant, æquum eſt, cùm eius eſſe debeat commodum, qui ſuſtinet onus, *l. ſecundum naturam,* ubi Decius, Cagnol. & alii, *ff. de Reg. iur. c. qui ſentit onus,* ubi Dynus *Tit. de Reg. iur. in 6.* Tùm poſtremò, ſi is qui ſolus adminiſtrat Ducatum, Marchiã, Comitatũ, teneretur cum aliis defuncti ſucceſſoribus æqualiter dividere proven-

tus,

Digitized by Google

tus, & commoda Provinciæ, obſoleſceret facilè Imperii ſplendor, qui ex feudo regali maiore obvenire debeat Imperio, text. *in Tit. 52. in princ. & Tit. 55. in princ. lib. 2. Feud.* Cùm ergò interſit Imperii, ne eius diminuatur decus, ſed potius augeatur, ad eum ſolùm pertinere debent feudi huius commoda, & fructus, ad quem ipſum feudum, & adminiſtratio Provinciæ feudalis ſpectat.

Non obſtat, quòd licet juriſdictio, & ſervitus individua ſit, eius tamen commoditas inter plures ſucceſſores communis eſt. Cùm enim expreſſâ lege conſtitutum ſit, ne Ducatus, Marchia, Comitatus dividatur, argumẽtũ illud à ſimili contra hoc feudale placitum vim habet nullã, per ea quæ tradit Everhard. *in Topic. legal. lib. in loco à ſimili, num. 11.* 200

Nonnulli verò Jnterpretes textum, in *d. §. præterea Ducatus*, juxta literam accipiunt, & dicunt, quòd Ducatus, Marchia, Comitatus, nõ dividatur inter plures defuncti ſucceſſores, eos tamen alternis annis ad gubernãdam Provinciam eſſe admittendos, ut unus hoc anno, alter anno ſequente adminiſtret, ita exiſtimant poſt alios, quos memorant & ſequuntur Schrader. *tr. feud. part. 8. cap. 2. num. 9.* & Henricus à Roſenthal *eod. tract. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 56. num. 13.* 201

At ne-

At neque hæc interpretatio menti Imperatoris conſona mihi videtur. Vult enim Imperator, ut Ducatus, Marchia, Comitatus ad unum ſolum, nō ad plures pertineat, is ſolus Imperatori fidelitatem præſtet, ut ex collatione horum regalium feudorum, & cuiuſq; alterius feudi cognoſcitur in *d.§. præterea Ducatus, lib. 2. Feud.* Si autem alternis annis duo pluresvè poſſent adminiſtrare aliquā huiuſmodi Provinciam, ſequeretur inde, quòd par omnium in eâ eſſet cauſa, proindeq; omnes & ſinguli Imperatori fidelitatem, & ſervitia præſtare deberent, omneſque & ſinguli fructus feudales ex huiuſmodi feudo percipere poſſent, cōtra diſpoſitionē *d.§. præterea.* Et ſanè hâc ratione Imperii decus, & ſplendor minueretur, vetante Lothario Imp. *in. d. Tit. 52. in princ.* & Friderici Imperatoris *in d. Tit. 55. in princ. lib. 2. Feud.*

202 Cæterùm prædictos intellectus ferè omnes confirmare videtur textus in *Tit. 13. de alienat. feudi, §. ult. lib. 1. Feud.* ubi ICtus Feudiſta docet, quòd etiam in Feudo Ducatus, Marchiæ, Comitatus hodie ſit ſucceſſio, Qui textus hoc ſenſu videtur intelligendus, quòd omnes filii defuncti Ducis, Marchionis, Comitis in huiuſmodi ſuccedāt feudum. Verùm tripliciter reſponderi ad eum poteſt

locum,

locum, Primò quòd ICtus non dicat, omnes filios defuncti Ducis, Marchionis, Comitis in feudum ſuccedere, ſed quòd hodie ſit ſucceſſio in Ducatum, Marchiam, Comitatum: Id quod intelligendum de uno ex filiis Ducis, Marchionis, Comitis, non de pluribus, per text. *in d. §. præterea Ducatus, lib. 2. Feud.*

Neque abſonus hic videri debet intelle- 203
ctus, ſiquidem olim in nullum feudum erat ſucceſſio, poſteà verò recepta fuit in feudum ſucceſſio, ut oſtendit textus in *Tit. 1. §. 1. lib. 1. Feud.* ut proindè non ineptè dici poſſit, quòd olim quidem non fuerit ſucceſſio in Ducatum, Marchionatum, Comitatum, ſed mortuo Duce, Marchione, Comite, aliqua huiuſmodi Provincia Imperio fuerit aperta: hodie verò ſucceſſionem eſſe in eiuſmodi aliquo feudo.

Deindè reſpōderi poteſt, quòd licet ICtus 204
in *d. Tit. 13. §. fin.* intelligi poſſet hoc ſenſu, quòd omnes filii decedentis Ducis, Marchionis, Comitis, in feudum huiuſmodi ſuccedant, ex eo tamen non ſequi, feudum illud inter eos ſucceſſores dividendum eſſe, Argumentum enim à Iure ſuccedendi, ad diviſionis Ius nō procedit, ut patet ex collatione *l. 1. in princ.* ibi, neq; his, qui in eorum locum ſucceſſerint, *ff. ſi ager vectig. & l. cōmuni dividundo 7. in princ. ff. comm. divid.* quarū legum cōiunctio arguit,

arguit quòd licet ager vectigalis, ſive Em-
phyteuticus ager etiam ad heredes per-
neat, ab eius tamen diviſione abſtinendu-
ſit.

205 Tertiò & illud commodè reſpondetu-
eam eſſe feudi naturam, quòd in illud etia-
ſuccedere dicantur, qui tamen adquirere
poſſidere illud non poſſunt, ut evincitur
textu in *Tit.6. §.mutus, lib.1.Feud. & Tit.36.*
mutus vel alius imperfectus feudum retineat, lib.
Feud. Quibus locis dicitur, quòd vaſalli ſu-
ceſſor mutus ita natus feudum retinere no-
poſſit. Ille non retinere feudum dicitur, q-
habuit jus in feudo, ſed alii illud dimitte-
cogitur. Privatio enim præſupponit hab-
tum, Nihil ergò vetat dicere, defuncti D-
cis, Marchionis, Comitis filii omnes in fe-
dum ſuccedunt, at illorum unus tantù-
Ducatum, Marchionatum, Comitatum ac-
quirere & poſſidere poteſt.

206 Quia verò unus tantùm ex filiis Duc-
Marchionis, Comitis feudum poſſidere po-
teſt, non immeritò in quæſtionem vocatu-
quis filiorum cæteris præferri debeat? Im-
perator quidem Fridericus in *d.Tit.55.§.pr-*
terea Ducatus, hanc quæſtionem neque att-
git, neque definit. Quia verò Divino, Ge-
tium, Canonico, & Civili Iure, tùm etia-

mo-

moribus in dignitatum ſucceſſionibus primogenituræ locus eſt, patet inde quòd primogenitus, ſive natu maior in regale feudum magnum ſuccedat, idque ſentire Fridericum Imperatorem in *d. §. præterea Ducatus.*

Divino jure primogenitum in ſucceſſione dignitatum & juris præcipui potiorem eſſe, liquet ex Geneſi *cap. 27.* Deuter. *cap. 21. &* *2.* Paralipp. *cap. 21.* Iure quoque Gentium ad primogenitos & natu maiores pertinere Regalia jura, teſtes ſunt Bald. *conſ. 389. num. 4 verſ. item contrarium omnes Gentes, vol. 2. & in l. ex hoc iure, num. 4. ff. de iuſtit. & iur.* Tiraquel. *l. de iure primogenit. quæſt. 4. num. 13.* & Herodotus in Polihym. ubi ſcriptum reliquit, apud univerſos homines inſtitutum fuiſſe, ut liberorum natu maximus Principatum obtineret. Canonico etiam Iure in Regale maius feudum ſuccedere ſolùm primogenitum, planiſſimè teſtatum fecit textus *in c. licet univerſis 6. in fin. Extr. de voto & voti redempt.* 207

Quod attinet Civile jus, leges quidem Iuſtiniani Imperatoris nihil uſquã, ut opinor, de primogenituræ privilegio natu maiori in ſucceſſionib. cõpetente agũt. Verùm Legiſlatione Caroli IV. Imp. in Aureâ Bullâ *cap. 23.* diſertè cautum eſt, ne Regnum Bohemiæ, Comitatus Palatini Rheni, Ducatus Saxo- 208

niæ, aut Marchionatus Brandenburgenſis, terræ, diſtrictus, homagia, vaſallagia, & alia quævis, ad ipſa ſpectantia ſcindantur, dividantur, ſeu quâvis conditione dimembrentur, ſed potius in ſuâ perfectâ integritate perpetuâ maneant, ac primogenitus filius in eis ſuccedat, & ſoli ipſi jus ac dominium competat.

209 Quod ſpecialiter de Electorum Secularium Principatibus diſpoſitum eſt in Aureâ Bullâ, exaudiendum quoque de aliis Ducatibus, & Marchionatibus, ut ex eo quoque cognoſcitur, quòd cum Romanorum Rex Maximilianus in Anno 1495. 21. Iulii in Conventu Wormatienſi Comitatũ Wurttembergicum ad Ducatũ erigeret, ſimul etiam diſpoſuit Maieſtas ipſius, ne in poſterum Ducatus ille divideretur, & ut ſolus primogenitus, in illum ſuccederet.

210 Quod denique mores Regionum, ac Provinciarum attinet, adprobant & illi primogenituræ, ſive maioratus jus, ac volunt, ut maior natu in Regno, ac Principatu ſuccedat, ſicuti hiſtoriæ, & ICtorum tractatus ac reſponſa varia oſtendunt, Tiraquell. *de iure, primogen. in præfat. num. 35. & quæſtione 10. num. 10.* Abbas *in c. dilecti. num. 11. Extr. de arbitr.* Philip. Franc. *in Rubr de teſtib lib. 6. num. 63.* Didac. Covar-

Covarruv. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 5. num. 3.* Cuiac. *ad Tit. de gradib. ſuccedendi in feudo, lib 2. feudor.* Frideric. Sonsbeck. Baro à Tautenberg *ad Tit. 31. de prohib. feud. alien. per Frider. §. præterea Ducatus, lib. 2. Feud.* & alii, quos recenſet Schrader, *tr. feud part. 8. cap. 2. num. 45. & conſ. 19. num. 168. & num. 344. verſ. præterea* Dd. Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 56. in addit. ſub. lit.* F. *& lit.* K.

Quidam tamen numero non pauci tradunt, quòd ex receptâ conſuetudine regalia Feuda etiam maiora, ut Ducatus, Marchionatus, Comitatus hodie inter plures ſucceſſores dividantur, Andr. Gaill. *lib. 2. obſ. practic. obſ. 153. num. 2.* Weſemb. *in addit. ad Schneidewinum §. quadam actiones, num. 38. Inſtit. de Action.* & alii, quos memorat Schrad. *d. tr. feud. part. 8. cap. 2. num. 59. verſ. fallit tamen, & d. conſ. 13. num. 36. & ſeq. tom. 1.* Borcholt. *de feud. cap. 7. Rubr. de ſecũd. ſucced. mod. quo feudo adquir. n. 42.* 211

At quia necdum probata eſt conſuetudo illa generalis, ut ait Henning. Gœden. *conſ. 20. num. 16. & ſeq.* tùm etiam Schrad. *d. conſ. 13. num. 353. tom. 1.* & varia exempla diverſum teſtantur, nec aſſerenti conſuetudinem eſſe, confeſtim credendum eſt, cùm facti ſit conſuetudo, proindeque probanda, inhærendum certè eſt Legislationi Friderici Imperatoris in *d. Tit. 55. §. p̄terea Ducat9, lib. 2. Feud.*

maximè cùm eà lege conſuetudo contraria diſertè ſit abrogata his verbis: DE CÆTERO NON DIVIDATUR, Et quia optimâ ratione ſancitum eſt, ne feuda hæc maiora dividantur, ad utilitatem videlicet & dignitatem Imperii conſervandam, ut Principatus ad unum cõſiſtentes, perpetuâ integritate perſeverent; non facilè moribus contrarium induci debet; Quòd enim diminuitur, citius deſtruitur, & perit, Gl. *in d. c. licet. Extr. de voto, & voti redempt*, & dictum eſt ſuprà.

212 Etſi verò primogenitus jure primogenituræ ſolus ſuccedat in regale feudum maius, attamen aliis filiis tantum à primogenito aſſignandum eſt, quantum ad honeſtam vitæ ſuſtentationem ipſorum, pro generis ſplendore, & Principatus reditib. ſufficiat, ut præter alios ſentit quoq; Baro à Tautenb. ad *d. §. præterea Ducatus, Tit. 55. lib. 2. Feud.* & alios ſequutus Henric. à Roſenth. *de feud. cap. 9. concl. 55. & ibid. in addit. ſub. lit.* I.

CAP.

CAP. III.

De Feudi Alienatione Jure prohibitâ.

SUMMARIA.

1. Omnes alienationis ſpecies in feudis regulariter ſine permiſſu domini prohibitæ ſunt.

2. & 3. Vt ex cauſâ alienationis vaſallus privetur feudo ſuo, duo coniunctim requiruntur.

4. 5. & 6. An ignorantia præſumatur in vaſallo feudum abſque domini conſenſu alienante? Item, quatenus procedat Regula illa, quòd ignorantia ſemper præſumatur, niſi ſcientia probetur.

7. Vaſallus prætendens ignorantiam, jurare tenetur, quòd ignoraverit feudum eſſe.

8. Craſſa & affectata ignorantia proprii facti non excuſat vaſallum, neque ipſi deferendum juramentum.

9. Si vaſallus ſciat quidem feudum eſſe, ignoret autem Ius prohibere eius alienationem, ignorantiâ hâc non excuſatur.

10. 11. & 12. Vaſallo ignorantiam Iuris aut facti proprii nullam præbere excuſationem, malè quidam opinantur.

13. & 14. Ponitur exemplum juſtæ ignorantiæ vaſalli alienantis feudum.

15. Vaſallus inconſulto domino feudum alienans, num excuſationem mereatur, ſi dubitaverit feudum vel allodium ſit res alienata?

16. Si vaſallus in ipsâ alienatione proteſtatus ſit, ſe non velle alienatam rem ipſam, ſi adpareat feudum eſſe, non privatur Iure feudi.

17. & 19. Sola conventio de alienando feudo ad eius amiſſionem non ſufficit, ſed traditio quoque poſſeſſionis requiritur.

18. Diſtrahere & transferre feudum Feudiſtis nihil aliud eſt, quàm alienare feudum.

20. Vaſallus non amittit feudum ſi illud locat alicui, vel hypothecæ Iure concedit.

21. 22. & 23. Vaſallus privatur feudo, licet poſt factam illicitam alienationem confeſtim illud recuperaverit.

24. 25. 26. 27. 28. 32. 34. 35. & 36. Referuntur & diluuntur obiectiones quæ derogare videntur concluſioni præcedenti.

29. 30. & 31. Quatenus procedat Regula ceſſante causâ &c.

33. Dictione POSTEA ſignificatur etiam id, quod confeſtim fit poſt geſtum factum.

37. Num feudo illicitè alienato, dominus tacitè cenſeatur remiſiſſe vaſallo culpam, ſi mox vel poſtea non declaraverit ſe, quòd feudum ſibi apertum eſſe velit?

38. Alienatione illicitè factâ amplius feudum non eſt, ſed per conſolidationem plenum dominii Ius in re feudali domino adquiritur.

39. & 41. Reſpondetur ad duas obiectiones.

40. Donatio perfecta non cenſetur donatarii ingratitudine revocata, ſed neceſſe eſt, ut donator expreſsè voluntatem ſuam mutatam oſtendat.

42. & 43. Feudum illicitè alienatum revocari poteſt à defuncti domini ſucceſſoribus, licet vivente domino nulla de hoc feudo quæſtio mota ſit vaſallo.

44. Dilui-

44. Diluitur obiectio de revocandâ donatione.

45. & 46. An feudum illicitè alienatum, mortuo vaſallo alienatore, dominus à quovis poſſeſſore vindicare poſſit?

47, 48. 49. & 50. Refutatio argumentorum quibus veriſimiliter oſtenditur quòd dominus mortuo vaſallo feudum illicitè alienatum non poſſit revocare à quovis poſſeſſore.

51. Vtrùm parte feudi abſque domini permiſſu alienatâ, vaſallus totius feudi jacturam faciat?

52. 56. & 57. Solvuntur fundamenta quib. concluſionem affirmativam defendere nonnulli conantur.

53. 54. & 55. Reprobatur Baldi & Iaſonis diſtinctio circa alienationem feudi particularem.

DE feudi alienatione placitis feudalibus permiſsâ, latè diſſervi Capite præcedenti Secundo. Ediſſerēdum nunc, quæ jure prohibita ſit feudi alienatio. Species alienationis varias ſuccinctè expoſui ſub capite primo, de illis tractat quoq; Henr. à Roſent. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 6. & aliquot ſeqq.*

1 Omnes autem alienationis ſpecies in feudis regulariter ſine conſenſu domini prohibitæ ſunt. *Tit. 52. de prohib. feud. alien. per Loth. §. hortatu itaque, & Tit. 55. de prohib. feud. alien. per Frider. §. habito ergò conſilio, lib. 2. Feud.* Priori loco Imp. Lotharius, Decernimus, ait, nemini licere beneficia quæ à ſuis ſeniorib. habēt, ſine ipſorum permiſſione diſtrahere, vel aliquod commercium adverſus tenorē noſtræ Conſtitutionis excogitare. Poſteriori loco

Fridericus Imperator, Sancimu
liceat feudum totum vel par
vendere, vel pignorare, vel quo
do diſtrahere, ſeu alienare, v
ju licare, ſine permiſſione illi
feudum ſpectare dignoſcitur.

2 Vt autem ex cauſâ alienati
feudo ſuo privetur, duo conju
runtur: Prius eſt, ut ſciat ipſe
dalem eſſe rem, quam alienat.
ipſius rei feudalis poſſeſſio per
feratur in alium, de utroque o
Quod prius attinet, extat de e
26. ſi de feud. defuncti content. ſit in
vaſall. §. ſi vaſallus feudum, ibi, fe
vit ignoranter & *Tit. 42. de contr*
& emptor. feudi, in princ. ibi, igno
dum, *lib. 2. Feud.* Quib. ex locis p
& evidens, non multari vaſallū
allodium eſſe credat, & feudum
id quod ſentiunt etiam Feudiſ
cenſet Schrad. *tr. feud. part. 9. c*

3 Quo pertinet generalis feud
hæc: Feudum ſine culpâ non am
lib. 1. Feud. Et quia vaſallus ob a
feudi abſque domini voluntate
exuitur feudo ſuo, quòd conten
gitur dominum, *Tit. 24. Qua fu*

benef. amitt. §. ſi vaſallus contra Conſtitutionem, lib. 2. Feud. conſequens ei eſt, ſi ignoret vaſallus feudum eſſe, quod alienat, eo non privetur, cùm ignorantia à contemptu excuſet vaſallum.

Sed quæri poteſt, an præſumatur ignorátia in vaſallo feudum abſque domini cóſenſu alienante? Aienti ſententiæ aſſiſtit textus in *c. præſumitur, Tit. de Reg. iur. in 6.* Vbi dicitur, quòd ignorantia ſemper præſumatur, niſi ſcientia probetur. Quæ regula procedit in facti alieni ignorantia *l. verius 21. ff de probat. l. 3. in princ. & l. iniquiſſimum 5. ff. de iuris & facti ignorantia, l. hoc autem 6. ff. de adminiſtr. & peric. tutor. l. ult. in fin. ff. pro ſuo, l. ſuper ſervis 6. C. qui militare poſſ. vel non, §. quod autem, Inſt. de legat.* & tradunt Doctores quos citant Maſcard. *de probat. vol 2. concl. 879. num. 21.* & Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. num. 51. & ſeqq.* Non etiam admittitur regulariter in juris ignorantia, *l. iuris error 7. & l. regula 9. ff. de iuris & facti ignor.* Menoch. *d. præſumpt. 23. num. 10.* Neque admittitur in facti proprii ignorantiâ, Hæc enim non preſumitur, *l. quanquam 7. ff. ad S. C. Velleia. d. l. 3. in princ. & l. iniquiſſimum 5. ff. de iur. & facti ignor.* Maſcard. *de probat. d. concl. 879. num. 40.* & Menoch. *d. præſumpt. 25. num. 32.* 4

5 Cæterùm non inſcitè poteſt
ris,ſive facti etiam proprii ſit ign
vaſallus feudum alienavit,excuſa
mereri. Tùm quia textus de ig
ſallo generaliter loquitur, nec d
ter juris, & facti proprii, vel alie
tiam in *d. Tit. 26. §. ſi vaſallus, &*
princ. lib. 2. Feud. Tùm etiam q
non privatur feudo ſuo, niſi de ip
malâ fide, aut latâ culpâ adparea
lib. 1. Feud. ubi CVLPÆ nomin
tur maximè dolus vaſalli, Curt.
part. 4. num. 76. Zaſ. *de feud. part.*
Hotom. *conſ. 32. num. 18.* Weſem
cap. 15. num. 8. De culpâ latâ tradu
do Papæ *decis. 3. Grationopol. 454. n*
Molinæ. *in conſuetud. Pariſ. Tit. 1.*
Ludolph. Schrad. *tr. feud. parte 2.*
12. num. 28. & Henric. à Roſenth.
10. concl. 12. num. 31. & concl. 26. nu
6 Quando autem agitur de exclu
lo, & malâ fide, ac culpâ latâ, qua
xima dicitur, præſumitur ignora
juris, ut volunt, quos citat & ſeq
noch. *d. præſumpt. 23. num. 29.*
agitur de damno vitando, ut hîc,
in facto proprio præſumitur igno
etſi me putem 22. in princ. ff. de condi

poſt diviſionem 4. C. de Iur. & fact. ignor. & tradunt Doctores quos refert, & probat Menoch. d. præſumpt. 23. num. 37.

7 Adductis rationibus duabus accedit & illa, quòd vaſallus prætendens ignorantiam, jurare tenetur, quòd ignoravit feudum eſſe, d. Tit. 42. in princ. lib. 2. Feud. Vnde evincitur, non eſſe hîc diſpiciendum, qualis ſit ignorantia, juris, vel facti, & facti proprii vel alieni; Cùm jurejurando illo prætenſa ignorantia probetur, & religioſæ affirmationi fides habeatur.

8 Si tamen craſſa ſit, & affectata ignorantia proprii facti, non ea excuſat vaſallum, neque ipſi deferendum eſt juramentum, ut ſi ipſemet vaſallus de alienato feudo ſit inveſtitus. Hoc enim caſu oblivionem, aut ignorantiam prætexere non poteſt vaſallus, ut ſentit quoque Matth. de Afflict. num. 6. in fin. Frideric. Schenck Baro à Tautenberg. ad d. Tit. de controv. int. dom. & empt. feud.

Idem dicendum puto, ſi vaſallus proximis annis venditi feudi nomine ſervitia domino præſtiterit; vel inſtrumentum Inveſtituræ, quâ de alienato à ſe feudo ipſemet iuveſtitus ſit, penes ſe habeat, vel ante alienationem ab aliquibus intellexerit, feudum eſſe. Hinc enim de ſcientiâ ſuâ argui poteſt. Quoties autem vaſallus de ſcientiâ ſuâ

poteſt

poteſt argui, & præſumptio eſt, quòd ſciverit eſſe feudum, non admittitur ad juramentum de ignorantiâ ſuâ, ut tradunt Andr. de Iſernia ad *d. Tit. 42. de controv. int. dom. & empt. num. 1.* & Sonsbeck. *in comm. in uſus feud. part. 12. num. 106. & ſeqq.*

9 Si quoq; vaſallus ſciat feudum eſſe, ignoret autem jus prohibens eius alienationem, ignorantiâ hæc non excuſatur, cùm nemo juris ignorantiâ excuſetur, ut ſuprà dixi, Alia autem eſt ignorantia, quâ vaſallus neſcit feudum eſſe; Alia item ignorãtia, quâ Iuris prohibitionem de alienatione feudi ignorat. Hæc non prodeſt vaſallo, *d. l. 7. & d. l. 9. ff. de iur. & facti ignor.* Illa verò excuſationem ipſi præſtat, *d. Tit. 42. in princ. lib. 2. Feud.*

10 Quamvis autem vaſallus, qui ignorat feudum eſſe, ducatur juris, aut facti etiam proprii errore quodam, excuſetur regulariter, ut ante docui, communis tamen eſt Doctorum opinio, nullum eiuſmodi errorem ipſi excuſationem præbere, ita ſentiunt Andr. de Iſern. *num. 1.* & Baro à Tautenberg, & alii plerique ad *d. Tit. 42. de controv. int. dom. & empt. feudi lib. 2. Feud.* Item Sonsbeck. *in commentar. in uſus feud. part. 12. num. 108.* Schrad. *tr. feud.*

feud.part. 9.cap.1.n.15. ubi alios ſequutus idem opinatur, licet vaſallus ruſticus, miles, aut fœmina ſit: Tùm quòd domini conſenſus hîc pro formâ, & ſolennitate actus requiratur: Tùm etiam quia legibus non reperiatur cautum ut ruſticis & mulieribus hoc caſu juris error proſit.

Verùm huic opinationi tenaciter inhærere vetat me Iuris feudorum authoritas, quæ generaliter permittit, ut vaſallus ignorantiam ſuam juramento probet, neque diſtinguit qualis ſit ignorantia, juris, aut facti, proprii vel alieni, ut ſuprà docui. 11

Et quia ruſticos, milites fœminas juris ignorantia excuſat, *d.l.regula 9.in princ.& §.1. ff.de iur.& facti ignor.* non video, cur hoc caſu non mereantur excuſationem, cùm feudorum Iure aliud cautum non reperiatur, proindeque & hîc Iuris communis diſpoſitionem ſequi poſſimus, per text. *in Tit.1.§ ſtrenuus autem, lib.2. Feud.* 12

Nec obſtat, quòd conſenſus domini in feudi alienatione pro formâ, & ſolennitate requiri dicitur. Quæſtio enim noſtra non eſt, an omitti conſenſus domini poſſit in feudi alienatione, ſed an ignorantia vaſalli, quòd neſciuerit feudum eſſe, ipſum excuſet, ſi eam juramento probaverit.

Exem-

13 Exemplum juſtæ ignorantiæ eſt, ſi vaſallus agnato ſuo defuncto ſucceſſerit, ignorans quòd fuerit ille vaſallus, vel agnatus ille & allodia, & feuda poſſederit, ſucceſſor verò ignoret, quæ feuda, quæ item allodia ſint, & ex feudalibus prædiis ignorans fundos quoſdam alienaverit, nullo ſcil: in hereditate reperto jnveſtituræ inſtrumento, aut extante aliquo eiuſmodi inſtrumento, in quo tamen prædia feudalia non ſint deſcripta. His caſibus vaſallus ignorantiâ ſuâ excuſare ſe poteſt à feudi privatione, ut ſentit Iacob. de Ardiz. *in ſumma ſive Epitome iuris Feudor. cap. 100. & facit text. in l. qui in alterius 42. ff. de Reg. iur.*

14 Confert etiam, quòd prædium quodlibet præſumitur allodiale potius, quàm feudale, arg. *text. in Tit. 26. ſi de feudo defunct. content. ſit int. dom. & agn. §. 1. lib. 2. Feud.* Andr. Gaill. poſt alios *obſ. 69. num. 4. lib. 2. pract. obſ.* Si tamen maior pars bonorum defuncti vaſalli ſit feudalis, idque ſciat ſucceſſor eius, tunc quia in dubio etiam bona feudalia eſſe præſumuntur, niſi contrarium probetur, ignorantia eius juſta videri non poteſt, proindeque nec juramento ſuo committi debet, per text. *in Tit. 41. de controv. int. Maſc. & fœmin. §. ult. libro 2. Feud.* & confert quod tradit

Andr.

Andr. Gaill. *d. obſ. 69. num. 6.* Pertinet eodem, quòd jure noſtro paria ſunt, ſive quis ſcierit, ſive potuerit ſcire, *l. 1. §. 2. ff. de Ædilit. edict. l. ſi duo. 38. verſ. qui enim, ff. de adquir. vel amitt. hered.*

Sed quæſtionis eſt, an vaſallus, qui inconſulto domino feudum alienavit, excuſationem mereatur, ſi dubitaverit, feudum vel allodium ſit res alienata? Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 1. num. 43.* hæſitat quidem in hâc quæſtione magis tamen inclinare videtur in opinionē negantē. Mihi aiens ſententia veritati propior videtur. Tùm argumento textus in *Tit. 26. §. vaſallus feudum, & Tit. 34. §. ult. lib. 2. Feudor.* ubi traditur, quòd æquè non amittat feudum vaſallus, qui dubitanter reſpondit domino, feudum non eſſe, quàm qui feudum abnegavit: Tùm quia dubitatio ignorantiam imitatur, ut ait Cuiac. *in comment. in lib. 1. quæſtion. Papin. pag. 38. col. 1. &* dubitans ignoranti æquiparatur, *l. ult. C. de condict. indeb. l. 2. in princ. ff. quis ordo in poſſeſſ. ſervetur, l. manifeſtiſſimi 22. §. ſin autem,* ibi neſcius & dubitans, *C. de furt.* Menoch. *de recup. poſſ. remed. 15. n. 186.* Tùm quia aliâs etiam ut ignorans, ſic & dubitans excuſationem meretur, Bald. *in c. ult. Extr. de exceſſ. Prælator. & in l. leges ſacra-* 15

ſacratiſſimæ 9. num. 2. C. de legib. Tùm quia ut bonæ fidei poſſeſſor impēſam & meliorationem deducit, ſic & qui dubitavit, à vero domino poſſideat, nec ne, impenſam, quam dubitationis tempore fecit, deducere poteſt Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. num. 549.* Tùm poſtremò, quia vaſallus dubitans feudum ſit nec nè, ꝙ inſcio domino alienavit, dolo, culpaque latâ vacuus eſt, Nemo autem vaſallus privatur ſuo feudo, niſi doli culpæ vè latæ arguatur, ut oſtendi ſuprà ex *Tit. 21. de feudo ſine culp. non amitt.*

16 Moveri poteſt hoc loco & illa quæſtio, an vaſallus ob feudi alienationem ignorante domino factam, jure ſuo privetur, ſi in ipsâ alienatione palàm proteſtatus ſit, ſe nō velle alienatam rem ipſam, ſi adpareat feudum eſſe? Negativæ patrocinari dubito nihil, Tùm quia proteſtatio hæc fit à vaſallo ſui juris conſervandi gratiâ, arg. *l. ſi filiusfam. 16.* ubi Bart. & Bald. *ff. ad S. C. Macedon.* Qui autem ſui juris conſervandi gratiâ quid facit, dolo & culpâ latâ caret, *l. ſi donaturus 9. §. ſi quis indebitam, ff. de condict. indeb. l. 3. §. is tamen, ff. de libero hom. exhib. l. iniuriarium 13. §. 1. ff. de iniur. & l. nullus videatur 55. ubi Gl. & Dd. ff. de Reg. iur.* Tùm etiā quia hæc proteſtatio fit jure permittente, quando autē quis facit aliquid jure per-

re permittente, neque dolum, neque culpam comittit, *l. Gracchus 4. C. ad L. Iul. de adult. l. nemo damnum 151. ff. de Reg. iur.* Sine dolo autem & latâ culpâ vaſallus feudo non privatur *d. Tit. 21. lib. 1. Feud.* Tùm poſtremò quia vaſallus abſque domini arbitrio alienans feudum, ideò privatur eo, quòd contemnere dominum videtur, *d. Tit. 24. §. ſi vaſallus contra Conſtitutionem, lib. 2. Feud.* Proteſtatio autem illa vaſalli apertè arguit, quòd diligat, non contemnat dominum, id quod ſentit etiam poſt alios Schrad. *tr. feud. d. part. 9. cap. 1. num. 12.*

Sequitur ut de altero nunc agamus requiſito alienationis prohibitæ, quod eſt poſſeſſionis translatio. Sola conventio de alienando feudo ad eius amiſſionem non ſufficit, ſed ut privationi ſit locus, traditio quoq; poſſeſſionis ut facta ſit, neceſſe eſt, Text' eſt *in Tit. 52. de prohib. feud. alien. per Loth. in princ. verſ. hortatu itaq;*, ibi, ſine ipſorum permiſſione diſtrahere, & *d. Tit. 55. de prohib. feud. alien. per Frid. in princ. verſ. callidis inſuper*, ibi, feudum vendunt, & in alios transferunt, *lib. 2. id.* Quod priori loco Imperatori Lothario eſt feudum diſtrahere, & loco poſteriori feudum transferre, id de poſſeſſionis feudalis intelligendum eſt diſtractione, & translatione. 17

Mm Cùm

Cùm enim Authoribus juris Feudorum DISTRAHERE, & TRANSFERRE feudum nihil ſit aliud, quàm feudum alienare, uti arguunt non modò Rubricæ utriuſque illius tituli modò citati, ſed & *Tit. 13. de alienat. feud. lib. 1. Feud. & Tit. 39. de alienat. paterni feudi, lib. 2. Feud.* Alienatum autem non propriè dicatur, quod adhuc in dominio venditoris manet, licet rectè venditum dicatur, *l. alienatum. 67. in princ. ff. de Reg. iur.* conſequens ei eſt, feudum non dici alienatum, niſi poſſeſſio alii ſit tradita, & quidem eo animo in alium translata, ut illius ſit, in quem translata eſt, & alienantis eſſe deſinat.

19 Non ergò amittit feudum vaſallus, nec poteſt dominus illud vindicare, niſi poſſeſſio rei feudalis alii ſit tradita, & in alium tranſlata, ut eius ſit & commodum ipſius eſſe incipiat. Id quod tradunt etiam Doctores, quos citat Franciſc. Vivius *lib. 1. comm. opin. ſub lit. E. verſ. emphyteuta alienans*, Emanuel. Soarez. *in theſaur. recept. ſentent. lit.* F. *num* 71. Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 1. num. 32.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. num. 42. verſ. ſecundum.*

20 Quocirca vaſallus non amittit feudum, quando illud locat alicui, licet in tempus longum fiat locatio, ut contra quoſdam alios oſten-

oſtendi ſuprà cap. 1. Neque privatur feudo ſuo vaſallus, cum illud alicui hypothecæ jure concedit, ut ſimiliter aliis contradicentibus, expoſui ſuprà dicto cap. 1. Si tamen per Conſtitutum poſſeſſorium, atque ita per traditionem fictam alii cōcedat vaſallus feudum ſuum, privatur eo, & dominus revocare illud poteſt, ut aliis diſſentientib. tradidi ſuprà eod. capit. 1.

Quid verò ſi vaſallus poſt factam feudi illicitam alienationem illud recuperauerit, nunquid nihilomninus revocare illud dominus poterit? Hæc quæſtio deciſa extat *in Tit. 44. Quid iuris poſt alienationem feudi, lib. 2 Feud.* ubi ICtus Feudiſta tradit, quòd olim quidem recuperatum illicitè alienatum feudum auferri non potuerit vaſallo, hodie verò ſecus eſſe: hoc argumento, quòd ex ipsâ alienatione illicitâ apertum ſit domino feudum, Cui rationi & hæc addi poteſt, quòd vaſallus qui inconſulto domino feudum alienat, eo ipſo dominum contemnere dicitur, *Tit. 24. §. ſi vaſallus contra Conſtitutionem, lib. 2. Feud.* Contemptum hunc non tollit alienati feudi recuperatio, cùm factum infectum fieri non poſſit, & nemo pœnitentiâ ſuâ nocens eſſe 21

 deſi-

Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. num. 43.* & horum opinationi meũ addere calculũ nihil dubito, Tùm quia text. *in d. Tit. 44. lib. 2. Feud.* generaliter conceptus eſt, nec diſtinguit inter feudi illicitè alienati recuperationẽ, mox vel ex intervallo factam. Tùm quia ratio diſpoſitionis dicti Tit. 44. ibi, utpotè domino, ad quemcunque pervenerit apertum, diſtinctionem illam planè reſpuit; cum oſtendat, quòd ipsâ alienatione feudi illicitâ, feudum confeſtim deſinat eſſe vaſalli alienantis, & ad dominum ipſo jure pertineat. Cùm ergò ipſa feudi receptio, actutum facta, non numeretur inter modos adquirendi feudum, haud verè dici poteſt, quòd feudum illicitè alienatum, & domino apertum, redeat ad alienantẽ vaſallum, licet ipſe poſſeſſionem eius confeſtim receperit. Tùm quia nemini invito jus legitimè adquiſitũ auferri poteſt, *l. id quod noſtrum eſt 11. & ibi Dd. ff. de Reg. iur.* Non ergò feudum propter illicitam alienationem à vaſallo factam ad dominum jure reverſum, vaſallus recipit, quamvis confeſtim eius poſſeſſionem recuperaverit. Tùm etiam, quia ubi agitur de contractus reſolutione, moræ purgatio non admittitur *l. commiſſoria 4. C. de pact. int. empt. & vend.* Tùm poſtremò quia vaſallus quando abſq; domini

conſenſu ſciens alienat feudum; committit delictum, ſiquidem doloſè contemnat dominum, *d. Tit. 24. §. ſi vaſallus contra, lib. 2. Feud. iunct. tit. 21. de feudo ſine culp. non amitt. lib. 1. Feud.* In delictis autem etiàm privatis pœnitentia delinquentis confeſtim quoque ſequuta, non liberat à pœnâ delinquentem, *d. l. quis ſit, 17. §. 1. ff. de Ædilit. edict. d. l. qui re mente 65. ff. de furt. & d. l. pen. ff. vi bonor. raptor.*

24 Concluſioni huic derogat nihil, quòd vaſallus ob feudi alienationem, illud non amittit, niſi poſſeſſionem quoque eius tradiderit ipſi, in quē alienavit feudum, ut ſuprà oſtendi; Non enim ſequitur inde, quòd recuperatio poſſeſſionis feudalis, reducat quoque ipſum feudum, & dominium illud, Aliud n. eſt poſſeſſio, aliud dominium feudi, & ab illâ ad hoc malè infertur, *l. naturaliter 12. §. 1. ff. de adquir. vel. amitt. poſſ.*

25 Neque refragatur quòd ager invndatione fluminis domino ademptus, ſi impetu eodem receſſerit flumen, ad priſtinum dominum redit, *l. ergò ſi inſula 30. §. pen. ff. de adquir. rer. dom.* Quodque prædium in fluminis alveum redactum, flumine ad priſtinum alveum reverſo, ad dominum priorem redit, *l. adeò 7. §. quòd ſi toto, verſ. ult. ff. d. t.* Et quòd teſta-

teſtamentum captivitate teſtatoris infirmatum, reconvaleſcit, ſi teſtator ab hoſtibus revertatur, §. *ult. Inſtit. Quib. non eſt permiſſ facere teſtam.* Quòd denique poſſeſſione ſuâ dejectus eam recuperat ſi confeſtim, ſive in continenti deiicientem armis viciſſim expulerit *l. 3. §. cum igitur, l. qui poſſeſſionem, 17. ff. de vi & vi armat.* Quod enim de alluvione, & receſſu fluminis, itemque de reditu captivi ex hoſtium manu, ut & de eo qui ſuâ dejectus poſſeſſione, confeſtim eam recuperaverit, in jure cautum eſt, per comparationem referri non poteſt ad vaſallum, qui feudum ſuum illicitè alienatum, confeſtim recuperavit. Exempla enim iſthæc cõparationis de eo ſunt, qui caſu dominum vel poſſeſſionem rei ſuę, aut ius teſtamenti amiſit, Verùm hîc de vaſallo agimus, qui ſuâ culpâ, ſive dolo feudum amiſit.

Adhæc nihil decerpit pronunciato noſtro, quòd ſtipulatio ob formæ omiſſionem nulla, efficitur valida, ſi in continenti & confeſtim, non ex intervallo adhibeatur forma, *l. 1. §. ſi quis 3. verſ. cum adiicit*, ibi, illicò placuerit, & *l. continuus 137. in princ. ff. de Verb. obl.* Quodque pactum in continenti adjectum contractui, pars contractus eſſe cenſetur, 26

 licet

licet ſecus ſit ſi ex intervallo contractui acceſſerit, *l. Iuris Gentium 7. §. quinimò 5. verſ. ſed hoc ſic accipiendum, ff. de pact. & l. lecta 40. verſ. dicebant. ff. de reb. cred.*

Hoc enim utroque caſu duo concurrunt, quæ validum, firmumq; reddunt negocium, duorum ſcil: contrahentium voluntas, & forma illicò ſubſecuta: Sed in feudi illicitè alienati recuperatione mox ſequutâ, ſolius vaſalli alienantis voluntas præſtò eſt, non etiam domini conſenſus ad quem feudum ipſo jure ob illicitam alienationem rediit.

27 Neq; etiam confringit concluſionem noſtram, quòd Emphyteuta ob non ſolutum, intra tempus legitimum, canonem, emphyteuſi privatur; ſi tamen ſatisfactione celeri ſibi conſuluerit, atque ita mox purgaverit moram, non amittit emphyteuſin, *c. potuit, Extr. de locato conducto*, Sichard. in *l. 2. num. 21. C. de Iur. Emphyteut.* Etſi enim argumentum ab emphyteutâ ad vaſallum in Iure noſtro ſit validum, Everhard. in *Topic. legal. in loco ab emphyteuſi ad feudum*: Id tamen non procedit, cum diverſitatis ratio aliud ſuadet, ut docet idem Everhard. dicto loco, *num 9.* Diverſitas autem Emphyteutæ, & vaſal-

vaſalli hoc caſu continetur eo, quod culpâ illius in omittendo, huius verò culpa in committendo, ſive faciendo conſiſtit, quæ gravior eſt, quàm illa, *l.4.§.ult. l.5.§. ſed in his omnibus, ff.de in lit.iurand. l. ſi ſervum 91.§. ſequitur, ff. de Verb. obl. l. ſi mora, 9. ff. ſolut. matrim. l. ſi cuiuſque 3. §. de præteritis, ff. de uſufr.* Bald. *in l. fortuitis 6. num. 14. in fin. ff. de pign. action.* Culpa autem gravior non immeritò gravius punitur, *c.1.§ quæ omnia*, ubi Cardinalis *Tit. de pœnis lib.6. Clementinarum.*

Nullum quoque negotium hîc nobis facit, quòd alienatores prædii Eccleſiaſtici anathemate feriuntur, niſi reſtitutione celeri proſpexerint ſibi, *c. ſi quis Presbyterorum, Extr. de reb. Eccleſiæ alienand. vel non.* Vt enim hoc nominatim & expreſsè cautum eſt Canonicâ Sanctione, ita illud, ut vaſallus feudum illicitè alienatum non amittat, ſi mox recuperaverit illud, non ſimiliter feudorum Iure ſpecialiter diſpoſitum legimus; proindeque haud affirmandum erit, argument. *l.pen. verſ. neque enim ſicut illud. ff. de reb. cred.* 28

Prætereà non imminuit ſententiam noſtram, quòd ceſſante causâ, etiam effectus ceſſat, *c. cum ceſſante, Extra de Appell.* 29

Quamvis enim cauſa privationis feudi inconſulto domino alienati ea ſit, quòd feudo amiſſo vaſallus domino ſuo ſervitia amplius præſtare nequit, *Tit. 58. in princ.* ibi, unde debita ſervitia amittebant, & *Tit. 55. in princ.* ibi, unde debita ſervitia amittebant, *lib. 2. Feud.* atq; hæc cauſa ceſſet, feudi poſſeſſione recuperatâ: Quia tamen non ea ſola eſt amiſſionis illius cauſa, ſed maximè contemptus domini, *d. Tit. 24. §. deniq;, verſ. ſi vaſallus contra, lib. 2 Feud.* contẽptus nõ ceſſat, feudi poſſeſſione recuperatâ: cùm factũ infectũ fieri non poſſit, certè vaſallus conſulere ſibi non poteſt, poſſeſſione feudi cõfeſtim recuperatâ.

10 Adhæc Regula illa ceſſante causâ non procedit, quando effectus jam cõſummatus eſt, Tiraquell. *Tract. de Regulâ ceſſante causâ, limit. 18.* Quamprimùm autem vaſallus feudum alienavit domino inconſulto, non poteſt amplius ſervitia domino præſtare; Tùm quia deſiit eſſe vaſallus; Tùm quia feudum non amplius ipſius eſt, ſed domini, ut ad quem ipſo jure rediit, proindeque ceſſare hîc non dicitur effectus ille. Et quia effectus prohibitæ alienationis illius eſt etiam contemptus domini, ut dixi, qui tolli non pòteſt, ſed manet etiam poſt feudi recuperationem.

Con

Confert huc quòd dicta illa regula offi- 31
cium ſuum perdit, quando per cauſam alteri
ius quæſitum eſt, Tiraquell *d. tr. ceſſante causâ limit. 11.* Quamprimùm autem vaſallus alienavit feudum abſque domini conſenſu, ipsâ alienatione ius domino quæſitum eſt, ſiquidem ipſi feudum ſit apertum, ut ſuprà expoſui.

Haud officit etiam conclusioni noſtræ vox 32
POSTEA *in d. Tit. 44. lib. 2. Feud.* ubi ICtus Feudiſta, licet, ait, poſtea recuperaverit.

Diſtinctione enim POSTEA ſignifica- 33
tur etiam id, quod confeſtim fit poſt geſtum factum, ut liquet ex *l. qui ea mente 65. iunct. l. vulgaris 21. §. ult. de furt. l. coheredi 41. in princ.* ibi, ſive poſteà ſubſtitutus ſit, *l. ex facto 43. in princ. verſ. quia nihil intereſt*, ibi, alium heredem inſtitueret ipſe filius poſtea, *ff. de Vulg. & pupill. ſubſtit. & l. quoties 9. §. ſi quis ita ſcripſerit, ff. de hered. inſtit.* Tùm etiã ex hoc Ovidii:

——Famam ſervare memento,
Quâ ſemel amiſsâ poſtea nullus eris.

Neque etia . attenuat ſententiam no- 34
ſtram, quòd vaſallus non exuitur feudo ſuo, ſi tantùm animum induxerit, atque etiam

etiam laboraverit offendere dominum, ſed pœnitentiâ ductus inſidias ei inſtruxerit nullas, *Tit. 51. de Capitan. qui curiam vend. §. ſi voluerit vaſallus, lib. 2. Feud.* Agimus enim hîc de vaſallo, cuius propoſitum non ſolùm in animo conſtitit, ſed in effectum quoque deductum, & conſummatum fuit, ut qui reverâ ſine domini conſenſu alienavit feudum, & eius poſſeſſionem ad alium transtulit.

35 Nihil quoque impedit concluſionem noſtram, quòd citatus non comparens mox in Iure Prætoris ſententiâ rem amittit, ſi autem confeſtim Prætore pro tribunali adhuc ſedente cõparuerit, in integrum reſtituitur, *l. pen. ff. de in integr. reſtitut.* Hinc enim ineptè infertur, quòd etiam vaſallo, qui factâ alienatione feudi, confeſtim illud recuperavit, dominus feudum amiſſum reſtituere teneatur. Nam *d. l. pen.* eſt de eo, qui rem in jure ſine culpâ ſuâ amiſit, ut qui vocem Præconis citantis parum exaudivit, ut diſertè textus oſtendit. Hîc verò agimus de vaſallo, qui reuerâ culpæ reus eſt, ut qui feudum ſuum, ſciens feudum eſſe, inconſulto domino alienauit.

36 Poſtremò non tollit noſtram ſententiam, quòd contraria opinio communi Doctorum cal-

calculo recepta dicitur, Non enim ex multudine Authorum, quod melius & æquius eſt, judicari debet, cùm poſſit etiã unius ſententia multos & maiores aliquâ in parte ſuperare, ut Iuſtinianus Imp. *in Conſtit. de cõcept. Digeſtor. & in l. 1. §. ſed neq; ex multitudine, C. de iure veter. enucl.* Clemens quoque tertius Romanorum Pontifex *in c. Capellanus 4. Extr. de feriis*, diſertè docet, quòd variantibus Authorum opinionibus, illorum ſententia prȩvalere debeat, quæ meliori, & ſubtiliori nititur ratione. Quocirca adhærendum non eſt communi opinioni, quæ vel evidenter falſa adparet, vel probabili aliquâ ratione convelli, & erroris convinci poteſt, Iacob. Thoming. *in deciſionib. quæſtionum illuſtr. deciſ. 4. num. 10.* Et pertinet huc pulchra Hoſtiens. ſententia in *c. dilecti filii. §. 1. Extr. de iud.* ubi, quando, ait, de intellectu jurium agitur, non eſt perfunctoriè tranſeundum, imò ſubtilitates rationabiles adprobamus.

His ita hactenus expoſitis, videndum, an feudo per vaſallum illicitè alienato, dominus tacitâ voluntate cenſeatur remiſiſſe vaſallo culpam, ſi mox vel poſteà non declaraverit ſe, quòd feudum ſibi apertum eſſe, & in commiſſum cecidiſſe velit? Aientē opinio- 37

nem

nem poſt alios, quos refert, probat Schrad*tr.feud. part. 2. partis 9. princip. ſect. 9. num. 1.* & Herman. Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. num. 45.* Mihi verò non diſplicet contraria ſententia; Tùm quia vaſallus purè & ſimpliciter ob feudi illicitam alienationem illud amittere dicitur, non ſub conditione illâ, ſi dominus declaraverit ſe velle, ut ſibi feudum ſit apertum. Ipſa alienatio ſola facit, ut domino feudum aperiatur, *d. Tit. 44. lib. 2. Feud.* & ut vaſallus feudum perdat, idque ad dominum revertatur, *Tit. 38. de vaſallo qui contr. Conſtit. Loth. Reg. benef. alien. lib. eod. feud.* & reverſum ad ipſum pertineat, non ad vaſallum, *d. Tit. 24. §. ult. in fin. lib. eod. Feud.*

58 Alienatione igitur illicitè factâ amplius feudum non eſt, ſed per conſolidationem plenum dominii jus in re feudali domino adquiſitum fuit; Tùm quia dominus ita ſupinus non eſt judicandus, ut tacitâ voluntate, ac ſilentio ſuo ſibi quæſitū jus dimittere, & repudiare velit, *l. cum de indebito 25. in princ. verſ. ſin verò, ff. de probat.* Tùm etiam quia remiſſio illa quæſiti juris facti eſt, & proindè non præſumitur, *l. quacunque 15. §. ult. ff. de public. in rem act. l. 1. C. de mandat. Princip. l. 1. C. de probat.* Tùm poſtremò quia in

dubio

dubio non cenſetur facta pœnæ remiſſio, *l. pen. ff. vi bonor. rapt. & l. qui ea mente 65. ff. de furt.*

Contrariæ opinioni præſidium adfert 39 nullum, quòd donatio collata in aliqué, non dicitur revocata ob donatarii ingratitudiné, priuſquam donatorem pœniteat factæ donationis, ipſamq; voluntate expreſsè mutatâ retractaverit dominus, *l. 1. C. de revocand. donat.* Etſi enim ipſum quoque feudum ſit beneficium ex benevolâ domini voluntate, proindeque donatione quâdam profectum, *Tit. 23. In quib. cauſ. feud. amitt. lib. 2. Feud.* & quædam ingratitudo ſit vaſalli, ſi inconſulto domino alienaverit feudum, *d. Tit. 24. §. ult. lib. 2. Feud.* attamen ab illâ propriâ donatione & ingratitudine donatarii, de qua in *d.l. 1. C. de revocand. donat.* ad feudi donationem, & vaſalli ingratitudinem haud rectè infertur, cùm hæc non propria, ſed ob cauſam ſit donatio, quæ cauſa eſt fidelitatis, & ſervitiorum præſtatio, *Tit. 21. de feud. ſin culp. non amitt. verſ. vel ſi dominis ſuis, lib. 1. Feud.* Argumentum autem à ſeparatis, & diverſis non procedit etiam in jure noſtro, *l. ult. ff. de calumniatoribus.*

Propria donatio quando perfecta eſt, non facilè revocatur, *§. alia autem,* ibi, temerè revo-

revocari non poſſunt, *Inſtit. de donat.* non ergò putandum quòd ſolâ donatarii ingratitudine cenſeatur revocata, ſed neceſſe eſt, ut donator voluntatis ſuæ mutationẽ expreſsè declaraverit, *d. l. 1. & tot tit. C. de revocand. donat.* Feudum verò cùm ſpecialiter hãc detur ob cauſam, ut vaſallus domino ſit fidelis, ipſique ſervitia præſtet, *d. Tit. 21. lib. 1. Feud. & Tit. 5. 6. & 7. lib. 2. Feud.* ceſſante fidelitate, & ſervitiorum præſtatione, feudum ipſo jure ad dóminum intelligitur reverſum, cùm ceſſante causâ ceſſet quoque effectus, *d. c. cum ceſſante, Extr. de appell.*

Idem reſpondendum eſt ad *d. l. cum hic ſtatus 32. §. ait oratio, ff. de donat. int. vir. & uxor. & l. donationes, quas parentes 25. C. de donat. int. vir. & uxor. l. donationes 31. §. pater. ff. de donat. & l. ſive emancipatus 17. C. d. t.* His enim omnib. locis de propriâ agitur donatione, proindè ut revocata intelligatur, neceſſe eſt, ut donator expressè voluntatem ſuam mutatam oſtendat.

41 Nullum quoque præſtat adminiculum contrariæ opinioni, quòd licet emphyteuta amittat emphyteuſin, ob non ſolutam intra ſpacium triennii, vel biennii canonem, id tamen non alio ſenſu accipiendum, quàm ſi hoc velit dominus, idque re & verbis oſtendat,

dat, ut emphyteuta privetur emphyteuſi, *l.2.* ibi, volenti ei licere eum à prædiis emphyteuticariis repellere, item ibi, omnimodo eo, ſi dominus voluerit, repellendo. *C. de iur. emphyt.* Argumentum enim ab emphyteuſi ad feudum ponderis habet nihil, quando aliqua diverſitatis ratio adparet, ut ſuprà oſtendi ex Everhardo *in Topic. legalib. in loco ab emphyteuſi ad feudum, num. 9.* Diverſitatis autem ratio hîc ea adparet, ut & ſuprà dixi, quòd culpa emphyteutæ non ſolventis canonem intra tempus legitimum in omittendo conſiſtit, culpa verò vaſalli feudum inconſulto domino alienantis, conſiſtit in committendo, cuiuſmodi culpa gravior eſt, quàm altera, ut ſimiliter docui ſuprà.

Eſt & illa huius loci ut elegans, ſic & anceps quæſtio: ſi feudum abſque domini conſenſu alienatum ſit, & dominus moriatur, antequam vaſallo de feudo illicitè alienato quæſtionem moverit, an eius agnati ſucceſſores feudi revocare poſſint alienatum feudum? Aiens opinio veritati propior mihi videtur; Tùm quia feudum inconſulto domino alienatum, ipſo jure ad dominum revertitur, *d. Tit. 24.* §. *ult.* ibi, ad dominum beneficium pertineat, *Tit. 38. in princ.* ibi, ad dominum revertatur, *d. Tit. 44.* ibi, utpotè do- 42

Pronunciato huic derogat nihil, quòd actio ad revocandam donationem nō competit heredi donatoris. Non enim ut domino apertum ſit feudum ipſo jure ob illicitam eius alienationem, ita & donatio ob donatarii ingratitudinem ipſo jure ad donatorem redit, ſed hâc conditione, ſi donator voluntatem ſuam mutaverit, non etiam ſi tacuerit, *l. 1,* ibi, mutatâ voluntate, *l. his ſolis 7. in princ.* ibi, ſi eos ingratos circa ſe eſſe oſtenderit, & *verſ. caterùm,* ibi, matre pacificâ, *& l. ult.* ibi, ſi ipſe tacuerit, *C. de revocand. donat.* 44

Quæſtioni expeditæ proxima eſt hæc; An feudum à vaſallo illicitè alienatum, mortuo vaſallo alienatore domin⁹ revocare illud, & à quovis poſſeſſore vindicare poſſit? Affirmativam judico eſſe veriſſimam; Tùm quia feudum ob alienationem inconſulto domino factam, ipſo jure ad dominum revertitur, ut ſuprà docui ex *Tit. 24. §. ult. Tit. 38. in princ. Tit. 44. & Tit. 55. §. callidis, lib. 2. Feud.* & ſentiunt Dd. communiter, quorum meminit, quoſque ſequitur Schrad. *tr. feud. part. 2. partis 9. princ. ſect. 8. num. 21.* 45

Cùm igitur in perſonâ vaſalli alienantis deſierit eſſe feudum, idque ad dominum redierit, conſequens ei eſt, quòd illud dominus ut proprium à quocunque poſſeſſore vindi- 46

care poſſit, per *l. officium 9. & l. in rem actio 23. in princ. ff. de rei vind.* Tùm etiam quia res, quę ob non ſolutum vectigal, ipſo jure commiſſa, deſiit eſſe non ſolventis, & domino vectigalis adquiritur, proindeque à non ſolventis heredibus, ac quovis poſſeſſore poteſt vindicari, *l. commiſſa 14. de publican. & vectig.* Idem ergò de herede vaſalli feudum illicitè alienantis dicendum eſt. Tùm quia cauſa ingrati pecuniaria morte heredis ingrati non extinguitur, ſed ad illius quoque heredes tranſit, *l. Caius 22. ff. de SC. Silaniano,* neque morte furis cōdictio furtiva perit, licet ex delicto deſcendat, ſed quia pecuniaria eſt, competit quoque in delinquentis heredes, *l. ſi pro fure 7. §. ult. ff. de condict. furt.* Tùm poſtremò, quia pœna privationis bonorum, vel certæ rei, quæ ipſo jure infligitur, indiſtinctè ab heredib. exigi poteſt, licet de crimine quæſtio ipſi vivo delinquenti mota fuerit nulla, ut ſentiunt Dd. quos longâ ſerie memorat, & ſequitur Schrad. *tr. feud. d. part. 2. partis 9. princ. ſect. 10. num. 20.*

47 Non obſtat concluſioni huic, quod donator contra donatarii heredes ingrati actionē ſtringere, & repetere ab illis rem donatam non poteſt, *l. his ſolis 7. & l. fin. verſ. ult. C. de revocand. donat.* Alia enim ratio eſt donationis

nis ob ingratitudinem donatarii revocandę, alia item feudi ob vaſalli illicitã alienationẽ amiſſi. Ingratitudo enim donatarii nõ efficit, ut ipſo jure dominium rei donatæ ad donatorẽ redeat: ſed alienatio illa feudi jure prohibita, operatur, ut confeſtim ipſo jure feudum domino aperiatur, & ipſius bonis adiiciatur, ut anteà docui.

Eodem modo reſponderi poteſt *ad l. libertatem 36.* ubi Cyr. Bald. & Salic. C. *ad L. Iul. de adult.* ubi dicitur, quòd heredi mulieris non obſtet adulterium, ob quod ipſa mulier viva dotem ſuam perdere debuit. Non enim ipſo jure dos mulieris culpoſæ in mariti dominio eſſe incipit, ſed ipſe maritus prius intra menſes duos de adulterio uxorem convincere tenetur, ut cavetur *in d. l. libertatem. C. d. t.* 48

Nihil quoque refragatur certiſſima illa juris regula, quòd pœnales actiones nõ tranſeunt contra heredes delinquentis, *§. non autem, verſ. eſt enim certiſſima, Inſt. de perpet. & tempor. act. l. pupillum 111. §. 1. ff. de Reg. iur.* Iſthæc enim juris Regula procedit in actionibus, quibus res aliqua ex obligatione debita petitur, non etiam in actionibus, quibus Actor rẽ ſuam petit, qualis eſt vindicatio, ſive in rem actio. *l. actionum 25. in princ. ff. de oblig & act.* Cuiuſmodi actio eſt, quâ dominus feu- 49

dum ſibi jure apertum repetere poteſt, ut ſuprà docui.

50 Denique non impedit concluſionem noſtram, quòd quidam ex Dd. noſtris arbitrantur, rem quandam non amitti ob ſolum delictum, ſed definitivâ judicis ſententiâ interveniente, ut ſentit Bald. *in l. fin. num. 4* & ibid. Franciſc. Ripa *in repetit. num. 237. C. de revocand. donat.* Laurent. Sylvan. *tr. de feud. recog. quaſt. 27. limit. 3.* & Iaſon. *l. 1. §. quod autem, ff. quod quiſque iur. in alium ſtatuerit, ut ipſe eodem iure utatur.* Horum enim ſententia procedere non poteſt in caſu, quo expreſſè cautum eſt, ut res quædam ob delictum ipſo jure amittatur, ſiquidem legibus, & earum certis rationibus Doctorum opinio cedere jubeatur, *c. Capellanus 4. Extr. de feriis, & l. 1. §. ſed neq. C. de veter. iur. enucleando.*

51 Non eſt hoc loco omittenda quæſtio, an parte feudi alienatâ per vaſallum ſine domini conſenſu, vaſallus jacturam faciat totius feudi, vel tantùm partis alienatæ damnum contrahat? De hâc quæſtione varia ſunt Dd. judicia, ſed reor ſimpliciter hîc definiendum, ſi vaſallus partẽ feudi alienaverit, eam ſolùm in pœnam commiſſi incidere, non etiam reliquas feudi partes, per text. *in Tit. 21. de feudo ſine culp. non amitt. §. ult. lib. 1. Feud.* ubi ICtus,

ſi quis,

ſi quis, ait, miles beneficium ſuum vendiderat TOTVM ſine voluntate vel juſſu domini ſui, ut proprium beneficium amittat, decernimus, dominus verò habeat.

Expreſſius id declaratur *Tit. 38. de vaſallo qui contr. Conſtit. Loth. Reg. benef. alienavit, lib. 2. Feud.* his verbis: Si vaſallus contra Cõſtitutionẽ Lotharii Regis beneficiũ alienaverit, ſi totũ, perdat totum, ſi partem, partẽ perdat & ad dominum revertatur. Quò confert, quòd pœna metam delicti non debet egredi *l. ex facto 44. §. ult.* ibi, ſatis enim punitus eſt in eo, in quo facit contra leges, *ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & l. ſancimus 22.* ibi, nec ulterius progrediatur metus, quàm reperiatur delictum, *C. de pœn.* Atq; hæc ſentẽtia de parte tantùm feudi alienatâ amittendâ communiter à Dd. recepta eſt, ut teſtantur Curt. Iun, *tr. de feud. part. 4. num. 153. pag. 484.* Molinæ. *ad conſuetud. Paris. §. 13. gl. 5. num. 7.* Schrad. *tr. feud. part. 9. cap. 1. num. 55.* & Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. concl. 1. in addit. ad lit.* D.

Nihil decerpit concluſioni huic text. *in Tit. 55. in princ. verſ. habito ergò*, ibi, ut nulli liceat feudum totum vel partem aliquam vendere, *lib. 2. Feud.* Non enim deciditur ibi, 52
quòd vaſallus ob ſolius partis alienationem, totius feudi afficiatur diſpendio. Eſt ergò

textus ille intelligendus ſecundum diſtinctionem in *d. Tit. 38. lib. eod. Feud.* Nec impedit, quòd diſpoſitio *d. Tit. 55. lib. 2. Feud.* recentior eſt, & poſterior, *d. Tit. 38.* Quidquid enim novâ quâdam lege ſpecialiter non eſt expreſſum, id veterũ legum, conſtitutionũq; regulis relictum intelligitur, *l. præcipimus 32. in fin. C. de appell.* & poſteriores leges trahendæ ſunt ad priores, & hæ ad illas *l. non eſt novum 26. l. ſed & poſteriores 28. ff. de legib.*

53 Baldus quidem ad *Tit. 9. qualiter olim poter. feud. alien. in princ. num. 1. lib. 2. Feud.* diſtinguit inter jus ſtrictum, & æquitatem canonicam, jure ſtricto putat partis alienatione totum amitti feudum, non etiam de æquitate Canonicâ per text. *in c. ult. Extr. de Feudis.* Eâdem diſtinctione utitur Bald. ad *Tit. 5. §. aut ſi libellario, num. 1. verſ. ſecundò quia ratione, lib. 1. Feud.* Sed diſtinctionem hanc reiicit textus clariſſimus in *d. Tit. 38. lib. 2. Feud.* nec probatur ea textu *d. c. ult. Extr. de Feud.*

54 Aliâ utitur diſtinctione Bald. ad *d. Tit. 38.* quæ hæc eſt: Aut alienavit vaſallus partem feudi in contemptum domini, aut abſq; domini contemptu; Priori caſu putat vaſallum partis alienatione totum amittere feudum, non etiam caſu poſteriori: Quam opinionem probat quoque Roland. à Valle *conſ. 17. num.*

num. 12. vol. 2. At quia alienatio feudi arguit domini contemptũ in eâ tantùm parte feudi, quæ alienatur, ut arguit text. expreſſ. *in d. Tit. 38. lib. 2. Feud.* non eſt extẽdendus ille contemptus ad univerſum feudum; Neç obſtat, quòd contemptus individuus eſt, nam eſt individuus in ſuo tantùm ſubjecto, in parte ſcil: feudi alienatâ.

Aliter diſtinguit Iaſon ad *l. ult. num. 125. C. de iure Emhyteut.* hoc putà modo; vaſallus alienat feudi partem vel ſub commemoratione feudi, vel tanquã rem propriam; Caſu priori vaſallus amittit tantùm partem alienatam, Poſteriori caſu perdit totum feudum; Hanc diſtinctionem ſequitur quoque Kirchovius *cent. 2. opin. comm. concl. 83. &* Ioann. Borcholt. *de feud. cap. 8. num. 33.* Atqui diſtinctio & ſententia hæc ideò admittenda non eſt; Tùm quia feudorum placita eam nullo loco agnoſcunt, Tùm etiam quia generalis & clariſſimus text. eam omninò reſpuit *in d. Tit. 38. lib. 2. Feud.* 55

Adhæc non infringit ſententiã noſtram, quòd emphyteuta ſi non integrũ ſolvat canonem, ſed eius partem, totâ privatur emphyteuſi, ut volunt Doctores. Emphyteuticus enim canon ex totâ præſtatur Emphyteuſi, non ergò mirum, quòd qui ſolvit 56

tantùm partem Canonis, integrâ multatur emphyteuſi.

Denique non refragatur textus in *l. 3. §. ult. ff. de incend. ruin. naufr.* ubi qui navis clavum amovet, cæterarum quoque rerum nomine tenetur. Cùm clavus ea ſit navis pars, quâ univerſa regitur navis, non injuriâ de omnibus tenetur rebus, qui clavũ amovit: quippe cùm ablato navis clavo, res omnes in periculum adducuntur, ait Gloſſ. *d. loco in voce* omnium.

CAP.

CAP. IV.

De effectu prohibitæ alienationis feudi, & ad quem feudum illicitè Alienatum pertineat.

SUMMARIA.

1. & 2. Vaſallus ob illicitam feudi alienationem ipſo jure privatur feudo ſuo, nec opus eſt Iudicis ſententiâ.

3. Ad poſſeſſionis tamen avocationem Iudicis ſententia amiſſionis declaratoria deſideratur. Fallit ſi illicita feudi alienatio ſit notoria. num. 4.

5. Quando notoria dicatur illicita feudi alienatio.

6. 7. 8. & 9. Poſſitnè dominus feudum illicitè alienatum propriâ authoritate avocare à quolibet poſſeſſore? Et quid dicendum ſi hic poſſeſſor ſit malæ fidei, num. 11.

10. Reprobatur Hartmanni Piſtoris opinio, quâ vult, quòd feudum illicitè alienatum ad dominum redeat ſine ulteriore apprehenſione.

12. Dominum civiliter poſſidere rem feudalem, vaſallum verò naturaliter, minus juridicè ſtatuitur à quibuſdam.

13. 14. 15. 16. & 17. An feudum revertatur ad dominum,

minum, ſi ipſo inconſulto vaſallus ex causâ urgentis neceſsitatis illud alienaverit.

18. 19. & 23. Quid ſi vaſallus fame, vel aliâ neceſſitate magnâ prematur, nunquid dominus rogatus à vaſallo, ut ei poteſtatem alienandi feudum faceret, tenetur vel ipſe emere, vel permittere vaſallo facultatẽ vendendi feudũ alii cuidam?

20. Vox PERMISSIONIS liberam denotat permittentis voluntatem.

21. Dominus vaſallo inopi alimenta præſtare non tenetur.

22. Emphyteuta non ut vaſallus cogitur impetrare à domino alienandi licentiam.

24. Priveturné feudo vaſallus ſi præſente, tacente, & non contradicente domino feudũ alienet?

25. Verbum PERMITTERE expreſſam deſignat voluntatem.

26. Maior eſt vaſalli culpa, & maior domini contemptus ſi præſente domino, quàm ſi abſente eo feudum alienet.

27. Qui præſens eſt & tacet, non præſumitur ad incommodum ſuum conſentire.

28. In Iure interrogatus, ſi non reſpondeat, ſed taceat, pro negante habetur.

29. Is, cui Ius retractus competit, licet contractui præſens fuit, & tacuit, attamen retrahendi poteſtatem non amittit.

30. Licet creditore præſente & tacente vendat debitor pignus, non tamen videtur conſentire in pignoris venditionem creditor ille.

31. Reipub. intereſt, ne feudum abſque domini permiſſu alienetur.

32. In re gravi taciturnitas pro conſenſu non habetur.

33. Licentia expreſſum requirit conſenſum.

34. Pignus in re alienâ etiam tacito domini conſenſu conſtitui poteſt.

35. Ex

35. Ex tacito domini conſenſu præſumitur poſſeſſio rei in feudum datæ, ſi dominus quendam per annum in poſſeſsione reliquit.

36. Patientia ſine contradictione expreſsâ idem præſtat quod conſenſus expreſſus.

37. Paria ſunt conſentire, & præſens eſſe, nec contradicere.

38. Qui contradicendo actum impedire poteſt, ſi præſens ſit & taceat, conſentire videtur.

39. & 40. Feudi alienandi Ius vaſallo non tribuitur nudo domini conſenſu, ſed eiusdem expreſſa deſideratur permiſsio & iuſſus.

41. Vaſallus etiam inconſulto agnato ſuo, ex domini permiſſu licitè poteſt alienare feudum, quod tamen agnatus proximus reddito precio recuperare poteſt.

42. A feudi præſcriptione ad alienationem eiuſdem non eſt commodum argumentum.

43. Vt frater fratri in feudum novum communi pecuniâ emptum ſuccedere poſsit, quæ requirantur.

44. Num ad alienationem rei Eccleſiaſticæ à ſolo Prælato factam, requiratur expreſſus Capituli conſenſus?

45. Mandatum eſt actus, qui expreſſo & tacitò conſenſu perfici poteſt.

46. Prorogatio Iuriſdictionis etiam tacitò conſenſu non ſolùm partis, ſed etiam Iudicis fieri poteſt.

47. Si ſtatutum requirat ut aliquid fiat cum conſenſu quorundam, præſentia & taciturnitas pro conſenſu habetur.

48. Si pecunia mutuò datur Syndico præſente Ciuitate, ex tacito conſenſu obligatur Civitas.

49. Licet dominus non poſsit de feudo paterno aliquem inveſtire niſi conſentiat agnatus feudi ſucceſſor, ſi tamen ipſa inveſtitio fiat agnato præſente & tacente, efficax erit.

50. Dominus feudi ſubſcribens inſtrumento contractus, quo alienatur feudum, in alienationem conſentire intelligitur.

51. Si plures ſint domini eiuſdem feudi, tunc omnium conſenſus in feudi alienatione deſideratur.

52. & 53. Poſsitnè vaſallus impunè alienare feudum hâc ſub conditione, ſi dominus conſenſerit, vel ſi domino placuerit?

54. & 55. An vaſallus privetur feudo ob alienationem inſcio domino factam, quando domini conditionem meliorem reddit?

56. Feudum illicitè alienatum dominus vindicare poteſt à quocunque poſſeſſore in rem actione.

57. Vaſallo alienatori etiam venditi feudi precium adimitur.

58. Vtrùm emptor amiſsi precii nomine adverſus vaſallum venditorem actione empti venditi ad recuperandum precium experiri poſsit?

59. Reſponſio ad obiectionem.

60. An precium à malæ fidei emptore feudi ſolutum, ipſi domino, vel Fiſco applicari debeat? Item quæ ſit pœna Notarii conficientis inſtrumentum de illicitâ feudi alienatione.

*

1 EX reſolutione quæſtionis ſub finem præcedentis capitis propoſitæ intelligitur, effectum prohibitæ alienationis feudi hunc eſſe, quòd vaſallus alienans feudo illicitè alienato privatur, per text. *in Tit. 24. §. ult. & Tit. 38. lib. 2. Feud.* Quia verò amiſſio rei cuiuſdam vel ipſo Iure fit, vel per Iudicis ſententiam privantem, *l. ult. C. de locat. conduct.* non immeritò quæri hoc loco poteſt, An vaſal-

vaſallus ob feudi illicitam alienationem ipſo jure privetur feudo ſuo, vel accedente Iudicis privante ſentẽtiâ? Ipſo a. Iure abſq; Iudicis privante ſententiâ vaſallum privari feudo illicitè alienato, Iuris authoritas apertè arguit: Cùm enim ipſa lex feudalis alienationem feudi abſque domini conſenſu prohibeat in *d. Tit. 24. §. ult. in fin. Tit. 52. §. ſi quis verò, & Tit. 55. §. 1. lib. 2. Feud.* Conſequens ei eſt, quòd ob eam alienationem vaſallus ipſo jure amittat feudum: Quod enim fit contra legis prohibitionem ipſo jure nullum eſt, *l. non dubium 5. C. de legib.*

Accedit quòd alienatum illicitè feudum reuerti liberè ad dominum dicitur in *d. Tit. 55. §. 1. verſ. callidis*, ibi, ad dominum liberè revertatur *lib. 2. Feud.* Nihil ergò ad hanc feudi amiſſionem privans ſententia judicis neceſſaria eſt. Adhæc in eodem *Tit. §. 1. verſ. callidis*, Imperator Fridericus per verbum præſentis temporis, Feudum, ait, AMITTANT, Non ergò expectanda eſt Iudicis ſententia. Præterea in *Tit. 44. lib. 2. Feud.* feudum inconſulto domino alienatum ipſi domino ob ſolam alienationem illam apertum dicitur. Quinetiam ad dominum pertinere dicitur hoc feudum in *d. Tit. 24. §. ult. lib. eod. Feud.* non igitur judicis hîc ſententiâ privante opus

eſt. De-

eſt. Denique opinio hæc communi Dd. calculo recepta videtur, ut oſtendit Henric. à Roſenthal *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 2. in addit. ſub lit. A & cap. 10. concl. 41. num. 26.*

2 Nihil huic decerpit concluſioni textus in *Tit. 21. in princ. lib. 1. Feud.* ubi ICtus Feudiſta tradit, quòd vaſallus ſine cognitâ culpâ feudum non amittat. De ipsâ enim culpâ vaſalli conſtare primùm debet, antequam ipſe feudo privatus reverâ dicatur. Cognitâ autem eius culpâ, vel ex confeſſione ipſius propriâ, vel ex teſtimoniis aliorum, ipſo jure feudum amiſiſſe dicitur tempore commiſſæ culpæ, ita ut commoda feudalium prædiorum ad dominum pertineant ſtatim ex eodem tempore.

3 Quamvis autem ipſo jure feudum amittat vaſallus ob ſolam eius illicitam alienationem, attamen ante executionem, ſive poſſeſſionis avocationem Iudicis ſentẽtia amiſſionis declarativa, ſive declaratoria deſideratur, ut volunt Dd. quos memorant, & ſequuntur Molinæ *conſ. 3. num. 6.* Andr. Gaill. *lib. 2. obſ. pract. obſ. 51.* Schrad. *tr. feud. part. 2. partis 9. principalis, ſect. 8. num. 47. & ſect. 9. num. 13. & ſeqq.* Ioann. Borcholt. *de feud. cap. 8. num. 157* Henric. à Roſenthal *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 2. in addit. ſub lit. E.* & Herman. Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. num. 57.*

Sita-

Si tamen illicita feudi alienatio ſit notoria 4
non requiritur declaratoria, ſive declarativa ſententia, ſed poteſt dominus avocare feüdüm non præcedente eiuſmodi ſententiâ, ut volunt, quos refert, & ſequitur Schrad. *tr. feud. ſupra dicto loco, num. 47. verſ. atque hac ſupradicta, & num. 49. verſ. niſi vel felonia* Tùm etiam Ioan. Borcholt *de feud. cap. 8. num. ult.*

Dicitur autem notoria feudi alienatio, 5
quando ea eſt facti permanentis, Andr. Gaill. *lib. 2. obſ. pract. obſ. 51. num. 8.* vel ut dilucidius id explicem, quando adeò notoria eſt feudi alienatio, ut conſtet, vaſallo nullam omninò defenſionem competere, ut alios ſequutus ſentit Schrad. *tr. feud. d. part. 2. partis 9. princ. ſect. 8. verſ. Atque hac ſupra dicta.*

Non deſunt, qui exiſtimant, quòd quando vaſallus ipſo jure ob culpam ſuam feudum amittit (putâ ex alienatione illicita) nõ opus ſit declaratoriâ judicis ſententiâ, ita alios referens ſentit, Hartm. Piſtor. *lib. 1. quaſt. iur. quaſt. 35. num. 12.* Sed hæc opinio catholica & univerſalis non eſt, ſed procedit tantùm in caſu jam adductæ limitationis, quando omninò eſt notorium, quòd vaſallo defenſio competat nulla.

Hinc quæritur, poſſitnè dominus hoc caſu 6
ꝓpriâ authoritate auocare à poſſeſſore feu-

dum etiã nõ præcedente declaratoriâ judicis ſententiâ? Affirmat Bald. *in c. caterùm, num. 4. Extr. de iudic.* Jaſon *conſ. 138. incip. viſo & diligenter, verſ. ſecundò principaliter moueor. vol. 1.* & alii quorum meminit Henric. à Roſenth. *d. concl. 2. in addit. ſub lit.* F. *& cap. 10. concl. 41.* Sed quò minus huic aſſiſtere poſſim opinioni, moveor textu *l. lex vectigali 31. verſ. item quaſiit*, ibi, & propterea pronunciatum eſſet, *ff. de pignor. & hypoth.* Vbi caſus proponitur, quo fundus vectigalis, ſive emphyteuticarius hâc lege, ſive pacto datus fuit, ut ſi poſt certum tempus vectigal ſive penſio non eſſet ſoluta, is fundus ad dominum redeat, licet in ſolutione vectigalis ſive canonis ceſſatum eſſet, judicis tamen pronunciationem deſiderari.

7 Confirmat eandem ſententiam textus in *l. 3. C. de pignor.* ubi Severus & Antoninus Impp. in hæc verba reſcripſerũt, Creditores, qui non redditâ ſibi pecuniâ, cõventionis legem ingreſſi poſſeſſionẽ exercent, vim quidẽ facere nõ videntur; attamẽ authoritate Præſidis poſſeſſionẽ adipiſci debent. Ecce caſus hîc proponitur, quo in pignore dando nominatim convenit inter creditorem, & debitorem, ut creditori liceret authoritate propriâ occupare prædium pignoratum, non ſolutâ pecu-

pecuniâ, nihilominus tamẽ prohihetur creditor, ſine Magiſtratus authoritate adipiſci poſſeſſionem prædii illius. Adhæc tuetur idem pronunciatum noſtrum textus *in l. extat. 13. ff. quod met. cauſ.* Vbi Calliſtratus ICtus diſertè docet, quòd nemo poſſit rem ſuam ab eius poſſeſſore abſque iudicis authoritate avocare. Quò accedit etiam text. *in l. ſi quis in tantam 7. C. unde vi.*

8 Denique patrocinium præſtat ſententiæ huic text. *in Tit. 57. quot teſtes ſunt neceſſarii, lib. 2. Feud.* eique inhæret Henric. à Roſenth. *de feud. cap. 10. concl. 41. num. 144. & ſeqq.*

9 Ex eo igitur, quòd feudum illicitè alienatum, ipſo jure ad dominum redit, non rectè infertur, quòd feudum hoc dominus propriâ authoritate, ſine judicis licentiâ repoſcere, & avocare poſſit ab eius poſſeſſore. Sine declaratoriâ quidem ſententiâ ipſo jure feudi jus ob eius illicitam alienationem ad dominum redit, at poſſeſſio huius feudi non revertitur ipſo jure ad dominum, ſed judicis authoritate recuperanda eſt, arg. *d. l. extat 13. ff. quod met. cauſ. d. l. 3. C. de pignor. & hypoth & d. l. ſi quis 7. C. unde vi.*

10 Non ergò vera putanda eſt opinio Hartmanni Piſtoris *d. quæſt. 35. num. 12.* quâ vult, quòd alienatum illicitè feudum ad priſtinam

ſuam formam, ad dominum per conſolidationem redeat, ſine ulteriori traditione, & adprehenſione. Cùm enim feudalis rei poſſeſſionem dominus tranſtulerit in vaſallum, atque ita poſſeſſione illâ ſe abdicaverit, *Tit. 1. §. 1. Tit 3. Tit. 10. & Tit. 12. lib. 1. Feud. & Tit. 8. §. ult. lib. 2. Feud.* haud rectè, nec verè poteſt dici, quòd poſſeſſio illa ipſo jure ad dominũ ſit reverſa, cùm poſſeſſio abſque adprehenſione non adquiratur, *l. 1 §. 1. & §. pen. l. 3. §. Neratius, ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* & quia aliud eſt feudum, aliud poſſeſſio rei feudalis, *Tit. 22. de milite vaſallo, qui contumax eſt, verſ. ſed ſi intra*, ibi & beneficium, & poſſeſſionem amittit, *lib. 2. Feud.* Sicuti aliud dominium rei, aliud poſſeſſio eiuſdem rei, nec ab illo ad hãc rectè argui poſſit, *l. naturaliter 12. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* Conſequens ei eſt, quòd licet utile, quod vocant dominium, ex illicitâ feudi alienatione cum directo conſolidetur dominio, non tamen ipſa rei feudalis poſſeſſio per conſolidationem ipſo jure, abſque licitâ apprehenſione judicis authoritate permiſsâ, ad dominum redit, quamvis Hartman. Piſtoris dicto loco id exiſtimet.

11 Cæterùm elegans eſt huius loci quæſtio, poſſitnè dominus cui feudum ob illicitã eius alienationem apertum fuit, propriâ authori-

ritate avocare ab emptore malæ fidei poſſeſſore? Gloſſ. & Bald. videntur id affirmare in *d. Tit. 55. §. callidis lib. 2. Feud.* hoc argumento, quòd dominus feudi rem feudalem civiliter poſſideat, quâ in poſſeſſione cùm turbetur à malæ fidei emptore; quando ille feudum ſciens emit, domino alienationẽ ignorante, dominus ſuâ propriâ authoritate recuperare illud poſſit, per text. *in l. clam poſſidere 6. §. qui ad nundinas, ff. de adquir. vel amitt. poſſ.*

Sed quia haud verè dici poteſt, quòd dominus civiliter rem feudalem poſſideat, vaſallus verò naturaliter, quippe cùm duo rem eandẽ in ſolidum poſſidere nõ poſſint, unus civiliter, alius naturaliter, *l. ſi ut certo 5. §. ult. ff. commodati, l. 3. §. ex contrario, ff. de adquir. vel amitt. poſſ. l. duo 19. ff. de precario*, Cuiac. *lib. 9. obſ. cap. 37* Ioann. Borcholt. *in comm. de adquir. poſſ. cap. 6. num. 18. & ſeqq.* non poteſt verum eſſe, quòd malæ fidei emptor feudi turbet dominum in civili eius poſſeſſione, cùm de eo qui non poſſidet, haud dici poſſit, quòd turbetur in poſſeſſione, *l. 1. §. interdictum autem 23. ff. de vi & vi armatâ*, & non entis nullæ ſint qualitates. Sabinus quidem & Trebatius putabant, duos eandem rem in ſolidum poſſidere poſſe, unum juſtè, alium injuſtè, 12

unum civiliter, alium naturaliter, ut indicat *d. l. 3. §. ex contrario, ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* & horum ſententia refertur *in l. ſi duo 3. in princ. ff. uti poſſid. & in l. Et habet 15. §. eum qui 4. ff. de precario*, At Sabini & Trebatii opinio rejecta fuit in d. l. 3. §. *ex contrario 5. ff. de adquir. vel. amitt. poſſ.* Borcholt *d. cap. 6. num. 18. & ſeqq.*

13 Celebris quoque eſt hâc in materiâ quæſtio, An feudum revertatur ad dominum, ſi ipſo inconſulto vaſallus propter famis, nuditatis, & æris alieni neceſſitatẽ illud alienaverit? Negativæ patrocinãtur non exigui ponderis rationes; Quarum prima hæc eſt, quòd neceſſitas licitũ facit, quòd aliâs jure vetitum conſtat, *c. quod non eſt licitum, Extr. de Reg. iur. in. 6.* Sic licet ieiuniorum tempore in Papatu carnes edere prohibitum ſit, ob corporis tamen debilitatem, & infirmitatem Papa Romanus Innocent. III. carnibus veſci eo etiam tempore permiſit, *c. 2. §. pen. & ult. Extr. de obſerv. ieiunior. d. c. quod non eſt licitum, Extr. de Reg. iur.* Quàmvis etiam tutor qui inventarium non fecit, in dolo conſtitutus videatur, ceſſat tamen ea doli præſumptio, ſi ex quâdam neceſſariâ causâ omiſerit repertorii confectionem, *l. tutor 7. in princ. ff. de admin. & peric. tutor.* Etſi quoque teſtamentum ordi-

ordinari debeat in præſentiâ ſeptem teſtium ſimul junctorum, ſi tamen teſtis unus aut alter morbo contagioſo oppreſſus ſit, remittitur hæc teſtes iungendi neceſſitas, *l. caſus 8. C. de teſtam.* Licet quoque Sabbathum cuſtodiri præceptum ſit, ſine culpâ tamen in ſabbatho contra hoſtē pugnare permiſſum eſt, *d. c. quod non eſt, Extr. de Reg. iur.* & animal ex puteo extrahere, & infirmum ſanare, Luc. *14.* Aliud exemplum præclarum legimus Matth. *11.*

Secundò negativæ defenſionem promittit & hæc ratio, quòd alienatione prohibitâ, nō cenſetur neceſſariâ alienatione cuiquam interdictum, *l. divus 5. in princ. verſ. causâ autem cognitâ, ff. de petit. hered. l. peto 69. §. prædium*, ubi Dd. *ff. de leg. 2. l. cum heredis 9. ff. de fideicomm. libert.* 14

Tertiò & ultimò pro negativâ propugnare videtur & illud, quòd ob famis neceſſitatem liberum eſt patri filium ſuum recens natum vendere, *l. 2. C. de patrib. qui filios diſtraxer.* 15

Verùm his nihil obſtantibus ſtatuendum, quod etiam ex alienatione feudi ob famis, nuditatis, aut æris alieni neceſſitatem factâ, domino aperiatur feudum, tùm per text. generalem in *Tit. 9. in princ. verſ. neceſſitate, lib. 2.* 16

minum, ſi ipſo inconſulto vaſallus ex causâ urgentis neceſsitatis illud alienaverit.

18. 19. & 23. Quid ſi vaſallus fame, vel aliâ neceſſitate magnâ prematur, nunquid dominus rogatus à vaſallo, ut ei poteſtatem alienandi feudum faceret, tenetur vel ipſe emere, vel permittere vaſallo facultatẽ vendendi feudũ alii cuidam?

20. Vox PERMISSIONIS liberam denotat permittentis voluntatem.

21. Dominus vaſallo inopi alimenta præſtare non tenetur.

22. Emphyteuta non ut vaſallus cogitur impetrare à domino alienandi licentiam.

34. Priveturné feudo vaſallus ſi præſente, tacente, & non contradicente domino feudũ alienet?

25. Verbum PERMITTERE expreſſam deſignat voluntatem.

26. Maior eſt vaſalli culpa, & maior domini contemptus ſi præſente domino, quàm ſi abſente eo feudum alienet

27. Qui præſens eſt & tacet, non præſumitur ad incommodum ſuum conſentire

28. In Iure interrogatus, ſi non reſpondeat, ſed taceat, pro negante habetur.

29. Is, cui Ius retractus competit, licet contractui præſens fuit, & tacuit, attamen retrahendi poteſtatem non amittit.

30. Licet creditore præſente & tacente vendat debitor pignus, non tamen videtur conſentire in pignoris venditionem creditor ille.

31. Reipub. intereſt, ne feudum abſque domini permiſſu alienetur.

32. In re gravi taciturnitas pro conſenſu non habetur.

33. Licentia expreſſum requirit conſenſum.

34. Pignus in re alienâ etiam tacito domini conſenſu conſtitui poteſt.

35. Et

35. Ex tacito domini conſenſu præſumitur poſſeſſio rei in feudum datæ, ſi dominus quendam per annum in poſſeſsione reliquit.

36. Patientia ſine contradictione expreſsâ idem præſtat quod conſenſus expreſſus.

37. Paria ſunt conſentire, & præſens eſſe, nec contradicere.

38. Qui contradicendo actum impedire poteſt, ſi præſens ſit & taceat, conſentire videtur.

39. & 40. Feudi alienandi Ius vaſallo non tribuitur nudo domini conſenſu, ſed eiusdem expreſſa deſideratur permiſsio & iuſſus.

41. Vaſallus etiam inconſulto agnato ſuo, ex domini permiſſu licitè poteſt alienare feudum, quod tamen agnatus proximus reddito precio recuperare poteſt.

42. A feudi præſcriptione ad alienationem eiuſdem non eſt commodum argumentum.

43. Vt frater fratri in feudum novum communi pecuniâ emptum ſuccedere poſsit, quæ requirantur.

44. Num ad alienationem rei Eccleſiaſticæ à ſolo Prælato factam, requiratur expreſſus Capituli conſenſus?

45. Mandatum eſt actus, qui expreſſo & tacito conſenſu perfici poteſt.

46. Prorogatio Iurisdictionis etiam tacito conſenſu non ſolùm partis, ſed etiam Iudicis fieri poteſt.

47. Si ſtatutum requirat ut aliquid fiat cum conſenſu quorundam, præſentia & taciturnitas pro conſenſu habetur.

48. Si pecunia mutuò datur Syndico præſente Ciuitate, ex tacito conſenſu obligatur Ciuitas.

49. Licet dominus non poſsit de feudo paterno aliquem inveſtire niſi conſentiat agnatus feudi ſucceſſor, ſi tamen ipſa inveſtitio fiat agnato præſente & tacente, efficax erit.

50. Do-

50. Dominus feudi ſubſcribens inſtrumento contractus, quo alienatur feudum, in alienationem conſentire intelligitur.

51. Si plures ſint domini eiuſdem feudi, tunc omnium conſenſus in feudi alienatione deſideratur.

52. & 53. Poſsitnè vaſallus impunè alienare feudum hâc ſub conditione, ſi dominus conſenſerit, vel ſi domino placuerit?

54. & 55. An vaſallus privetur feudo ob alienationem inſcio domino factam, quando domini conditionem meliorem reddit?

56. Feudum illicitè alienatum dominus vindicare poteſt à quocunque poſſeſſore in rem actione.

57. Vaſallo alienatori etiam venditi feudi precium adimitur.

58. Vtrùm emptor amiſsi precii nomine adverſus vaſallum venditorem actione empti venditi ad recuperandum precium experiri poſsit?

59. Reſponſio ad obiectionem.

60. An precium à malæ fidei emptore feudi ſolutum, ipſi domino, vel Fiſco applicari debeat? Item quæ ſit pœna Notarii conficientis inſtrumentum de illicitâ feudi alienatione.

*

1 EX reſolutione quæſtionis ſub finem præcedentis capitis propoſitæ intelligitur, effectum prohibitæ alienationis feudi hunc eſſe, quòd vaſallus alienans feudo illicitè alienato privatur, per text. *in Tit. 24. §. ult. & Tit. 38. lib. 2. Feud.* Quia verò amiſſio rei cuiuſdam vel ipſo Iure fit, vel per Iudicis ſententiam privantem, *l. ult. C. de locat. conduct.* non immeritò quæri hoc loco poteſt, An

vaſal-

vaſallus ob feudi illicitam alienationem ipſo jure privetur feudo ſuo, vel accedente Iudicis privante ſentẽtiâ? Ipſo a.Iure abſq; Iudicis privante ſententiâ vaſallum privari feudo illicitè alienato, Iuris authoritas apertè arguit: Cùm enim ipſa lex feudalis alienationem feudi abſque domini conſenſu prohibeat in *d. Tit. 24. §.ult. in fin. Tit. 52. §. ſi quis verò, & Tit. 55. §. 1. lib. 2. Feud.* Conſequens ei eſt, quòd ob eam alienationem vaſallus ipſo jure amittat feudum: Quod enim fit contra legis prohibitionem ipſo jure nullum eſt, *l. non dubium 5. C. de legib.*

Accedit quòd alienatum illicitè feudum reuerti liberè ad dominum dicitur in *d. Tit. 55. §. 1. verſ. callidis*, ibi, ad dominum liberè revertatur *lib. 2. Feud.* Nihil ergò ad hanc feudi amiſſionem privans ſententia judicis neceſſaria eſt. Adhæc in eodem *Tit. §. 1. verſ. callidis*, Imperator Fridericus per verbum præſentis temporis, Feudum, ait, AMITTANT, Non ergò expectanda eſt Iudicis ſententia. Præterea in *Tit. 44. lib. 2. Feud.* feudum inconſulto domino alienatum ipſi domino ob ſolam alienationem illam apertum dicitur. Quinetiam ad dominum pertinere dicitur hoc feudum in *d. Tit. 24. §. ult. lib. eod. Feud.* non igitur judicis hîc ſententiâ privante opus eſt. De-

eſt. Denique opinio hæc communi Dd. calculo recepta videtur, ut oſtendit Henric. à Roſenthal. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 2. in addit. ſub lit. A & cap. 10. concl. 41. num. 26.*

2 Nihil huic decerpit concluſioni textus in *Tit. 21. in princ. lib. 1. Feud.* ubi ICtus Feudiſta tradit, quòd vaſallus ſine cognitâ culpâ feudum non amittat. De ipsâ enim culpâ vaſalli conſtare primùm debet, antequam ipſe feudo privatus reverâ dicatur. Cognitâ autem eius culpâ, vel ex confeſſione ipſius propriâ, vel ex teſtimoniis aliorum, ipſo jure feudum amiſiſſe dicitur tempore commiſſæ culpæ, ita ut commoda feudalium prædiorum ad dominum pertineant ſtatim ex eodem tempore.

3 Quamvis autem ipſo jure feudum amittat vaſallus ob ſolam eius illicitam alienationem, attamen ante executionem, ſive poſſeſſionis avocationem Iudicis ſententia amiſſionis declarativa, ſive declaratoria deſideratur, ut volunt Dd. quos memorant, & ſequuntur Molinæ *conſ. 3. num. 6.* Andr. Gaill. *lib. 2. obſ. pract. obſ. 51.* Schrad. *tr. feud. part. 2. partis 9. principalis, ſect. 8. num. 47. & ſect. 9. num. 13. & ſeqq.* Ioann. Borcholt. *de feud. cap. 8. num. 157* Henric. à Roſenthal *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 2. in addit. ſub lit. E.* & Herman. Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. num. 57.*

Sita-

Si tamen illicita feudi alienatio ſit notoria 4
non requiritur declaratoria, ſive declarativa ſententia, ſed poteſt dominus avocare feudum non præcedente eiuſmodi ſententiâ, ut volunt, quos refert, & ſequitur Schrad. *tr. feud. ſupra dicto loco, num. 47. verſ. atque hac ſupradicta, & num. 49. verſ. niſi vel felonia* Tùm etiam Ioan. Borcholt *de feud. cap. 8. num. ult.*

Dicitur autem notoria feudi alienatio, 5
quando ea eſt facti permanentis, Andr. Gaill. *lib. 2. obſ. pract. obſ. 51. num. 8.* vel ut dilucidius id explicem, quando adeò notoria eſt feudi alienatio, ut conſtet, vaſallo nullam omninò defenſionem competere, ut alios ſequutus ſentit Schrad. *tr. feud. d. part. 2. partis 9. princ. ſect. 8. verſ. Atque hac ſupra dicta.*

Non deſunt, qui exiſtimant, quòd quando vaſallus ipſo jure ob culpam ſuam feudum amittit (putâ ex alienatione illicita) nõ opus ſit declaratoriâ judicis ſententiâ, ita alios referens ſentit, Hartm. Piſtor. *lib. 1. quaſt. iur. quaſt. 35. num. 12.* Sed hæc opinio catholica & univerſalis non eſt, ſed procedit tantùm in caſu jam adductæ limitationis, quando omninò eſt notorium, quòd vaſallo defenſio competat nulla.

Hinc quæritur, poſſitnè dominus hoc caſu 6
ꝓpriâ authoritate avocare à poſſeſſore feu-

dum etiã nõ præcedente declaratoriâ judicis ſententiâ? Affirmat Bald. *in c. caterùm, num. 4. Extr. de iudic.* Jaſon *conſ. 138, incip. viſo & diligenter, verſ. ſecundò principaliter moueor. vol. 1.* & alii quorum meminit Henric. à Roſenth. *d. concl. 2. in addit. ſub lit. F. & cap. 10. concl. 41.* Sed quò minus huic aſſiſtere poſſim opinioni, moveor textu *l. lex vectigali 31. verſ. item quæſiit*, ibi, & propterea pronunciatum eſſet, *ff. de pignor. & hypoth.* Vbi caſus proponitur, quo fundus vectigalis, ſive emphyteuticarius hâc lege, ſive pacto datus fuit, ut ſi poſt certum tempus vectigal ſive penſio non eſſet ſoluta, is fundus ad dominum redeat, licet in ſolutione vectigalis ſive canonis ceſſatum eſſet, judicis tamen pronunciationem deſiderari.

7 Confirmat eandem ſententiam textus in *l. 3. C. de pignor.* ubi Severus & Antoninus Impp. in hæc verba reſcripſerũt, Creditores, qui non redditâ ſibi pecuniâ, cõventionis legem ingreſſi poſſeſſionẽ exercent, vim quidẽ facere nõ videntur; attamẽ authoritate Præſidis poſſeſſionẽ adipiſci debent. Ecce caſus hîc proponitur, quo in pignore dando nominatim convenit inter creditorem, & debitorem, ut creditori liceret authoritate propriâ occupare prædium pignoratum, non ſolutâ pecu-

pecuniâ, nihilominus tamẽ prohibetur creditor, ſine Magiſtratus authoritate adipiſci poſſeſſionem prædii illius. Adhæc tuetur idem pronunciatum noſtrum textus *in l. extat. 13. ff. quod met. cauſ.* Vbi Calliſtratus ICtus diſertè docet, quòd nemo poſſit rem ſuam ab eius poſſeſſore abſque iudicis authoritate avocare. Quò accedit etiam text. *in l. ſi quis in tantam 7. C. unde vi.*

Denique patrocinium præſtat ſententiæ huic text. *in Tit. 57. quot teſtes ſunt neceſſarii, lib. 2. Feud.* eique inhæret Henric. à Roſenth. *de feud. cap. 10. concl. 41. num. 144. & ſeqq.* 8

Ex eo igitur, quòd feudum illicitè alienatum, ipſo jure ad dominum redit, non rectè infertur, quòd feudum hoc dominus propriâ authoritate, ſine judicis licentiâ repoſcere, & avocare poſſit ab eius poſſeſſore. Sine declaratoriâ quidem ſententiâ ipſo jure feudi jus ob eius illicitam alienationem ad dominum redit, at poſſeſſio huius feudi non revertitur ipſo jure ad dominum, ſed judicis authoritate recuperanda eſt, arg. *d. l. extat 13. ff. quod met. cauſ. d. l. 3. C. de pignor. & hypoth & d. l. ſi quis 7. C. unde vi.* 9

Non ergò vera putanda eſt opinio Hartmanni Piſtoris *d. quæſt. 35. num. 12.* quâ vult, quòd alienatum illicitè feudum ad priſtinam 10

ſuam formam, ad dominum per conſolidationem redeat, ſine ulteriori traditione, & adprehenſione. Cùm enim feudalis rei poſſeſſionem dominus tranſtulerit in vaſallum, atque ita poſſeſſione illâ ſe abdicaverit, *Tit. 1. §. 1. Tit 3. Tit. 10. & Tit. 12. lib. 1. Feud. & Tit. 8. §. ult. lib. 2. Feud.* haud rectè, nec verè poteſt dici, quòd poſſeſſio illa ipſo jure ad dominũ ſit reverſa, cùm poſſeſſio abſque adprehenſione non adquiratur, *l. 1 §. 1. & . § pen. l. 3. §. Neratius, ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* & quia aliud eſt feudum, aliud poſſeſſio rei feudalis, *Tit. 22. de milite vaſallo, qui contumax eſt, verſ. ſed ſi intra*, ibi & beneficium, & poſſeſſionem amittit, *lib. 2. Feud.* Sicuti aliud dominium rei, aliud poſſeſſio eiuſdem rei, nec ab illo ad hãc rectè argui poſſit, *l. naturaliter 12. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* Conſequens ei eſt, quòd licet utile, quod vocant dominium, ex illicitâ feudi alienatione cum directo conſolidetur dominio, non tamen ipſa rei feudalis poſſeſſio per conſolidationem ipſo jure, abſque licitâ apprehenſione judicis authoritate permiſsâ, ad dominum redit, quamvis Hartman. Piſtoris dicto loco id exiſtimet.

11 Cæterùm elegans eſt huius loci quæſtio, poſſitnè dominus cui feudum ob illicitã eius alienationem apertum fuit, propriâ authorita-

ritate avocare ab emptore malæ fidei poſſeſſore? Gloſſ. & Bald. videntur id affirmare in *d. Tit. 55. §. callidis lib. 2. Feud.* hoc argumento, quòd dominus feudi rem feudalem civiliter poſſideat, quâ in poſſeſſione cùm turbetur à malæ fidei emptore; quando ille feudum ſciens emit, domino alienationẽ ignorante, dominus ſuâ propriâ authoritate recuperare illud poſſit, per text. *in l. clam poſſidere 6. §. qui ad nundinas, ff. de adquir. vel amitt. poſſ.*

Sed quia haud verè dici poteſt, quòd dominus civiliter rem feudalem poſſideat, vaſſallus verò naturaliter, quippe cùm duo rem candẽ in ſolidum poſſidere nõ poſſint, unus civiliter, alius naturaliter, *l. ſi ut certo 5. §. ult. ff. commodati, l. 3. §. ex contrario, ff. de adquir. vel amitt. poſſ. l. duo 19. ff. de precario*, Cuiac. *lib. 9. obſ. cap. 37.* Ioann. Borcholt. *in comm. de adquir. poſſ. cap. 6. num. 18. & ſeqq.* non poteſt verum eſſe, quòd malæ fidei emptor feudi turbet dominum in civili eius poſſeſſione, cùm de eo qui non poſſidet, haud dici poſſit, quòd turbetur in poſſeſſione, *l. 1. §. interdictum autem 23. ff. de vi & vi armatâ*, & non entis nullæ ſint qualitates. Sabinus quidem & Trebatius putabant, duos eandem rem in ſolidum poſſidere poſſe, unum juſtè, alium injuſtè, 12

ordinari debeat in præſentiâ ſeptem teſtium ſimul junctorum, ſi tamen teſtis unus aut alter morbo contagioſo oppreſſus ſit, remittitur hæc teſtes iungendi neceſſitas, *l. caſus 8. C. de teſtam.* Licet quoque Sabbathum cuſtodiri præceptum ſit, ſine culpâ tamen in ſabbatho contra hoſtẽ pugnare permiſſum eſt, *d. c. quod non eſt, Extr. de Reg. iur.* & animal ex puteo extrahere, & infirmum ſanare, Luc. *14.* Aliud exemplum præclarum legimus Matth. *11.*

14 Secundò negativæ defenſionem promittit & hæc ratio, quòd alienatione prohibitâ, nõ cenſetur neceſſariâ alienatione cuiquam interdictum, *l. divus 5. in princ. verſ. causâ autem cognitâ, ff. de petit. hered. l. peto 69. §. prædium*, ubi Dd. *ff. de leg. 2. l. cum heredis 9. ff. de fideicomm. libert.*

15 Tertiò & ultimò pro negativâ propugnare videtur & illud, quòd ob famis neceſſitatem liberum eſt patri filium ſuum recens natum vendere, *l. 2. C. de patrib. qui filios diſtraxer.*

16 Verùm his nihil obſtantibus ſtatuendum, quod etiam ex alienatione feudi ob famis, nuditatis, aut æris alieni neceſſitatem factâ, domino aperiatur feudum, tùm per text. generalem in *Tit. 9. in princ. verſ. neceſſitate, lib. 2.*

poteſtatem alienandi feudum faceret, tenetur vel ipſemet feudum emere, vel permittere vaſallo facultatem vendendi feudum alii cuidam? Quidam hîc ſentiunt, quòd dominus cogi per ſuperiorem poſſit, ut alienationi conſentiat, quos refert Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 3. num. 8. & ibidem in addit. ſub lit.* G. Aliqui verò putant, quòd hoc caſu vaſallus, ſi dominus ipſemet emere nolit feudum, cuiuis alii eiuſdem vel melioris conditionis invito domino impunè vendere illud poſſit, modò emptor ad fidelitatem, & ſervitia præſtanda ſe offerat domino; Ita volunt, quos memorat Ioann. Borcholt. *cap. 8. num. 70.*

Sed reiectis hiſce opinionibus, eam inductus ſum in ſententiam, quòd vaſallus nec hoc caſu ſine domini conſenſu impunè vendere feudum poſſit; Tùm quia cum alienatione ideò interdictum eſt alicui, ne ei jus ſuum auferatur, tunc ne quidem ob neceſſitatis caſum diſſentiente eo, ad quem jus illud pertinet, alienatio eius permiſſa eſt, *d. l. peto 69. §. prædium ff. de legat. 2.* Quo confert text. *in l. inuitum 11. C. de contrah. empt. & vend l. nec emere 16. C. de iure delib.* Tùm quia nemo inuitus de ſuo alteri benefacere cogitur, *l. filiusfam. 8. §. inuitus, ff. de procuratorib. l. inuitus* 19

 17. C.

17. C. d. t. l. invitus nemo 156. in princ. ff. de Reg. Iur. §. mandatum non ſuſcipere, Inſt. de mandato, can. precariæ 10 quæſt. 2. nec debet unum altare detegi, ut aliud cõtegatur, arg. *l. aſſiduis 12. §. exceptis, ubi Dd. C. qui pot. in pign. hab. c. cum cauſam 36. Extr. de præbend.* Crauett. *conſ. 6. num. 86.* Tùm etiam quia pactum contractui, & traditioni rei adpoſitum, præcisè eſt ſervãdum, *l. legem 10. C. de pact.* etiamſi tacitè intelligatur adiectum, *l. 2. ff. de pact. & l. 3. ff. de reb. cred.* Sed feudum hâc lege cenſetur ab initio datum, ne inuito domino feudum alienetur, Curt. jun. *de feud. part. 4. num. 107. verſ. ſed quoniam, & patet, ex textu Tit. 24. §. ult. Tit. 44. Tit. 52. & Tit. 55. lib. 2. Feud.* quapropter non poteſt vaſallus inuito domino alienare feudum etiam in neceſſitatis caſu. Tùm quia ut vaſallus nõ multatur feudo ſuo, ſi æs alienum domini non ſolverit, etiamſi dominus de perjurio periclitetur, atque ita neceſſitas ſolvendi æs illud alienum ſuaſerit, *Tit. 26. §. licet vaſallus, verſ. inde quæſitum eſt, lib. 2. Feud.* Ita nec dominus in eiuſmodi neceſſitate ſubvenire vaſallo tenetur; ſiquidem dominus & vaſallus ad parem fidem & benevolentiam invicem obſtricti ſunt, *Tit. 6. in fin. in lib. 2. Feud.* Tùm quia vaſallus neque inſcio, neque invito domino alienare poteſt feu-

feudum ne quidem in neceſſitatis caſu, *d. Tit. 9. in princ. lib. 2. Feud.* Invitus autem dicitur non ſolùm, qui non conſentit, ſed & qui expreſſè contradicit, *d. l. filiusfam. 8. §. invitus, ff. de procuratorib.* Quapropter non poteſt vaſallus etiam in caſu neceſſitatis domino contradicente, & reluctante feudum ſuum alienare. Tùm quia ad licitam feudi alienationem duo requiruntur, unum ex parte vaſalli, petitio poteſtatis alienandi feudum. Alterum ex parte domini permiſſio ipſius, *Tit. 52. in princ. verſ. hortatu itaq;*, ibi, ſine ipſorum permiſſione, *& Tit. 55. in princ. verſ. habito ergò*, ibi, ſine permiſſione illius domini, *lib. 2. Feud.*

PERMISSIONIS autem vox liberam denotat permittentis voluntatē, ſicuti etiam arguit in eâ voce præpoſitio PER, *l. nec non 18. §. quod eius, ff. ex quib. cauſ. maiores, l. cum lis 25. §. 1. ff. de mort. cauſ. donat.* Et quod permittendum dicitur, nullâ cum neceſſitate conjunctum eſt, *l. non quidquid 40. in princ. ff. de iudic.* Non poteſt ergò vaſallus domino prohibēte, etiã in caſu neceſſitatis alienare. Tùm etiam, quia ad feudi alienationem juſtam voluntas domini requiritur, *Tit. 13. §. etſi clientulus*, ibi, ſine domini volũtate, & *Tit. 34. §. ſimiliter, lib. 2. Feud.* Voluntas autem ab omni 28

neceſ-

neceſſitate libera eſſe debet, *l. Thais 41. §. Lucius, 6. ff. de fideicom. libert.* Non poteſt ergò dominus cogi, ut vaſallo neceſſitate oppreſſo feudum alienare volenti, conſentiat. Tùm poſtremò quia vaſallus alienat feudum vel pro allodio ſuo, & re propriâ, vel pro feudo, ut in eo ſcil: alium vaſallum domino obtrudat, Priori caſu ideò alienatio etiam ob neceſſitatis cauſam fieri non poteſt invito domino; quia res feudalis proprietate domini eſt, non vaſalli, *Tit. 8. §. ult. & Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud.* Nemo autem jure poteſt rem alienam invito domino in alium transferre tanquã propriam & ut accipientis fiat, & domino auferatur, *d. l. invitum 11. C. de contrah. empt. & vend. l. id quod noſtrum 11. ff. de Reg. iur. l. ult. ff. de pact.* Poſteriori caſu alienatio feudi idcircò injuſta eſt, quia domino invito alius vaſallus obtrudi non poteſt alienationem feudi, ſed tantùm per ſubinfeudationem, *Tit. 34 §. ſimiliter lib. 2. Feud.* Bald. *in Tit. 55. in princ. verſ. quæro nunquid, ſi ex conſuetudine, lib. 2. Feud.*

Ludolph. quoque Schrad. *tr. feud. part. 8. cap. 1. num. 21.* disertè contradicit juris feudorum Interpretibus, qui ſentiunt, quòd dominus vaſallo propter famis neceſſitatem, vel aliam ſimilem cauſam feudum alienare volenti

lenti conſentire teneatur, quo non conſentiẽte integrum ſit vaſallo feudũ ſuum impunè vendere. Sunt & alii, qui idemquod Schraderus opinantur, quorum meminit Henric. à Roſenth. *d. cap. 9. concl. 3. in addit. ſub. lit.* I.

21 Pronunciato huic nihil decerpit, nihil itẽ contrariæ opinioni roboris adfert, quòd dominus vaſallo inopi alimenta præſtare tenetur, exemplo patroni, qui libertum ſuũ egenum alere cogitur, *l. ſi Patronus non aluerit 33. ff. de bon. libert.*. & argumentum à patrono ad dominum feudi, & à liberto ad vaſallum in jure probabile eſt, Everhart. *in Topic. legalib. in loco à liberto ad vaſallum.* Vaſallus enim qui commoda & fructus prædiorum feudalium percipit, inops dici non poteſt, & licet unius, aut alterius anni ſterilitas contigerit in prædiis feudalib. ut domini auxilio indigeat vaſallus, haud tamẽ inde ſequitur, quòd ipſe feudũ ſuum invito domino ob indigentiam ſuam alienare poſſit, & ab alimentis vaſallo præſtandis, ad ſolutionem æris alieni vaſalli non licet argumentari, cùm ALIMENTORVM appellatione non contineatur ſolutio æris alieni, arg. *l. legatis 6. ff. de alim. & cibar. legat. l. verbo victus 43. & ll. ſeqq. ff. de verb. ſign.*

Nihil

22 Nihil quoque officit concluſioni noſtræ, quòd cum emphyteuta ius ſuum emphyteuticum vendere intẽdit, licet id domino prius denunciare jubeatur, ut ſi is cupiat emere illud, aliis præferatur, attamen ſi dominus intra ſpacium duorum menſium ſuam non expoſuerit mentem, emphyteuta jus ſuum pro arbitrio alii vendere poſſit. *l. 2.* **C.** *de iure emphyteut.* Nihil inquam, id officit concluſioni noſtræ, Alia enim conditio eſt emphyteutæ, alia vaſalli, emphyteuta non ut vaſallus cogitur impetrare à domino alienandi licentiã, ſed tantùm ſuo domino facere notum, quòd velit jus ſuum vendere, & ipſi offerre emendi facultatem tenetur.

23 Cæterùm quia magnæ authoritatis ICti, inter quos etiam eſt Wurmbſer. *lib. pract. obſ. Tit. 30. obſ. 15. & 16.* Iacob. Menoch. *lib. 2. de arbitr. iud. cent. 2. caſu 182. num. 11. & ſeq.* Ioann. Borcholt. *de feud. cap. 8. num. 70.* eâ imbuti ſunt opinione, ut exiſtimẽt, quòd vaſallus, qui fame, aliavè neceſſitate magnâ premitur, ſi licentiam vendẽdi feudum petat à domino, is autem neque emere feudum, neque permittere facultatem vendẽdi illud velit, impunè alii eiuſdem, vel melioris conditionis vendere poſſit, modò emptor ad fidelitatem & ſervitia præſtanda ſe offerat domino,

mino. Mynſingerus quoque *cent. 6. obſ. 30. num. 5.* teſtatur, quòd in Camera Imperiali quæſtio hæc diſcuſſa ſit, & concluſum, ſi admodum urgens ſit neceſſitas, vaſallus feudum abſque domini licentiâ impunè vendere poſſit, licet ab alienatione illâ dominus Feudi diſſentiat: hoc ſolo caſu haud facilè ab eâ opinione in praxi deflectendum puto, ubi tamen conſideratio erit diligens, & accurata, ſitnè urgens neceſſitas, quæ prætenditur, quod ex vaſalli perſonâ, & neceſſitatis quantitate & qualitate cognoſci poteſt.

De hâc etiam quæſtione Doctores acutè 24 diſputant, & ſpeculantur in eam argutè, An vaſallus, ſi præſente, tacente, & non contradicente domino feudum alienet, ius ſuum feudale amittat, & feudum ex eâ alienatione ad dominum redeat? Negativa placet poſt alios Curtio Iun. *tr. de feud. part. 4. n. 137.* Mynſingero *cent. 4. obſ. 87. verſ. ſed tamen crebrius* Ioanni Borcholt *in comm. in uſus feud. cap. 8. num. 72.* Hermanno Vulteio *lib. 1. de feud. cap. 10 num. 64.* Henrico à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 29. num. 2.*

Sed aientem ſententiam veritati propiorem judico, Primò quia ad feudi alienationẽ juſſus domini requiritur *Tit. 21. §. ult.* ibi, ſine juſſu domini, *lib. 2. Feud.* Vbi ICtus Feudiſta,

diſta, ſi miles, ait, beneficium ſuum vendiderit ſine voluntate, vel juſſu domini ſui, beneficium amittat. Non ſatis fuit ICto dicere ſine voluntate, ſed addit vel juſſu, ut ſignificet, cõjecturatam voluntatem hîc non ſufficere, ſed eam deſiderari voluntatem, quæ juſſu declaretur. IVSSVS autem expreſſam denotat voluntatem, quæ ſpecialiter indicari debet, *l. ſi quis mihi bona 25. §. iuſſum, junct. § ſeq. ff. de adq. vel amitt. hered.* Expreſſus ergò deſideratur hîc conſenſus, tacitus ex præſentia domini collectus non ſufficit.

Id quod etiam manifeſtum evadit ex eo, quòd domini permiſſio ad feudi licitam alienationem exigitur *in Tit. 52. in prin. verſ. hortatu,* ibi, ſine ipſorum permiſſione diſtrahere, & *Tit. 55. in princ. verſ. habito ergò*, ibi, ſine permiſſione ipſius domini, *lib. 2. Feud.*

25 Verbo autem PERMITTERE denotatur non tacita voluntas, ſed ea voluntas, quæ evidentiſſimè, & clarè depromitur, uti præpoſitio PER in compoſito illo verbo arguit abundè *l. non quidquid 40. in princ. ff. de iudiciis, l. tam is, 25. §. 1. ff. de mort. cauſ. donat. & l. nec non 28. §. quod eius, ff. ex quib. cauſ. maior.*

26 Adhæc, ea feudi alienatio privat vaſallum feudo, quæ cum vaſalli culpâ conjuncta eſt, *d. Tit. 21. de feud. ſine culp. non amitt. lib. 1. Feud.*

& quâ

& quâ vaſallus, ipſum contemnit dominum, *d. Tit. 24. §. ult. lib. 2. Feud.* Maior autem vaſalli culpa eſt, & maior contemptus domini, ſi præſente domino feudum alienet ipſo nõ conſulto prius, quàm ſi eo abſente vendat feudum, Sola ergò præſentia domini, & taciturnitas eius non inducit conſenſum, qui deſideratur ad licitam feudi alienationem.

Præterea qui præſens eſt, & tacet, non 27 præſumitur ad incommodum ſuum conſentire, *l. filiusfam. 8. §. invitus, ff. de procurat. l. pen. ff. de furt.* Iaſon *in l. quæ dotis 33. num. 97. ff. ſolut. matrim.* Menoch. *lib. 2. de præſumpt. præſumpt. 74. num. 8 & lib. 3. præſumpt. 42. num. 10.* Cùm enim TACERE quoddam ſit medium inter conſentire, & contradicere, *l. qui tacet 142. ff. de Reg. Iur. c. is qui tacet*, ubi Dynus, *num. 1. & 5. Tit. de Reg. Iur. in 6.* taciturnitas certè pro domino feudi interpretanda eſt, qui tacet, non contra eum; quippe cùm nemo ſuum in diſpendium tacere præſumatur, per *l. cum de indebito 25. in princ. verſ. ſin verò, ff. de probat.*

Confert porrò eodem, quòd in jure interrogatus, ſi non reſpondeat, ſed taceat, pro 28 negante habetur, *l. de ætate 11. §. qui tacuit, ff. de interrogat. in iure faciend. & l. non ſolùm 39. in princ. ff. de procurat.* Quòd item cognatus vel affinis rogatus an pupillum defendere velit,

Pp ſi ta-

ſi taceat, negare videtur, quòd pupilli defenſionem ſuſcipere cupiat, *l. 5. §. ſi autem negent, ff. Quib. ex cauſis in poſſeſſ. eatur.*

29 Inſuper tuetur ſententiam hanc, quòd is, cui jus retractus competit, licet præſens adſit, quando prædium retractui obnoxium venditur, attamen retrahendi poteſtatem non amittit, Molinæ. *ad conſuetud. Paris. Tit. 1. §. 12. gl. 1. num. 9. 10. & 11. pag. 153.* Tiraquell. *de retract. part. 1. de retract. gentilitio, §. 1. gl. 9. numero 148. & ſeqq.*

30 In defenſionem pronunciati huius accedit & illud, quòd licet creditore præſente ac ſciente vendat debitor pignus, & creditor paſſus ſit venire illud, attamen non videatur conſentire in pignoris venditionem, *l. ſicut. 8. §. non videtur 15. ff. quib. mod. pignus vel hypoth. ſolvatur.*

31 Patrocinatur quoque enunciato huic, quòd non ſolùm domini, ſed & Reipub. intereſt, ne feudum abſque domini arbitrio alienetur, *Tit. 52. in princ. verſ. per multas enim, & Tit. 55. in princ. lib. 2. Feud.* Vbi autem Reipub. cōmodum ſpectatur, privatorum conventio abſque expreſſo conſenſu eorum, qui Reipub. loco adſunt, nihil operatur, *c. ea noſcitur. Extr. de his quæ fiunt à Prælatis, & l. ult. verſ. indefeſſa C. de vendend. reb. Civitatis lib. 11.*

Porrò

Porrò in tutelam concluſionis huius vocari poteſt & illud, quòd in re gravi, onerosâ, & magni præjudicii taciturnitas pro conſenſu non habetur, ſed expreſſus deſideratur conſenſus, Panorm. *in c. in cauſis, verſ. nota, Extr. de elect. & electi poteſtate*, Iaſon. *in l. quæ dotis 33, col. ult. ff. ſolut. matrim.* & alii, quos citat Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9. membr. 1. concluſ. 77. in addit. ſub lit.* K. 32

Accurrit in auxilium pronunciati huius, quòd vaſallus abſque licentiâ diſtrahere feudum prohibetur, *d. Tit. 52. §. hortatu*, ibi, nemini licere & *d. Tit. 55. §. callidis*, ibi, quam ſibi licere dicunt, *lib. 2. Feud.* Licentia autem ex ſententiâ Doctorum expreſſum requirit conſenſum, ut ſentiunt, quos citat Camerar. *in repetit. l. Imperialem. Tit. de prohib. feud. alien. per Frider. mihi pag. 527.* 33

Poſtremò amplecti videtur hanc, quam defendo ſententiam Bald. *in Tit. 5. §. preterea, lib. 1. Feud.* ubi cum ſolummodò hîc admittit tacitum domini conſenſum, qui ſubſcriptione, vel ſigilli adpoſitione declaratur. Probant eandem ſententiam omnes illi, qui hîc conſenſum domini requirunt expreſſum, Matth. de Afflict. *ad Tit. 52. num. 13. lib. 2. Feud.* Raynaud. *in Tit. 55. §. habito, num, 25. lib. eod. Feud.* ubi ſcribit, quòd præſens dominus, & conſcius pro conſentiente non habeatur,

Pp 2 cùm

cùm hîc agatur ſimul de præiudicio domini & Reipub. Eâdem ex cauſâ ſentit idem Iacobin.de S. Georgio *tr.de feud.in verb.* Et cùm pacto de non alienando, *num. 20.verſ.ſi verò dominus nedum ſcivit. pag. 45. fac. 2.* Hanc quoq; ſententiam potiorem ac veriorem putat Bartholom. Camerar. *in repetit. d.Tit.55.de prohib.feud.alien.per Frid.pag. 526. & ſeqq.*

34 Contraria opinio patronos nacta fuit celebres, quos retuli anteà, & vario firmari munimine videtur; proindè nobis diſpiciendum eſt, quid ſit cuique argumento eius opinionis deferendum. Primum contrariæ opinionis adfertur argumentum: Pignus in re alienâ conſtitui poteſt non modò expreſſo, ſed & tacito conſenſu domini rei illius alienæ *l.2.l.ſi hypothecas 8. C.de remiſſ.pign.* Ergò etiam tacitus domini cõſenſus ex præſentiâ & patientiâ illius præſumptus ſufficit ad feudi alienationem.

35 Secundò adducitur, quòd etiam tacito ex conſenſu domini præſumatur poſſeſſio rei in feudum datæ; ut quia per annum dominus aliquem, qui ſe vaſallum dicit, in poſſeſſione reliquit, *Tit.26.§.ult. lib. 1. Feud.*

36 Tertiò pro contrariâ opinione arguitur ex eo, quòd patientia ſine contradictione expreſsâ idem præſtet, quod conſenſus expreſ-

ſus,

ſus, *l. quidam 12. ff. de euict. l. ſi verò 12. § inde Papinianus, 8. ff. mandati. & l. ſi (ut proponis) 6. C. de rit. nupt.*

Quartò dicitur, quòd paria ſint conſenti- 37
re, & præſens eſſe, nec contradicere, *l. honores 7. §. ult. ff. de Decurionib.* His quatuor argumentis utitur Gloſſ. *in Tit. 52. in verb.* permiſſione *lib. 2. Feud.*

Quintò pro eâdem opinione contrariâ 38
Curt. Iun. *de feud. part. 4. num. 137. mihi pag. 466.* hoc diſputat argumento: Qui contradicendo actum impedire poteſt, ſi præſens ſit, & taceat, conſentire videtur, Gloſſa communiter adprobata *in l. Gaius 39. de pignorat. act.* Bart. & alii *in l. qua dotis 33. ff. ſolut. matrim.* Sed dominus contradicendo alienationi feudi poteſt eam impedire: Si ergò præſens ſit, & taceat, pro cōſentiēte habetur.

Cæterùm hæc quinque argumenta nihil 39
officiunt concluſioni noſtræ, quia accipienda ſunt de negociis, quæ nudo perficiuntur conſenſu, ſed feudi alienandi ius vaſallo non tribuitur, ſolo & nudo domini conſenſu, & voluntate, ſed domini juſſus, licentia, & permiſſio deſideratur, ut ſuprà oſtendi, qui juſſus, quæ licentia, & permiſſio claram, evidentem & expreſſam requirit voluntatem, ut ſimiliter expoſui ſuprà.

40 Sextò in tutelam contrariæ opinionis profertur & hoc argumentum: Qui certus eſt, amplius certificari non debet, *l. 1. in fin. ff. de actionib. empt. & vend.* Sed dominus, qui præſens videt alienari feudum, certus eſt de feudi diſtractione, Ergò ut aſſẽſus ipſius amplius petatur, neceſſum non eſt. At poteſt hîc eodem modo, quo anteà, reſpõderi, quòd ſcil: domini juſſus, permiſſio, & licentia ad feudi alienationem requiritur, & nudus non ſufficit hîc conſenſus.

41 Septimò opinioni cõtrariȩ patrocinantur quidam, & hâc ratione: Agnatorum conſenſus tacitus efficit, ut non poſſint revocare feudi alienationem ab agnato in alium factam, *Tit. 26. §. Titius filios habens, lib. 2. Feud.* Ergò & tacitus domini conſenſus ſufficit ad feudi alienationem, cùm, domini & vaſalli par conditio ſit, & ratio, *Tit. 6. §. ult. lib. 2. Feud.* At dilui argumentum hoc poteſt rectè, ſi dicamus, vaſallus quando inconſulto domino alienat feudum, dominum ſuum contemnere dicitur, & alienatio ipſo jure nulla eſt, *Tit. 24 §. ult. Tit. 52. & Tit. 55. lib. 2. Feud.* Sed vaſallus etiam inconſulto agnato ſuo ex domini permiſſu licitè poteſt alienare feudum: quod tamen agnatus proximus ab emptore precio reddito recuperare intra annum poteſt, *d. Tit. 26. §. Titius, lib. eod. Feud.*

Quod

Quod autem huiuſmodi alienatio non valere dicitur agnatis non conſentientibus in *Tit. 39. in princ. lib. 2. Feud.* non eo accipiendum eſt ſenſu, quaſi alienatio iſthæc ipſo jure nulla ſit, ſed quòd ipſi agnati non conſentiẽtes, precio reddito retrahere poſſint alienatum feudum, etiã vivo alienatore, ut arguit text. *in d. Tit. 26. §. Titius, lib. eod. Feud.* Hartman. Piſtor. *lib. 1. quæſtionum iuris, quæſt. 11. num. 11.* Non ergò commodè procedit hoc argumentum à tacito cõſenſu agnati, ad tacitum domini conſenſum.

42 Octavò profertur & hoc argumentum, quòd ad feudi præſcriptionem tacitus domini conſenſus ſufficiat, *Tit. 26. §. ſi quis per triginta, lib. 2. Feud.* Atqui à feudi præſcriptione ad alienationem eiuſdem non eſt commodum argumentum; Tùm quia certum eſt, quòd ad præſcriptionem jura non requirunt conſenſum verum & expreſſum, ſed ſolam patientiam, quæ tacitum inducit conſenſum, *l. alienationis verbum 28. in princ. ff. de Verb. ſign.* Sed ad feudi alienationem deſiderant jura cõſenſum verum, & expreſſum, ut anteà docui; Tùm etiam quia ad præſcriptionem præter patientiam, exigitur quoq; certum tempus, *d. Tit. 26. §. ſi quis per triginta, & Tit. 33. in princ. verſ. indè etiam dicitur, lib. 2. Feud. & l. 3. ff. de uſurp. & uſucap. cum ſimilib.*

43 Nonò Andr. de Iſernia *in Tit. 5. §. præterea, lib. 1. Feud.* pro negante ſententiâ tale nectit argumentum, Si frater fratri ſuccedit in feudum novum, quod frater vaſallus communi utriuſque pecuniâ à domino ſciente communem eſſe pecuniam comparavit, conſequens ei eſt, quòd feudum quoque præſente & non contradicente domino alienatum à vaſallo, non revertatur ad dominum. Sed verum prius, ut & volunt G. & Dd. *in Tit. 1. §. 2. verſ. ſin autem unus, & Tit. 20. lib. 1. Feud.* Verum igitur & poſterius, At reſpondendum eſt, ad hunc Syllogiſmum primò, quòd diverſa & ſeparata ſint ſucceſſio in feudum, & feudi alienatio, A diverſis autem nihil rectè infertur, *l. ult. ff. de Calumniatorib.* Deindè ſciẽdum, quòd ad hoc, ut frater fratri in feudum novum, communi pecuniâ emptum ſuccedat, nõ ſufficiat, ut dominus ſciat, communi fratrum pecuniâ feudum eſſe comparatum, ſed deſideretur & illud, ut feudum nomine utriuſque fratris ſit adquiſitum, ut item fratres illi unâ habitent, ſicuti indicat textus in *d. Tit. 20. de benef. fratr. lib. 1. Feud.* & poſt Alvarotũ, aliosq; ſentit Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 7. concluſ. 59. num. 6.* & docui in tractatu meo *de iure ſuccedendi in feudum, cap. 5. quæſt. 2.*

Deci-

Decimò opinioni contrariæ opitulari videtur, quòd licet ad alienationẽ rerũ Eccleſiaſticarum requiratur Capituli cõſenſus expreſſus in *c. 1. verſ. quia etiam Tit. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. & c. 1. Extr. de his, quæ fiunt à Prælato*, attamen *in c. 2. Extr. d. t.* ad alienationem rei Eccleſiaſticæ à ſolo Prælato factam ſufficere dicitur Capituli ſcientia & patientia. Hoc obſtaculum ut removeat Camerarius in repetit. *d. l. Imperialem, Tit. de prohib. feud. alien. per Frid. mihi pag. 532.* diſtinguit inter rei Eccleſiaſticæ modicitatem, & quæ magni eſt precii, verùm quia textus *in d. c. 2. Extr. de his, quæ fiunt à Prælato*, diſertè agit de alienatione rei Eccleſiaſticæ, quæ multi eſt valoris, putà decimæ, alia quærenda nobis eſt ſolutio, & diſtinguendum cum Gloſsâ ibidem inter alienationem rei Eccleſiaſticæ perpetuam, & temporalem alienationem. Illa non niſi interveniente expreſſo Capituli conſenſu fieri poteſt. In hâc verò ſufficit conſenſus tacitus, ſi Conventus ſciat fieri alienationem à Prælato, nec tamen ei contradicat. 44

Vndecimò tutamẽ adverſæ opinioni præſtare & illud quibuſdam videtur, quòd ubi in actu aliquo requiritur mandatum, ſi præſens ſit ille cuius nomine actus geritur, mand[illegible] 45

cenſeatur, Innocent. *in c. ex parte Decani, Extr. de reſcript.* Sed ratio hæc nihil adverſatur, Mandatum enim eſt actus qui non modò expreſſo, ſed & tacito perficitur conſenſu, putà præſentiâ eius, cuius nomine geritur negocium, *l. ſi remunerandi 6. §. ſi paſſus, l. qui patitur 18. l. qui fide 53. ff. mandati, & l. ſemper qui non prohibet 60. ff. de Reg. iur.*

46 Duodecimò adducitur & illud, quòd prorogatâ iuriſdictione Epiſcopo præſente, & non contradicente, Epiſcopus pro conſentiente habeatur, Abbas *in c. ſignificaſti, Extr. de foro competenti*, Ioann. Andr. Anton. de Butrio, & alii in *c. pen. Extr. de offic. deleg.* At reſpondendum, quòd prorogatio iuriſdictionis fieri poteſt etiā tacito conſenſu, non ſolùm partis litigantis, *l. 2. in princ. ff. de iudic.* Sed & Iudicis, Sichard. *in l. 1. num 5. de iuriſd.* & ibid. Salicet. qui ſcribit, quòd taciturnitas Iudicis pro conſenſu habeatur in iuriſdictionis prorogatione, docui idem tract. meo de iuriſd. cap. 7. num. 37.

47 Decimotertiò adfertur, quòd ſi requirat ſtatutum, ut aliquid fiat cum conſenſu quorundam, præſentia & taciturnitas ipſorum pro conſenſu habeatur, Gloſſ. & Angel. *in l. 1. §. Marcellus, ff. ſi cui plus, quàm per legem Falcidiam.* Sed negocium id nobis facit nullum.

Non

Non enim ad feudi alienationem ſolus & nudus requiritur conſenſus domini, ſed eiuſmodi cōſenſus, qui per juſſum, per licētiam, & permiſſionem expreſsè declaratur, ut ſuprà expoſui.

Decimoquartò objectatur & hoc, quòd 48
ſi pecunia mutua datur Syndico præſente Civitate, ex tacito conſenſu Civitas obligatur, Bart. *in l. Civitas 27. num. 8. verſ. item hoc habet, ff. ſi cert. petat.* Verùm reſponderi poteſt, quòd ad pecuniam mutuam accipiendam mandatum alicui dari poteſt, *l. idemq́ 10. §. idem Papinianus 5. & l. ſi quis 27. §. ult. ff. mandati*, Ad mandatum autem contrahendum tacitus ſufficit conſenſus domini mandantis, qui conſenſus etiam præſentiâ & patientiâ domini declaratur, ut oſtendi in reſponſione ad argumentum undecimum. Sed feudi alienatio fieri non poteſt abſque domini expreſſo conſenſu, ut anteà oſtendi.

Poſtremò etſi dominus non poſſit de feu- 49
do paterno aliquem inveſtire, niſi conſentiat agnatus, qui ſuccedere in feudum poteſt *Tit. 5. §. præterea, lib. 1. Feud. & Tit. 39. in princ. lib. 2. Feud.* ſi tamen ipſa inveſtitio fiat agnato ipſo præſente, & non contradicente, efficax eſt inveſtitura, ut tradit Gloſſ. & Andr. de Iſern. dicto loco. Poteſt ergò vaſallus li-

citè

citè vendere feudum, ſi venditio fiat præſente & non contradicente domino. At reſpondendum, quòd non valeat argumētum ab agnato tacitè in inveſtituram cōſentiente, ad dominum, cùm illius juſſus, licentia, & permiſſio, non tacitus conſenſus ad feudi alienationem requiratur, ut ſuprà docui.

50 Etſi verò tacitus domini conſenſus, ut qui ex præſentia, & taciturnitate domini præſumitur, ad licitam feudi alienationem non ſufficiat, ſi tamen dominus inſtrumēto contractus, quo alienatur feudum, vel ſubſcribat, vel ſigillum ſuum adponat, non ex errore, ſed ex certâ ſcientiâ, non ut teſtis, ipſo facto ſuo proprio in alienationem conſentire intelligitur, Bald. *in Tit. 5. §. præterea, lib. 1. Feud.* Quò facit text. *in l. Publia. 26. §. ult. ff. depoſiti, l. ſicut, 8. §. non videtur 15. & l. ſeq. §. Titius. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. & l. ult. C. plus valere quod agitur*, per quos textus idē ſentit Schrad. *tr. feud. part. 8. cap. 5. num. 8.*

51 Quòd ſi plures ſint domini eiuſdem feudi, quæritur an omnium conſenſus in feudi alienatione ſit neceſſarius? Affirmativa juri conſona putari debet, arg. *Tit. 38. de vaſall. qui contr. Conſtit. Loth. benef. alien. lib. 2. Feud.* & ſentiunt ita Feudiſtæ *in Tit. 26. §. omnes filii, lib. eod. Feud.* Henric. à Roſenth. *tr. feud. cap. 9.*

membr.

membr. 1. concl. 30. num. 1. & Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 62.* Qui tradunt, quòd ſi unius ex dominis conſenſus omiſſus ſit, alienatio feudi pro portione illius non valeat. Quò pertinet vulgatum illud, quod omnes tangit, ab omnibus adprobari debet.

Eſt autem ingens inter Dd. certamen de eo, ſi duo adſint domini, ſuperior & inferior, quod fit in ſubvaſallo, & ſubvaſallus alienare cupiat feudum ſuum, an utriuſque domini, vel unius, & cuius conſenſum explorare debeat? Hanc quæſtionem diligenter, & accuratè tractavi & expedivi ſuprà ſub cap. præcedente.

De hâc etiam quæſtione haud immeritò dubitatur, an vaſallus impunè poſſit alienare feudum hâc ſub conditione, ſi dominus conſenſerit, vel ſi domino placuerit, maximè ſi inſuper addatur conditioni eiuſmodi, ne aliter, nec alio modo valeat alienatio? Sunt quibus negativa placet, in quorum numero Iaſon *in l. non ſolùm 8. §. morte eius, num. 23. ff. de oper. novi nunciat.* Alciat. *reſponſ. 753. num. 1.* Decius *conſ. 160. num. 4. verſ. ſed iſta limitatio.* 52

Atq; hæc ſententia robur ex eo capere videtur, quòd proteſtatio, quæ non pendet à voluntate proteſtantis, ſed ex diſpoſitione legis, vel conſenſu alterius, putà domini, qui-

quibuſcunque etiam verbis concepta fuerit, nihil operatur, Bart. *in d. l. non ſolum 8. §. morte eius ff. de oper. novi nunciat.* Accedit eòdem, quòd proteſtatio in præjudicialibus nihil valet, quodque verba, non aliter, nec alio modo, nihil ad cautelam proſunt, Gloſſ. *in l. ſiquidem 9. &* ibi Bald. *C. de except.* Idem Bald. *in c. ult. col. 9. verſ. advocati dicunt, Extr. de confeſſis* quòd nec verborum artes, aut ſimulatæ proteſtationes in re factæ proficiunt, Bald. *in c. ult. Extr. de confeſſis, & in c. unic. col. 14. verſ. primùm quæro C. d. tit.*

54 Non deſunt etiam quibus aiens opinio arridet, inter quos etiam eſt Menoch. *conſ. 38. num. 12. & ſeq. lib. 1.* Cephal. *conſ. 223. num. 38.* Ioann. Borcholt. *in cõm. in conſuetud. feud. cap. 8. num. 82.* & alii alibi. Et horum opinio nec mihi diſplicet. Tùm quia eâ tantùm alienatione, quâ dominus contemnitur, feudum amittitur, & ad dominum revertitur, *Tit. 24. §. ult. lib. 2. Feud.* Sed quando hâc expreſsâ pactione ſive conditione feudum alienatur, dominus non contemnitur, ut in cuius arbitrium alienatio feudi confertur, *l. hac venditio 7. in princ. verſ. nam ſi arbitrium, ff. de contrab. empt. & vend.* Ergò hoc caſu alienatio feudi nullum vaſallo damnum adfert.

Tùm

Tùm quia alienatio quæ in tertii arbitrium confertur, non habetur pro alienatione, ſi tertius ille arbitrium ſuum accómodare neget, *l. ult. C. de contrab. empt. & vend. §. ſed & certum eſſe precium, Inſtit. de empt. & vend.* Quò pertinet etiam text. *in d. l. hac venditio 7. in princ. ff. de contrab. empt. & vend.* ubi dicitur, quòd venditio conditionalis tunc perficiatur, cum ea impleta fuerit. Confert eòdem *l. qui Romæ 122. §. Agerius*, ibi, ſi conditio non extitiſſet, ſtipulationem non eſſe commiſſam, *ff. de verb. oblig. & l. pecuniam 36.* ibi, perindè eſt enim ac ſi nulla ſtipulatio interveniſſet, *ff, de reb. cred. l. neceſſario 8. in princ. verſ. quod ſi ſub conditione*, ibi, ſi defecerit conditio, nulla eſt emptio *ff. de peric. & commod. rei vend. l. ſi quis ſub conditione 8. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtam. ab inteſt. vel alio modo poßid. hered.* Tùm poſtremò quia hâc alienatione, licet per eã poſſeſſio rei feudalis transferatur ad accipienté, attamen vaſallus ius utendi fruendi nó amittit, domino non adprobante alienationem, argum. *l. 4. iunct. l. 5. ff. de in diem addict. l. ſi hominem 19. ff. de uſurpat. & uſucap.* Quando autẽ vaſallus ex alienatione nõ amittit rei feudalis fructus, nec ipſo feudo exuitur, ut arguit *Tit. 52. in princ. verſ. 1. & Tit. 55. in princ. verſ. 1. lib. 2. Feud.*

Nihil

Nihil huic ſententiæ noſtræ decerpunt a gumenta, quæ negan ti opinioni patrocina videntur, adducta, procedunt enim quand proteſtantis voluntas & conſenſus non con fertur expreſsè & nominatim in arbitriun & conſenſum cuiuſdam tertii, à quo pende Quoties verò aliquis ſuam voluntatem expreſsè confert in tertii cuiusdam arbitrium tunc præſens nondum eſt ipſius conſenſus, ut etiam ex notiſſimo hoc evincitur exemplo: Si filius, aut filiafam. hâc condition & proteſtatione matrimonium contrahat Accipio te in uxorem, ſi pater meus conſen ſerit, *c. ſuper eo, & c. ſeq.* ubi Cuiac. & ali *Extr. de condit. adpoſitis.*

Deficiente ergò vaſalli conſenſu præſente, haud verè dici poteſt, quòd ipſe alienaverit feudum, antequam domini conſenſus acceſſerit.

ſ 4 Eſt & illa huius loci quæſtio anceps; An feudi alienatio inconſulto domino facta, ſit damnoſa vaſallo, ſi per eam melior efficiatur domini conditio? Vt ſi vaſallus filios habens feudi ſucceſſores, vendat feudum ſuum alii, qui caret prole, quo ſine filiis poſteà moriente feudum revertitur ad dominum: Aut ſi vaſallus juvenis feudum ſuum vendat alii decrepitę ætatis viro, non habenti filios: Aut vaſal-

Aut vaſallus ſuum feudum ſterile permutet cum prædiis fertilibus eiuſdem magnitudinis, Huiuſmodi aliquo caſu feudi alienationem non eſſe vaſallo damnoſam; arbitrantur plerique, quos refert, & ſequitur Petr. Duennas tr. *Reg. iur. reg. 40 limit. 8.*

At contrarium ſentit Bartholom. Camerar. *in repet. l. Imperialem, Tit. 55. de prohib. feud. alien. per Frid. pag. 15. & ſeqq.* & Ioann. Borcholt *in comm. in conſuetud. feud. cap. 8. num. 78.* Et horum ſententiam juris Feudalis authoritati magis conſonā arbitror, Tùm quia ſi alienatio eiuſmodi vires haberet, validitas eius penderet à tacitâ domini voluntate. Sed domini tacita voluntas non ſufficit ad feudi alienationem, ut ſuprà docui; Ergò &c. Tùm quia nō ſolùm ad domini commodum conſervandum, ſine eius conſenſu feudum alienari prohibetur, ſed etiam ad Imperii honorem, & dignitatem retinēdam, *Tit. 52. in princ.* ibi, ad dignitatem Imperii, item ibi, ad honorem Imperii, *lib. 2. Feud.* Non ergò tacitus domini conſenſus, qui ex eo præſumitur, quòd conditio ipſius melior efficitur, ſufficit ad feudi alienationem: Tùm etiam quia non redditur domini conditio melior, ſed deterior, quando vaſallus domino ignoranti & non conſentienti alium vaſallum obtrudit.

trudit. Tùm poſtremò quia uſusfructuarius, cui ſimilis eſt vaſallus, *Tit. 23. in fin. lib. 2. feud.* non poteſt inconſultò proprietatis domino, jure ſuo, & propriâ facultate prædium fructuarium mutando, & novum faciendo efficere melius, *l. uſufructu 7. §. ult. junct. l. ſeq. l. uſufructuarius 44. ff. de uſufructu.*

55 Poteſt quidem vaſallus domini conditionem facere meliorem, ſed in prædiis feudalibus quæ poſſidet, non etiam alienando ea, *Tit. 8. §. è contrario. lib. 2. Feud.* Invito domino non poteſt vaſallus feudum alienando in meliorem transferre dominum, Ferdinād. Vaſq. *lib. 1. controverſ. illuſtr. cap. 5.* Alienādo inquam, ſecus verò eſt, ſi de feudo ſuo ſubinveſtire alium velit, *Tit. 34. §. ſimiliter nec vaſallus, lib. 2. Feud.*

56 Cùm autem feudum illicitè alienatum ad dominum ipſo jure liberè revertatur, ut ſuprà oſtenſum ex *d. Tit. 55. §. callidis, lib. 2. Feud.* conſequens ei eſt, quòd dominus vindicare illud poſſit à quocunque poſſeſſore in rem actione, cùm hæc actio domino contra poſſeſſorē jure competat, *l. in rem actio 23. in princ. ff. de rei vind.* Atque hæc eſt communis Feudiſtarum ſententia, quos allegat Roſenthal *de feud. cap. 9. membr. 1. concl. 2. in addit. ſub lit. B.*

Sed

Sed Frideric. Schenck Baro *ad Tit. 20. de controverſ. int. dom. & vaſ. lib. 2. Feud.* exiſtimat, quòd condictio quoque ex lege hîc locum habeat, ex lege ſcil: Friderici Imp. *in d. Tit. 55. lib. eod. Feud. iunct. l. vnic. ff. de condict. ex leg.* quam ſententiam admitto, ſi dominus rem feudalem condicat, nō ut ſuam, per text. *in §. ſic itaque diſcretis, Inſt. de actionib.* Cuiac. *in lib. 21. quaſtion. Papin. pag. 331. col. 1.* videndus quoque Donell. *in l. certi 9. §. competit, ff. de reb. cred.*

Pertinet & illud ad effectum illicitæ alienationis feudi, quòd vaſallus alienator venditi feudi precio carere jubetur, *Tit. 24. in fin.* ibi, ut precio ſe cariturum agnoſcat *Tit. 52. §. ſi quis vero*, ibi, precio ad beneficio ſe cariturum agnoſcat. *lib. 2. Feud.* 57

Sed quæritur poſſitnè emptor amiſſi precii nomine adverſus vaſallum venditorem actione empti venditi experiri, ad recuperandum ſolutum precium? Diſtinguendum hîc eſt inter bonæ & malæ fidei emptorem. Bonæ fidei emptor, ut qui ignoravit feudum eſſe, repetit à vaſallo datum precium actione ex empto, textus eſt in *Tit. 55. verſ. non autem*, ibi, emptori bonæ fidei ex empto actione de precio contra venditorem competere, *lib. 2. Feud.* Sic & allodio alieno vendito, & evicto 58

ipſi emptori, poteſt emptor precium repetere à venditore, ſi bonâ fide emerit, *l. ex empto 11. §. qui autem, ff. de action. empt. vend.* Facit quoque huc, quòd ille non cõtemnit militarem diſciplinam, qui ignoravit eſſe militem, cui prædium locavit, *l. ſi ignorans, 50 ff. locati.* Præter precium poteſt emptor bonæ fidei à vaſallo venditore etiam id quod intereſt petere, *per l. empti actio 21. C. de evict. l. ſi in venditione 60. & l. evicta re 7. ff. d. t.*

Malæ fidei emptor feudi precium non poteſt repetere à vaſallo venditore feudi, Tùm quia Feudorum quoq; jura permittunt emptori ſolùm bonæ fidei repetitionem precii; cui conſequens quòd denegent malæ fidei emptori facultatem repetendi precium, argumento à naturâ contrariorum, quorum uno poſito, alterũ removetur, Nicol. Everh. *in loco à contrariis, num. 10. & ſeq.* Tùm etiam quia malæ fidei emptor nec jure Communi repetit datum precium, *l. pen. & ult. C. de reſcind. vend. l. ſi debitor 7. ff. quæ in fraud. credit. l. pen. C. de his quæ vi metuſvè cauſa, l. 1. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. l. ult. C. de litigioſis, l. 1. C. de prædiis Decurion. l. ult. C. de fund. rei privat. l. quemadmodum 7. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Quapropter cùm Feudorum jure cautum non inveniatur quòd malæ fidei emptor ſolutum

lutum precium repetere poſſit, ſequimur meritò ius commune, per text, *in Tit. 1. §. 1. verſ. ſtrenuus autem, lib. 2. Feud.* Tùm poſtremò, quia cùm ſciens prudenſq; emptor feudi contra Leges Feudorum mercatus ſit, indignus eſt propter aſtutiam ſuam qui recipiat precium, cuius dominium in venditorem tranſtulit, arg. *l. ſi quis 7. §. ult. ff. qui & à quib. manumiſſi liberi non ſiunt.*

Non obloquitur cõcluſioni huic text. *in l. ſi fundum 27. C. de evict.* Eſt enim de emptione rei non prohibitæ alienari, & quidem de caſu, quo venditor ex pacto emptori malæ fidei de evictione tenetur, Neq; obſtat *l. pen. & ult. C. communia de legat. & fideicom.* Textus enim illi agunt de eo, qui ſciens emit rem ſub conditione alii legatam, quâ cõditione pendente res ea heredis eſt vendentis, non legatarii, Cùm ergò fieri poſſit, ut conditio non impleatur, non poteſt res ea omninò aliena cenſeri, Baldvinus *in Iuſtiniano pag. 331.* videndus quoque hâc de re Donell. *ad d. l. ſi fundum 29. C. de evict.* Weſemb. tamen *de feud. cap. 11. num. 2.* autumat, præter rationẽ conſtitutum eſſe, ut emptor malæ fidei ſoluto precio feudi multetur, hâc ratiõe, quòd rem alienam emere liceat, *l. rem alienam 28. ff. de contrah. empt. & vend.* Sed ea lex non eſt de malæ fidei emptore alienæ rei. 19

Cæterùm quæſtionis eſt, an precium à malæ fidei emptore feudi ſolutum, ipſi domino, vel Fiſco adplicari debeat? Hotom. *ad Tit. 52. in verb.* precio cariturum, *in fin. lib. 2. Feud.* ſentit domino feudi adjudicandum eſſe precium illud, hoc argumento, quòd ipſum feudum ex hâc culpâ amiſſum ad dominum pertineat. At alii Feudorum Interpretes, inter quos etiam eſt Frider. Schenck Baro *ad Tit. 51. in princ. num. 8. lib. 2. Feud.* & alii, quos citat Henric. à Roſenth. *de feud. cap. 9. membr. 1. concl. 1. in addit. ſub lit. N.* ſentiunt Fiſco adjudicandum eſſe hoc precium, & rectè quidem, per text. *in l. . ſenatus 52. ff. de contrah. empt. & uend. l. ult. C. de litigioſis, & l. aufertur 46. §. quod à præſide 2. ff. de iure Fiſci.*

Eſt denique & hic illicitæ feudi alienationis effectus, quòd etiam Notarius ſive ſcriba, qui de hâc alienatione ſciens inſtrumentum confecit, officio ſuo privatur, & cum infamiæ periculo manum amittit *d. Tit. 52. §. Notarium verò, & Tit. 55. §. ſcriba verò, lib. 2. Feud.* ut ſcilicet quâ parte corporis delinquit, eâdem etiam multetur, juxta textum *in l. 3. C. de ſerv. fugit.* Atque hæc pœna à jure Communi non eſt aliena ut patet ex *Novell. 17. & 42. cap. 1. in fin.*

SEX-

SEXTUS

Tractatus,

De

AMISSIONE FEVDI EX CVLPA vaſalli, in alium Quàm dominum commiſſâ.

SUMMARIA.

1. Vaſallus interficiens fratrem ſuum vel fratris filium, exuitur feudo, Quod ampliatur num. 25. & 26.

2-3. 4. 5. & 6. Declaratur an hæc ſententia ſimpliciter procedat, vel num requiratur, ut fratricidium totius hereditatis, ſive feudi obtinendi cauſâ factum ſit?

7. Verba generalia declarantur à verbis ſpecialibus.

8. Diſpoſitio limitata extra terminos non extendenda.

9. Diſpoſitio generalis, dubia, & obſcura dilucidatur per ſpecialem, claram, & apertam.

10. Diſpoſitio ſpecialis derogat generali.

11. Generalitas ad veriſimilia adſtringenda.

12. Pœnalia non ſunt extendenda.

13. Diſpoſitum generaliter, de quolibet caſu ſpeciali cautum intelligitur.

14. Varia Dd. conciliatio textus in Tit. 5. §. item ſi fratrem. lib. 1. Feud. Et in Tit. 24. §. denique lib. 2. Feud. cum textu in Tit. 37. in princ. lib. eod.

15. Cauſæ privationis feudi comparantur cauſis exheredationis, & revocandæ donationis.

16. 17. 18. 19. 20. & 21. An ob quodlibet parricidium vaſallus privetur feudo?

22. Amittatnè vaſallus feudum, ſi patrem ſuum ſpiritualem, putà compatrem vel commatrem interfecit?

23. Vaſallus interficiens Epiſcopum aut Superintendentem ſuum, non perdit feudum.

24. Quid ſi trucidet ſubditum ſuum, privandus nè feudo ſuo?

27. Vtrùm vaſallus excidat feudo, ſi dolosè & iniuſtè fratrem ſuum, aut eius filium captivum detinuit, ad hoc, ut ſolus feudum habeat?

28. Quæ ſit ratio, quare vaſallus fratrem domini interficiens, non privetur feudo?

29. Vaſallus in Domini contumeliam & odium fratrem eius occidens, jure amittit feudum.

30. Vndè conſtare poſſit, quòd vaſallus in Domini contumeliam & odium interfecerit fratrem eius.

31. An in dubio cenſeatur in domini contumeliam vel odium vergere injuria, fratri ipſius domini illata?

32. & 34.

32. & 34. Vaſallus tradens convaſallum, h.e. verſutiis, technis & dolis occaſionem aliis præbens ut occidatur, cadit feudo ſuo.

33. Vocula HOMO in Tit. 37. lib. 2. Feud. Significat convaſallum.

35. Vocis FELONIÆ propria ſignificatio.

36. Dictionis VT denotatio.

37. Infamia vaſalli an ſit cauſa privationis feudi. vid. item in num. 54.

38. Vaſallus proditor non perdit feudum ob cuiusvis hominis traditionem.

39. Priveturnè feudo vaſallus ob inceſtum commiſſum?

40. & 41. Proponuntur affirmativæ aſſertionis rationes.

42. 43. 44. 45. & 46. Referuntur negantis pronunciati argumenta.

47. Reiicitur opinio Rittershuſii, exiſtimantis, inceſtum eſſe crimen feudale, privatione feudi dignum. vid. item in num. 59.

48. 49. & 50. Refutant argumenta pro affirmativâ præcedentis quæſtionis adducta.

51. Sicuti in milite delictum aliud eſt militare, aliud commune, ita in vaſallo delictum aliud eſt feudale, aliud commune.

52. An Dominus contra vaſallum inceſtuoſum coram paribus ad feudi privationem civiliter agere poſſit, licet ipſe criminaliter non ſit damnatus?

53. Oſtenditur error Baldi, Alvaroti & aliorum opinantium, vaſallum inceſtuoſum ipſo jure privari feudo.

55. Vtrùm vaſallus ob quemlibet inceſtum privari poſſit feudo?

56. & 57. Inceſtus Iuris naturæ, ſive Gentium quinam dicatur, Et qui Iuris Civilis.

58. Conſtitutio Iuſtinianea in Novella 12. cap. 2.

intelligenda de inceſtu Iuris naturæ ſive Gentium.

59. Committaturnè inceſtus contra Ius Divinum, inter duorum fratrum vel ſororum liberos?

60. Matrimonium inter conſobrinos, & duorum fratrum filios, neque Iure Divino neque Civili reperitur prohibitum.

61. Iure Canonum inter cognatos prohibita eſt matrimonialis conjunctio uſque ad quartum gradum.

62. An Iuſtinianeum Ius in d. Novella 12. cap. 1. & Auth. inceſtus. C. de inceſt. & inutilib. nupt. correctum ſit per Ius Canonicum in c. non debet, Extr. de conſang. & affinit.

63. Vtrùm vaſallus ob inceſtum feudo privatus, & poſteà Principis indulgentiâ reſtitutus, feudum recuperet?

64. 65. & 66. Ponuntur negantis ſententiæ fundamenta.

67. 68. 69. & 72. Recenſentur aientis concluſionis rationes.

70. & 71. Solvuntur argumenta quæ defendere videntur negatiuam prædictæ quæſtionis.

73. 74. 75. & 76. Num vaſallus ob adulterium vel ſtuprum extraneæ perſonæ illatum, cadat feudo ſuo?

77. Amittatnè feudum vaſallus ob crimen læſæ Maieſtatis perpetratum.

78. Crimen Maieſtatis in aliâ quàm Domini perſonâ commiſſum, non connumeratur cauſis amittendi feudum.

79. 80. & 81. Num committatur feudum, ſi vaſallus ſibi ipſi mortem conſciverit.

82. Agnati non privantur ſucceſſione feudi, ex culpâ vaſalli in alium quàm Dominum commiſsâ.

83. & 84. Vaſalli ſævitia in ſubditos feudales. Item coitus cum uxore, nuru, filiâ, nepte ex filio, ſorore, matre domini, non rectè connumerantur ſpeciebus culpæ in alium quàm Dominum feudi commiſſæ.

HActenus qualiter feudum ob illicitam eius alienationem amittatur, ſatis enucleatum puto. Dicendum nunc de feudi amiſſione ex vaſalli culpâ in alium, quàm dominum commiſsâ.

HVius generis culpa eſt quam committit Vaſallus interficiẽdo fratrem ſuum, ut disertè arguit textus in *Tit. 5. Quib. mod. feud. amittatur. verſ. Item ſi fratrem ſuum. lib. 1. Feud.* Text. item in *Tit. 24. Quæ fuit prima cauſa amittendi Feud. §. denique verſ. ſi verò non in dominum. & Tit. 37. An ille qui fratrem domini ſui interfecit, feudum ſuum amittat, in princ. lib. 2. feud.* Idem diſpoſitum legimus de Vaſallo necante fratris ſui filium, *d. Tit. 5. §. Itẽ ſi fratrem. lib. 1. Feud.* Circa utrumque pronunciatum 1.

hoc,

lum ob fratris ſui cædem privari feudo ſuo, ſi vel avaritiæ ſiti; vel alio quodam, palamq; improbo mentis conſilio, in fratris viſcera ferrum ſceleratus ſtringat, ut ſcilicet funeſtam eius hereditatem, ceu cadaver aliquod, rapax vultur invadat.

Poſteriorem intellectum generalem ſuadere videntur text. generales in *d. Tit. 5. §. item*, ibi, ſi fratrem ſuum occiderit, *lib. 1. feud.* & *d. tit. 24. §. denique, Verſ. ſi verò*, ibi, ſicut ille qui fratrem ſuum interfecit, feudum amittit. *lib. 2. feud.* qui neuter locus intentionis illius nefariæ ullo verbo meminit. 5

Vt autem priori ſententiæ textus juris feudalis ſatis clarus aſſiſtit, ſic & rationes aliquot patrocinium eidem præſtare videntur. Quarum prima hæc eſt. Quòd in toto jure generi per ſpeciem derogatur, & illud potiſſimùm habetur, quod ad ſpeciem directum eſt. *l. in toto iure 81.* ubi eleganter Cagnol. *n. 4. & ſeqq.* de ſpeciali & generali diſpoſitione diſſerit. *ff. de Reg. iur. & c. Generi Tit. de Reg. iur. in 6.* Cùm ergò de propoſitâ quęſtione ſpecialis ſit textus in *d. Tit. 37. in princ. lib. 2. Feud.* generalis verò in *d. Tit. 5. lib. 1. Feud. & d. Tit. 24. §. Denique lib. 2. Feud.* dicendum videtur, ſpecialem illum textum intellectum præbere textui illi generali. 6

Secun-

7 Secunda ratio hæc dici poteſt, quòd verba generalia declarationem accipiunt à verbis ſpecialibus Bald. *in l. Coheredi 41. §. Qui diſcretus, 4. ff. de vulg. & Pup. ſubſt. & in l. legatorum petitio 33. §. 1. in fin. ff. de Legat. 2.* Bart. in *l. ſed etſi adiiciatur 13. ff. pro ſocio & in l. ult. §. cui dulcia ff. de Tritic. uin. & oleo legat.* Menoch. *conſ. 368. n. 17. vol. 4.* Generale ergo jus in *d. Tit. 5. & d. tit. 24. §. Denique*, declarationem capere, ex d. Tit. 37. dicendum videtur.

8 Tertia ratio illa eſt, quòd diſpoſitio limitata, qualis eſt in *d. Tit. 37. in princ. lib. 2. feud.* intelligi debet limitatè, nec extra terminos ſuos extendi, *l. 2. ff. de his qui in teſtamento delentur. l. in agris 16. ff. de adquir. rer. dom.* Tiraquell. *tract. Ceſſante cauſa, part. 1. n. 142.*

9 Quarta ratio hæc eſſe poteſt, quòd diſpoſitionis alicuius verba generalia, ut quæ dubia & obſcura putantur *l. ita fidei, 40. in fin. princ. ff. de iur. fiſci.* Pariſius *conſ. 96. n. 22. vol. 9.* per aliam diſpoſitionem ſpecialem, claram & apertam, de eâdem re loquentem, declaranda atque exponenda ſunt, per *l. ſi ſervus plurium, 50. §. ult.* ubi etiam Baldus id expreſsè tradit, *& l. Qui filiabus 17.* ubi Iaſon, *ff. de Legat. 1.* ſcribit idem Menoch. alios referens *conſ. 150. n. 18. conſ. 160. n. 87. & conſ. 112. n. 31. lib. 2.*

Quinta

Quinta ratio, quòd diſpoſitio ſpecialis derogat vel ſaltem limitat generalem diſpoſitionem. *l. Coheredi 41. §. Qui patrem, 5. ff. de vulg. & Pup. ſubſtitut. l. uxorem 41. §. Feliciſſimo 3. ff. de Legat. 3. l. quæſitum 12. §. Papinianus quoque, ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* Bart. in *l. Generali 32. §. uxori 2. ff. de uſufr. legat.* & Menoch. *conſ. 155. n. 41. lib. 2.* Generalis ergò diſpoſitio *in dict. Tit. 5. §. item ſi fratrem, lib. 1. Feud. & dict. Tit. 24. §. denique verſ. ſi verò. lib. 2. Feud.* limitanda videtur ex ſpeciali diſpoſitione d. Tit. 37, in princ. lib. eod. Feud.

Sexta ratio adjungi hæc poteſt, quòd generalitas ad veriſimilia aſtringi jubetur *c. ult. Tit. de offic. Vicarii, in 6. & c. in generali Tit. de Reg. iur. in 6.* Pariſius *conſ. 96. 11. n. 15. vol. 3.* Veriſimile autem eſt quòd feudorum placita non omnem Vaſallum occidentem fratrem ſuum, aut fratris filium feudo privari velint, ſed eum duntaxat qui hâc intentione fratrem trucidavit, ut ſolus feudo potiretur: quippe cùm non amittat vaſallus feudum ex eo, quòd domini fratrem occidit, *d. Tit. 37. in princ. lib. 2. Feud.* cùm tamen cædes illa plus offendat dominum propter fraterni ſanguinis amorem, quàm cum vaſallus fratrem interficit proprium, nullo ſanguinis jure domino conjunctum. 11

Poſtre-

Poſtremò adponi & illa poteſt ratio quòd lex feudalis de amittendo feudo, ob necem fratri allatam, *in dict. Tit. 5. §. ſi fratrem, lib. 1. Feud. & dict. Tit. 24. §. denique lib. 2. Feud.* pœnalis eſt, ut proindè ſtrictim & conciſè interpretanda videatur, *per l. pen. ff. de pœn. & c. in pœnis Tit. de Reg. iur. in 6.* interpretanda, inquam, de eâ ſolùm fraternâ cæde, quam vaſallus in fratre ſuo hâc intentione perpetravit, ut ſolus feudum habeat, maximè cùm hanc interpretationem ſpecialẽ & ſtrictam ſuppeditet textus expreſſus *in d. Tit. 37. in princ. lib. 2. feud.*

13 Ad poſterioris ſententiæ confirmationem non ſolùm conducunt textus generales in *d. Tit. 5. §. item ſi fratrem, lib. 1. Feud. & in d. Tit. 24. §. Denique. verſ. ſi verò non in Dominum. lib. 2. Feud.* Sed & alia argumenta pro eâdem acerrimè propugnant, cuiuſmodi ſunt quòd diſpoſitum generaliter, intelligitur quoque cautum de quolibet caſu ſpeciali, *l. ſi quid 47. §. inter emptum, ff. de legat. 3. l. ſi ſervitus 23. ff. de ſerv. urb. præd. l. ult. C. Quæ res pign. obligari poſſunt. c. Non concupiſcendum Extr. de Conſt.* Quodq; ſimpliciter & generaliter legimus traditum, diſtinctionem non admittit. *l. 3. in fin. ff. de offic. Præſid. l. 1. §. 3. Et eſt relatum ff. de aleatorib.* Et quando lex non diſtin-

diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. De precio, 18. cum concordantibus ibi in gloſſ. ff. de public. in rem act. l. 1. §. Generaliter ubi Gloſſ. ff. de legat. præſt. l. à procuratore, 13. C. Mandati,* Molin. *Tract. de uſur. quæſt. 52. n. 363.* Accedit cumprimis huc, quòd generaliter diſpoſitum eſt in *d. Tit. 24. §. Denique, verſ. ſi verò, lib. 2. Feud.* vaſallum feudo ſuo mulctari, quando parricidium commiſſit, Parricidii autem ſpecies eſt fratricidium, *l. 1. ff. de Leg. Pompei. de Parricid.* Si ergò vaſallus ob fratricidium feudo exuitur non eſt ſpectandum hîc, quo fine, & quâ intentione id factum ſit; Id quod ſentiunt etiam Feudiſtæ, quorum authoritatem pro hâc alterâ ſententiâ ſuprà adduxi.

Quâ autem ratione text. in *d. Tit. 24. §. Denique verſ. ſi verò, lib. 2. Feud. & text. in d. Tit. 5. §. Item ſi fratrem lib. 1. Feud.* conciliari debeat cum Text. in *d. Tit. 37. in princ. lib. 2. Feud.* & ea pugna dirimi poſſit, diſpiciendum erit. 14
Duobus primis locis generaliter & ſimpliciter diſpoſitum, ac cautum eſt, ut feudo privetur vaſallus, ſi fratrem ſuum, aut fratris filium interfecerit; Poſteriori loco traditum, non aliter vaſallum ob fratricidium amittere feudum, quàm ſi totius hereditatis, ſive feudi obtinendi causâ id fecerit.

Feudalis hæc antinomia nullo alio modo, ut mea fert opinio, tolli poteſt, quàm ſi dicamus, Authores Feudorum juris quosdam diſtinguere inter fratricidium totius hereditatis, ſive feudi obtinendi causâ commiſſum, & quodvis aliud parricidium abſque eiuſmodi intentione patratum, ut evincitur ex *d. Tit. 24. §. Denique verſ. ſi verò, lib. 2. Feud.* ubi ICtus Feudiſta â Fratris nece ſeparat diſertè parricidium, & in fratricidio ſpecialem conſtituit cauſam amittendi feudum, ſpecialem etiam in quovis alio parricidio cauſam conſtituit; his verbis: ſicut ille, qui fratrem ſuum interfecit, vel aliud grave crimẽ, quod PARRICIDII appellatione continetur, cómiſerit. Idem quoq; pateſcit ex collatione *d. Tit. 5. verſ. Item ſi fratrem. lib. 1. & Tit. 24. §. Denique, verſ. ſi verò, lib. 2. Feud.* Priori loco ICtus meminit tantùm eius vaſalli, qui fratrem ſuum, aut filium fratris occidit: poſteriori loco agitur de fratricidio, & ſeparatim de parricidio. Nihil tamen hâc ſeparatione & diſtinctione opus fuiſſet, cùm idem ſit utriuſque criminis effectus, privatio ſcilicet feudi, & feudi illius ad agnatos translatio. Ideò autem fratricidium dictâ intentione admiſſum, â quovis alio parricidio ſejungi à ICto, reor, ut ſignificetur, licet majus videatur crimen ejuſ-

eiuſmodi fratricidium, quàm aliud fratricidium, non eâ intentione patratum, & propterea cum proditione ibidem conjungatur, feudum tamen non ad dominum reverti, ſed ad agnatos vaſalli pertinere.

Quidam juris feudorum Interpretes aliâ ratione amovendam putant iſtorum locorum diſcrepantiam, Aiunt enim in *d. Tit. 37. in princ. lib. 2. Feud.* verba illa, Ad hoc, ut totam hereditatem habeat, adiici tantùm exempli causâ, verùm hanc conciliandi rationē nullā eſſe puto, verba enim ICti, citato loco diſpoſitiva ſunt, non declarationis, aut exempli gratiâ propoſita, hæc nimirum, ſi fratrem ſuum interfecerit, ad hoc, ut totam hereditatem habeat, privabitur feudo.

Si quis tamen generales textus in *d. Tit. 5. §. Item ſi fratrem, lib. 1. Feud. & d. Tit. 24. §. Denique, verſ. ſi verò, lib. 2. Feud.* reſtringendos putet, & explicandos ſtrictim, ex *d. Tit. 37. lib. 2. Feud.* de eo ſolùm parricidio, quod vaſallus occidendo proprium fratrem, aut fratris filium, eâ intentione commiſit, ut unus, & ſolus hereditate, ſive feudo potiatur, non admodum repugnarem, tùm propter ratio-

Rr 2 nes

nes pro hâc aſſertione ſuprà adductas, tùm etiam ex aliis argumentis quæ modò adponam.

15 Primò enim Iuris feudorum Authores cauſas amiſſionis feudi, aſſimilant, & comparant exheredationis cauſis, & cauſis revocandæ donationis, *Tit. 24. §. Prædictis modis, lib. 2. Feud.* At liberi à parentibus ſuis, & hi ab illis, non ob quodlibet parricidium exheredari poſſunt, ſicuti arguit text. in *Novell. 115. c. 3. & ſeq.* Neque donator ob vitæ periculum, alii cuidam, non ſibi, à donatario comparatum, revocare ab ipſo donationem poteſt, ut evincitur ex text. *l. ult. C. de revoc. donat.* Vnde ſequi videtur, vaſallum non privari ſuo feudo, ſi in alio, quàm proprio fratre ſuo, aut fratris filio parricidium patrârit.

16 Secundò, ſi ob quodlibet parricidium vaſallus feudum ſuum amitteret, ſequeretur ex eo, quòd etiam feudo mulctandus eſſet, ſi ſororem, matruelem, avunculum, Conſobrinum, Conſobrinam, Patronum, aut Patronam ſuam trucidaverit, etiamſi feudum ab eodem domino teneant nullum, nam & in his propinquis ſuis parricidium aliquis committit, *d. l. 1. ff. de Lege Pomp. de parricid.* verùm id affirmare non auſim ego, hâc ratio-

ratione motus, quòd vaſallus feudo ſuo non exuitur, ſi fratrem ſui domini vitâ expellat, per text. expreſſum in *d. Tit. 37. in princ. lib. 2. feud.* cùm tamen feudi dominus magis offendatur proprii fratris nece, quàm ſi extraneo cuidam, non juncto ſibi ſanguinis jure mortem vaſallus intulerit.

Tertiò in confirmationem ſpecialis & ſtrictæ interpretationis textus in *d. Tit. 24. §. Denique verſ. ſi verò, lib. 2, Feud.* Accedit & illud, quòd ſi Authores feudorum Iuris, ob quodlibet parricidium vaſallum feudo privari velint, non ita ſpecialiter & conciſè loquutus fuiſſet ICtus Feudiſta in *d. Tit. 5. §. Item ſi fratrem lib. 2. Feud.* de eo tantùm parricidio, quod vaſallus in proprio ſuo fratre, aut fratris filio committit, ſed generaliter diſpoſuiſſet, quod ob parricidii crimen vaſallus feudo ſuo excidere deberet. 17

Quartò concluſio hæc robur etiam capit ex eo, quòd ICtus in *d. Tit. 5. §. Item ſi fratrem, lib. 1. Feud.* nullum alium vaſalli propinquum conjungit cum fratre eius, quàm filium fratris. Vnde probabilis extruitur veriſimilitudo quòd cæteros ſanguine junctos ab hoc jure excludat, & in illis aliud ſentiat, cùm incluſio unius, ſit excluſio alterius, *l. cum Prator, 12. in princ. ff. de Iudic. l. Maritus 21. C. de* 18

Procuratorib. c. Nonnè ubi Dd. Extr. de præſumpt. c. Qualis, 25. diſtinct. Menoch. *conſ. 158. n. 29. lib. 2.*

19 Adhæc & poſtremò ICtus Feudiſta in *d. Tit. 37. in princ. lib. 2. Feud.* non loquitur ſimpliciter de fratris occiſione, ſed eâ tantùm, quæ hâc fit intentione & fine, ut vaſallus habeat totam hereditatem, ſive feudum, qui finis, cùm non fruſtrà diſpoſitioni illi adiectus videri debeat, per *l. Hæc ſtipulatio 14. §. Divus, ff. ut legat. ſeu fideicom. nomine caveatur, gloſſ. in c. ſolitæ, Extr. de Maior. & obed.* Iaſon. *in l. ult. n. 10. ff. Quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem iure utatur,* Gravet. *Conſ. 603. n. 10. Conſ. 632. n. 7. & conſ. 888. n. 5.* cumprimis & principaliter hîc inſpiciendus eſt, ſiquidem rei & diſpoſitionis cuiuſque finis conſiderandus ſit, & eius fundamentum ipſa finis. *L. 1. C. de condict. ob cauſ.* Corn. *Conſ. 4. n. 1.* Decius *Conſ. 177. n. 1. & Conſ. 350. n. 4.* Cephal. *Conſ. 329. n. 22. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 54. n. 58. lib. 1.* Gravet. *conſ. 137. n. 14. vol. 1.* Roland. à Valle *conſ. 58. n. 86. Vol. 3. & conſ. 99. n. 46. vol. 4.* Beroius *conſ. 64. n. 21. & conſ. 180. n. 41. vol. 2.* latè Tiraquel. *Tractatu ceſſante cauſ. part. 1. limit. 1.* Finis autem adpoſita diſpoſitioni d. textus in *Tit. 37. in princ.* non cõvenit promiſcuè omni parricidio, ſed illi tantùm, quod in fratre, aut fratris filio convaſallis, eſt admiſſum.

Nec

Nec impedit quod ICtus Feudiſta dicto loco meminit hereditatis, Nã HEREDITATIS nomen omnes feudorum Interpretes exponunt de feudo tantùm, non de allodio, & rectè quidem, cùm feudorum jura de ipſis feudis ſolummodò intelligenda ſint, niſi diſtinctè & ſpecialiter de allodio quoque diſponant *Tit. 54. de allod. lib. 2. Feud.* 20

At quia pronunciatum hoc non modò paucorum eſt Interpretum, ſed deſtrui quoque videtur generali textu in *d. Tit. 24. §. Denique, verſ. ſi verò, lib. 1. Feud.* ubi ICtus Feudiſta definire putatur diſertè quòd vaſallus non ſolùm ob fratricidium, ſed ob quodlibet etiam aliud parricidium feudo ſuo mulctandus ſit, ſi, ait, grave quid commiſerit, ſicut ille, qui fratrem ſuum interfecit, vel aliud grave crimen (quod parricidii appellatione continetur) commiſerit, feudum amittit. Cæterùm per grave crimen aliud, quod parricidii appellatione continetur, intelligit ICtus illud ſolùm parricidii crimen, quod fratricidio proximum eſt, quale eſt cædes filii fratris, per text. in *d. Tit. 5. verſ. item ſi fratrem ſuum*, ibi, ſi fratrem ſuum occiderit, vel nepotem, i. e. filium fratris, *lib. 1. feud.* Tùm, quia nuſquam in feudorum libris principaliter & generaliter, aliud parricidium, modis 21

amittendi feudum accenſetur, Tùm quia in d. *Tit.24.§.Deniq́, verſ. ſi verò,lib.2. Feud.* acceſſoriè tantùm, de crimine parricidij agitur, id quod jndicat etiam parentheſis illa, cui verba hæc, Quod parricidij appellatione continetur, includuntur. Tùm quia verba acceſſoriè poſita ad ſuum principale aſtringuntur, *l. Præſidijs, 91. in princ. ff. de legat. 3.* quod principale hîc eſt fratricidium in *d. Tit. 24. §. Deniq́, verſ. ſi verò, lib. 2. Feud.* Illud igitur parricidium quod fratricidio proximum eſt, qualis eſt internecio filij defuncti fratris, ſignificatur verbis anteà citatis, non aliud quodvis parricidium, cùm verba illa,ut oſtēdi, acceſſoriè tantùm d. loco ſint adſcripta, Tùm, quia verba conſuetudinum quoque feudalium generalia & latiora, reſtringuntur juxta diſpoſitionis feudalis rationem,etiamſi ratio illa non eadem, ſed alia in diſpoſitione quâdam extet.Ludolph.Schrad *Tract. feud. part. 1. quæſt. 5.n. 3.* Cùm ergò alibi ſatis ſuperq́ue diſpoſitum ſit, eum vaſallum feudo privari ob admiſſum parricidium,qui vel fratrem, vel fratris filium vitâ privavit,& quidem hâc intentione, ut ſolus feudum habeat,conſequēs ei eſt, quòd aliud ob parricidium vaſallus feudo ſuo non mulctetur, quod communiter cum alio nō poſſidet.

ſidet. Tùm poſtremò, quia generalis diſpoſitio reſtringitur ſecundum naturam rei, de quâ concepta eſt ea diſpoſitio, etiamſi proprietati verborum repugnet. *l.* 1. *§.* 1. *ff. de offic. Procurat. Caſaris. l. ſi ſtipulatus*, 4. *§. verum, ff. de uſur. l. damni*, 43. *in princ. verſ. Et quod in ſtipulatione, ff. de dam. infect. l. Filiusfam.* 7. *ff. de donat.* Tiber. Deciá. alios, quos refert, ſequutus, *conſ.* 57. *n.* 6. *& ſeq.* Everhard. *in Topic. legal. in loco à ſubiecta materia, n.* 1. *&* 14. *& in loc. à nomine dignitatis n.* 6. His argumentis ſtrictæ, & ſpecialis interpretationis textus in *d. Tit.* 24. *§. Denique verſ. ſi verò, lib.* 2. *feud.* adponendæ quoque ſunt rationes pro eâ ſuprà adductæ. Privatur ergò Vaſallus feudo ſuo, ſi parricidium in fratre aut fratris filio patraverit, ad hoc, ut ſolus totam hereditatem, ſive feudum habeat, non etiam ſi aliud quoddam parricidium commiſerit, ſed de quæſtionis huius difficultate, ſuum cuique relinquo judicium, cogitata mea ex prædictis patent, ac perſpiciuntur aliunde. Si tamen eadem ratio appareat in patruele, ut ſi vaſallus patruelem ſuum convaſallum interficiat, ad hoc, ut eo per mortem remoto ſolus habeat feudum, atq; ita parricidii crimen admittat, non immeritò mulctatur feudo Vaſallus ille, ut docet quoque Paulus Picus ad *d. Tit.* 5.

§. ſimiliter ſi Dominum. n. 11. 12. & 13. lib. 1. Feud.

22 Cæterùm ſine verioris ſententiæ præjudicio, admiſsâ communi Feudiſtarum opinione, quòd vaſallus ob quodlibet parricidium feudo ſuo cadat, quæri hîc poteſt, an idem etiam obtineat in vaſallo, qui Patrē ſpirituale͂, putà compatrem aut cōmatrem interfecit? Schr. *Tr. feud. part. 9. c. 3. n. 25. verſ. tertiò hac concluſio,* affirmativæ inhæret, hoc argumento, quòd is qui patrem necat ſpiritualem parricidium committat, & pœnâ parricidii plectatur, authoritate *gloſſ. in c. Aut facta puniuntur, in verb.* Parentemvè, *Tit. de pœnit. diſt. 1.* Atque hanc gloſſæ opinionem tueri videtur text. *in Can. Pyctacium, cauſ. 30. quæſt. 3.* ubi maior conjunctionis nexus dicitur eſſe inter ſpirituales parentes, & liberos, quàm inter naturâ conjunctos, Verùmenimverò hanc Schraderi ſententiam ideò comprobare non poſſum, quòd authoritati gloſſæ, quâ ipſe nititur, tantum non eſt deferendum, ut potior haberi debeat, quàm legum authoritas, quâ jubemur textus pœnales ſtrictè interpretari, non extendere *l. pen. ff. de pœn. & c. in pœnis, Tit. de Reg. iur. in 6.* Etſi igitur concederetur eâ ex gloſsâ, quòd filius ſpiritualis occidens patrem ſpirituale͂, aut hic illum, par-

parricidium committat,illud tamen parricidium in feudi privātionē extendendum nō eſſet; maximè cum textus quo gloſſa ſuam munire intendit opinionem, pertineat tantùm ad matrimonii prohibitionem, & velit, quòd, ut naturalis conjunctio impedit matrimonialem nexum, ſic etiam conjunctio ſpiritualis matrimonio obſtet. Adhæc incognitum non eſt, quòd ſpiritualis conjunctio noſtris in Eccleſiis nihil obſit cuiuſquā nuptiis, teſte Melanthone, & Simone Pauli in locis communibus ſub loco de Conjugio, & ipſo Melanthone in Ethicis, cap. de arbore conſanguinitatis.

Poſtremò quia parricidii crimen in nullo alio committitur, quàm in quo leges illud committi tradunt, ut arguit text. expreſſus, in *l. pen. §. Quia alias perſonas iunct. l. 1. ff. de Leg. Pomp. de Parricid. ex §. Alia deinde lex, verſ. ſi quis autem alias, Inſt. de publ. iud.* Crimen certè hoc porrigendum non eſt ad ſpirituales parentes & liberos.

Eſt & illa huius loci quæſtio, An vaſallus 23 feudum ſuum amittat, ſi Epiſcopum aut Superintendentem ſuum occidat? Non deſunt qui ita ſentiunt, quos refert, & ſequitur Iohannes Schonerus, *lib. 1. diſp. feud. diſp. 10. th. 72.* At quia Epiſcopus & Superintendens pro-

propriè non ſunt parentes paræçorum, extenſio illa juris pœnalis hîc admittenda non eſt, cùm, ut anteà oſtendi, in pœnalib. interpretatio ſtrictè fieri debeat.

24 Quid verò ſētiendum de vaſallo, qui ſubditum ſuum trucidat, an & ille hoc ob facinus feudo ſuo mulctatur? Gloſſa & Dd. eam in opinionem adducti ſunt, ut exiſtimēt hoc etiam facto parricidium committi, *Gloſſ. in Novell. 8. c. 10. in verb.* AMARISSIMIS, Ludov. Carer. *Tract. de homicid. verſ. Homicidij autem ſpecies, n. 133.* Petr. à Placa *in Epitom. delictorum lib. 1. cap. 22. n. 35.* Ioannes Schoner *d. diſp. 10. th. 72.* Hinc ſequi videtur, hunc etiam vaſallum, hoc ob ſcelus, feudo ſuo privari, cùm ut ipſi volunt, quovis ex parricidio feudum ſuum amittat vaſallus, ut ſuprà oſtēdi. Atqui licet ob huiuſmodi crimē dignus ſit pœnâ vaſallus, cum tamē factum hoc neq; parricidio uſpiam in jure noſtro adponatur, neque in feudorum placitis accenſeatur illud modis amittendi feudum, ægrè opinioni huic calculum meum adiicio, eò quòd erubeſcimus ſinè lege loqui *Novell. 18. c. 5. in princ. & l. illam, 19. ibi,* eò quod nulla conſtitutio. *C. de Collationib.*

25 Non ſolùm autem privatur ſuo feudo vaſallus ſi fratrem, aut fratris filium interfecerit,

rit,ad hoc,ut ſolus hereditatem,ſive feudum habeat, ſed & ſi inſidias ſaltem ipſi ſtruxerit,& mortem ei re ipſâ minatus ſit, etiamſi conatum non ſit crimen illud ſequutum,*arg. l. 1.in fin.* ibi, Et qui emit venenum, ut patri daret, & *l.ſi ſciente.7. ff. de Leg. Pomp. de parricid.* Ludolph. Schrad. *Tract. de feud. part.9. cap.3. n.30.*

Excidit quoque feudo ſuo vaſallus, ſi latroni, vel alii cuidam ſuppeditaverit pecuniam,ad hoc,ut fratri,vel ejus filio vitam adimeret,aut alicui ad hoc ſcelus auxilium præſtiterit, vel ſaltē conſcius fuerit futuri huius ſceleris, nec tamen ipſi fratri, aut ejus filio indicaverit illud, per text. in *l. 2. & l. utrum 6. ff. de Leg. Pomp.de parricid.* Schrader. *d. cap.3. n.33.* 26

Vocatur in quæſtionem & illud, an vaſallus,qui dolosè & injuſtè fratrem ſuum, aut ejus filium captivum detinuit, aut carceri mancipandum alii tradidit,ad hoc ſcilicet, ut ſolus feudum habeat, feudi ſui diſpēdio ſubjacere debeat? Sunt qui negant, inter quos Ruinus *conſ. 37.n.20.*& Natta *conſ. 174. n.13.* Plerique verò affirmant,quos referunt & ſequuntur Curt. Jun. *Tract.de feud. part. 4.n. 39.* Schrad. *d.cap.3.n.35.* Henric. à Roſenth. *Tract.feud. cap. 10. concl. 36.n.31.* & Vultei. *de* 27

feud.

feud. lib. 1. cap. 11. n. 34. in fine. Horum opinio mihi quoque propior veritati videtur, Tùm quod mors, & vincula à pari procedunt. *l. Nec. timorem, 7. §. 1.* Ibi, vel mortem, vel vincula. *ff. Quod met. cauſ.* Parium a. eadem eſt potētia & natura, idemq; effectus, Everhard. *in Top. legal. in loco à pari n. 2. & ſeq.* Matthias Stephan. *in Dialect. ſive Top. iuris, lib. 2. loc. 94. à ſimili vel pari,* Tùm quia domino quoque injuriā infert, qui vaſallū ejus in carcerē detrudit, & hujus injuriæ nomine domino injuriarū actio cōpetit, ut rectè ſentiunt poſt alios Schrad. *d. Tract. feud. part. 9. cap. 3. n. 35.* & Henric. à Roſenth. *eod. tract. cap. 10. concl. 36. n. 32. & ſeqq.* Tùm poſtremò, quia feudo ſuo cadit vaſallus, ſi ipſum dominū ſuum carceri ab alio incluſum non liberaverit. *Tit. 24. §. item ſi delator, & Tit. 26. §. licet, lib. 2. Feud.* Sed hanc concluſionem cum Roſenthalio intelligo procedere eo caſu, quo vaſallus fratrem, ejuſdemque domini vaſallum, hoc fine detinet in carcere, ne is ſervitia domino præſtare poſſit, arg. Text. *in Tit. 7. verſ. Ego iuro, & text. in Tit. 23. in fin. lib. 2. Feud.*

28 Quoniam verò *in d. Tit. 37. in princ. lib. 2. Feud.* diſcrimen quoddam & disjunctio inter vaſallum, qui domini ſui fratrem occidit, & eum vaſallum, qui proprium ſuum fratrem, aut

aut fratris filium interfecit&hic vaſallus feudo ſuo mulctari dicitur, ille verò non item: quæri haud immeritò poteſt, quæ disjunctiõis illius ratio eſſe videatur, maximè cùm gravius offendi præſumatur feudi dominus proprii ſui fratris, quàm extranei putà fratris Vaſalli nece, propter ſanguinis conjunctionem, & vinculum naturale, quo invicẽ combinati ſunt ipſe feudi dominus, & frater ejus, & æquè etiam infamis efficiatur, qui domini fratrem, ut ille, qui proprium fratrem necat, per text. *l. infamem 7. ff. de pub. iud.* Adducitur autem ab Interpretib. hæc diſcriminis illius ratio, quòd parricidium ſit, quando quis fratrem ſuum, aut fratris filium occidit, per text. in *l. 1. ff. de leg. Pompeia de parricid.* Parricidium autem gravius ſit & atrocius crimen, quàm ſimplex homicidium, & propterea acerbiori aſperioreque pœnâ plectatur, de quâ in *l. unic. C. de his, qui parent. vel lib. occiderunt, &* §. *alia deinde lex, Inſt. de pub. iud.* Qui verò vaſallus Domini fratrẽ, atq; ita extraneum interficit, peccet ſolùm in legem Civilem, & ſolùm homicidii pœnâ leuiori teneatur quæ ultore ferre continetur. §. *item lex Cornel. Inſt. d. t.*

Hanc rationem, quãvis non verbis eiſdẽ, neque declaratione eâdem, adfert Bald. in *d.*

Tit.

Tit. 37. An ille, qui interfecit fratrem Domini ſui feudum amittat, in princ. n. 2. lib. 2. Feud.

Eidem rationi, & alii adhærere nõ recuſant inter quos Sonsbeck. in comment. *in uſus feud. part. 12. n. 34.* Henricus à Roſenthal, *Tract. feud. cap. 10. concluſ. 36. n. 4.* Herm. Vultei. *lib. 1. de feud. c. 11. n. 34. verſ. Non idem, pag. 751. &* Conrad. Rittershuſ. *in part. iuris feud. lib. 2. c. 5. n. 112. pag. 464.*

Verùmenimverò iſthæc ratio commoda ſatis mihi videtur, cùm atrocitas criminis, & pœnæ illius aſperitas, ideò hîc conſiderari non debeat, quòd agitur hoc loco de feudi amiſſione, quæ contingit non tàm ob crudelitatẽ facinoris in perſonam commiſſi, quàm reſpectu ipſiuſmet feudi: Vnde exiſtimo cum quibuſdã hanc eſſe veram ſejunctionis illius rationem, quòd vaſallus, quando fratrem ſuum, aut fratris filium hâc intentione, & in hunc finem occidit, ut ſolus habeat totum feudum, reſpectu feudi, quod proprietatis jure Domini eſt interficit eum, ut proindè feudo ſe indignũ efficit; Idq; arguit abundtè ext. *in d. Tit. 37. in princ.* ibi, ſi fratrẽ ſuum interficit, ut totam hereditatem habeat, *lib. 2. Feud.* & ſentiunt ita feudorum Interpretes nonnulli; qui ſcribunt, quòd in feudis magnis conſideremus feudi realitatem, potius

tius quàm affectionē perſonarū; Alias enim ſequuturum, quòd vaſallus magnum aliquem Domini amicum occidens feudo poſſit privari, quod tamen falſum ſit, Bald. in *d. Tit. 37. n. 2. & 3. & ibidem* Alvarotus *n. 4. verſ. oppono ab extran.* Præpoſitus *num. 3. circà fin.* Matthæus de Afflict. *n. 3.* ut & Iacobin de S. Georg. *Tract. de feud. in verb.* Dictique vaſalli promiſerunt, cuius verba ex Baldo deprompta hæc ſunt: Quando vaſallus occidit fratrē proprium, delinquit ratione feudj, & ratione rei, quæ eſt ipſius Domini: Sed quādo occidit fratrem Domini, non dicitur delinquere in rem ipſius Domini; quia vaſallus nihil recognoſcit à fratre Domini. Alioqui niſi ita diceremus, ſequeretur, quòd ſi vaſallus occideret aliquem magnum Domini amicum, quòd deberet privari feudo, quod nō eſt verum. Et pertinet huc, quòd Baldus *d. loco, n. 1.* eleganter ſcribit, quòd vaſallus, qui proprium fratrem occidit, dupliciter peccet, in legem naturæ, & in legem feudi: qui autem domini fratrem interficit, peccat ſaltem uno modo, putà in legem Civilem, dependentem tamen ex gentium jure, ut arguit *l. 3. ff. de Iuſt. & iur.*

Excipiunt tamen feudorum Interpretes duos caſus, quibus etiam ob necem fratri ſe- 29

nioris illatam, feudo privari putant vaſallum. Prior caſus eſt, ſi vaſallus in Domini contumeliam & odium fratrem eius occidat; Alter ſi proditoriè ipſum interficiat. Hos caſus memorat Iacobin. de S. Georg. *Tract. de feud. loco antea citato, n. 16.* Herm. Vultei *lib. 1. de feud. c. 11. n. 34. verſ. Non idem, pag. 750.* Henric. à Roſenthal, *Tract. feud. c. 10. concluſ. 36. n. 15. & n. 20* Nicolaus Mozz. *Tract. feud. c. ex quib. cauſis feud. amitt. n. 61.* Pro caſus prioris firmamento extat Text, *in Tit. 7. de Novâ formâ fidelitatis, verſ. & ſi aliquid*, ibi, nunquam ex perſonâ meâ aliquid faciam ſciĕter, quod pertineat ad tuam vel tuorum injuriam, vel contumeliam, *lib. 2. Feud.* Pertinet eodem, quòd gravis injuria conſanguineis domini illata, in domini contumeliam, ipſimet domino cenſeatur impoſita, *c. ſciant, 12. Tit. De elect. & electi poteſt in 6. c. Quicunque 11. Tit. De ſententiâ excommunicationis, lib. 6. gloſſ. in c. 2. in verb. Quomodolibet, Tit. eod. in clemĕtin.* Confert. textus in *l. 1. ff. de his, quæ pœnæ causâ relinquuntur, l. De pupillo. 5. §. Nunciari, 3. verſ. ſufficit enim ff. De operis novi nunciat. l. 4. C. de Agricol. & cenſit. lib. 11.*

30 Quòd ſi quærat hîc aliquis, unde conſtare poſſit, quòd vaſallus in Domini contumeliam & odium interfecerit fratrem Domini,

mini, ſciendum eſt, ex coniecturis, putà externis actib. id cognoſci poſſe, ut arguit *gloſſ. in l. Apud Celſum, 4. in princ. in verb.* cauſa. *ff. de doli mali except.* & docet Bald. *conſil. 137. vol. 1.* Tùm etiam Iacobin. de S. Georg. in verb. De adhærentibus & conſœderatis *num. 2.* & Nicolaus Mozz. *Tract. de feud. cap. ex quib. cauſis feud. amittatur n. 61.* Et pro hâc ſententiâ eſt text. *in l. Non omnes 5. §. à Barbaris. 6. ff. de re milit.* Quòd ſi contra vaſallum militent conjecturæ, haud immeritò ipſe oneratur probatione. Ita ſentiunt Franciſc. Sonsbeckius *in comment. in uſus feud. part. 12. n. 44.* & Menoch. *Conſil. 102. n. 38.* Quò conducit textus *in l. ult. ff. Quod met. cauſ.* & inc. *Quia veriſimile, Extr. de præſumpt.* Si deſint contra vaſallum conjecturæ, domino incumbit probatio finis & intentionis illius, ut convincitur ex textu in *Tit. 57. Quot teſtes ſint neceſſarii ad probandam feudi ingratitudinem, lib. 2 Feud.* Et conferunt huc quæ ſcribit Iſernia, Laudens. Alvarot. Præpoſitus, Ravennas in *Tit. 17. Quib. modis feudum amittatur. §. ſi Capitanei, lib. 1. Feud.*

Sed an in dubio cenſeatur in Domini contumeliam & odium vergere injuria, fratri ipſius Domini illata, quæri poteſt? Ajens opinio firmari videtur textu in *d. Tit. 7. §. Et ſi* 31

aliquid ibi, vel tuorum injuriam vel contumeliam, *lib. 2. Feud.* Quò confert, quòd in dubio in Principis odium exiſtimatur facta offenſio, Principis Cōſiliario ſive officiali allata, per text. *in l. Quiſquis. 5. in princ. C. Ad L. Iuliam Maieſt.* & in Aureâ Bullâ Caroli IV. Tit. Von der Biſchoff Segen / Roland à Valle. *Conſil 1. n. 5. vol 5.* Gravett. *Conſ. 373. num. 8. vol. 3.* Burlatus *Conſ. 147. num. 15.* Verùm opinioni huic adverſatur text. *in d. Tit. 37. in princ. lib. 2. Feud.* Vbi ſimpliciter & generaliter cautum eſt, quòd vaſallus non amittat feudum, ſi interfecerit fratrem Domini ſui. Vnde ſequitur, non privari vaſallum feudo ſuo, niſi conſtet certò, quòd in Domini odium & contumeliam vaſallus fratrem eius interemerit.

Non obſtat textus in *d. Tit. 7. de Novâ formâ fidelitatis, verſ. Et ſi aliquid*, ibi, vel tuorum injuriam, *lib. 2. Feud.* Textus enim ille duplicem admittit intellectum; Vnum de his, qui domini poteſtati, & affectui eius ſubiecti ſunt, de quibus tractatu quodam ſingulari antehac egi: Alterum de his, quibus injuria illata eſt, non quidem in privatum ipſorum odium, ſed in odium & contumeliam Domini, neque ei obſiſtit text. in *d. l. Quiſquis 5. C. Ad Leg. Iul. Maieſtat.* & in Aureâ

Bullâ

Bullâ *dict. loc.* Agitur enim utroque loco de jure ſingulari in reos Majeſtatis conſtituto. Quod autẽ ſingulariter in quibusdam, propter aliquam utilitatem authoritate conſtituentium introductum eſt, in conſequentiam trahi non poteſt, *l. ius ſingulare, 15. & l. præcedente, ff. de legib.* Et tantum de caſu priori.

Caſus poſterioris, de homine tradito fundamentum petunt Dd. ex *d. Tit 37. in princ. lib. 2. Feud.* Vbi ICtus Feudiſta, vel aliam, ait, feloniam commiſerit, verbi gratia hominem tradendo, ut in Curiâ amplius ſtare non poſſit, ſed placitum illlud feudale caſui huic alteri nihil roboris adfert, Quod enim de hominis traditione pronunciat, non ad fratrem Domini, nec ad alium quemvis pertinet hominem, ſed tantùm ad convaſallum, qui cum vaſallo tradente eiuſdem Domini vaſallus eſt, ut docet Hotomann. *lib. Diſp. feud. c. 24. n. 128.* & in libello *de verb. feud. in voce* Homo, quem ſequitur Gothofredus Antonius, *Diſp. feud. 11. th. 7. ſub lib.* B. Autumat idem etiam Conradus Rittershuſius *in partitionib. feudalib. lib. 2. c. 5. n. 119.* & rectè quidem, vaſallus enim in feudorum jure ſpecialiter homo vocatur, hâc ratione, quòd dominò homagium præſtat, i.e. fidelitatem, Alvarot. 32

in prælud. feud. n. 42. Chaſſenæus *ad conſuet. Burgund. Rubr.* 3. §. 3. *in verb.* Homage. Molin. *ad conſuet. Pariſ.* §. 2. *gloſſ.* 3.

33 Et quòd in *d. Tit.* 37. per hominem ſignificetur convaſallus, arguunt abundè ut proximè præcedentia, ſic & ſubiuncta verba. Præcedentia verba ſunt de fratre vaſalli eiuſdem domini vaſallo, ut evincitur ex verbis, ut totam hereditatem habeat, ubi HEREDITATIS voce denotatur feudum, ut ſuprà oſtendi. Subiecta ibidem verba, hæc ſunt, ut in curia amplius ſtare non poſſit, quæ ſanè verba de ipſo convaſallo tradito exaudienda ſunt; Tradere hominem propriè non ſignificat occidere hominem ſed prodere aliquem, putà, verſutiis, technis, dolis occaſionem aliis præbere ut occidatur, *c. 2. Extr. de offic. Iud. ordinarij*, ut cum aliquis in periculoſa latronum ac ſicariorum latibula nefariè adducitur, ut ab illis ex compoſito occidatur. Atque hoc ſignificatu etiam accipiendum eſſe verbum illud in *d. Tit.* 37. *in princ. lib.* 2. *feud.* ſentiunt Eguinar. Baro, & Cuiac. *ad Tit.* 2. *Quib. mod. feud. amittatur, lib.* 1. *Feud.* Tùm etiam Rittershuſius *d. lib.* 2. *c.* 5. *num.* 119. Et quia occiſio fratris convaſalli, ac hominis traditio uno eodemque prædicato determinantur in *d. Tit.* 37. *in princ. lib.* 2.

Feud.

feud, argumentum id præbet non leve, HOMINIS appellatione ibi denotari vaſallum, & verbum TRADERE idem ſignificare quod prodere.

Qui autem vaſallus prodit convaſallum, ut is occidatur, non minus delinquit quàm qui ipſemet occidit. *l. Nihil intereſt, 15. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 1. verſ. crimen enim C. d. t. L. 1.* ibi occiderit, cuiuſvè dolo malo id factum erit, *l. utrum, 6. & l. ſeq. ff. de leg. Pompei. de parricid.*

Non deſunt etiam alia argumenta quib. 34 comprobari poteſt, in *d. Tit. 37. in princ. verſ. vel aliam feloniam lib. 2. Feud.* per HOMINEM ſignificari non quemvis hominem, ſed convaſallum, qui eiuſdem domini vaſallus eſt. Hunc intellectum ſuadet, quòd plures eiuſdem domini vaſalli in libris feudorum ubiq; dicuntur Pares, Compares, Pares Curiæ, Pares Curtis, Pares domus, & Pares in domo, ſcilicet domini *Tit. 2. §. 1. Tit. 10. Tit. 11. lib. 1. Feud. Tit. 2. in princ. Tit. 26. Tit. 54. lib. 2. Feud.* Vnde apparet, quòd plures eiuſdem domini vaſalli inter ſe quaſi fratres ſunt, ut ergò vaſallus ob fratricidium in fratre convaſallo commiſſum feudo exuitur, ſic & privatur feudo ſuo ob necem convaſallo allatam. Atque hæc ſententia inde etiam robur

acci-

accipit, quòd ſocii fraternitatis quoddam ius inter ſe habent, *l. verum, 63. in princ. ff. pro ſocio*: Quodque milites ſub eodem Duce militantes vocantur commilitones. *l. omne, 6. §. ſi quis commilitonem, ff. de re milit.* Cùm ergò Convaſalli ſimiles habeantur ſociis, & commilitonibus, & cùm fratres invicem ſint, veriſimile eſt, quòd in pręcedente exemplo definitum legimus de vaſallo fratrem Convaſallum occidente, I C T V M Feudiſtam hoc altero ſequenti exemplo porrigere etiam velle ad vaſallum interficientem Convaſallum ſuum, cùm de ſimilibus & cõnexis idem ſit judicium, Everhard. *in Topic. legal. in loco à ſimili n. 3.* Et argumentum à Veriſimili, declarandæ rei non levem habeat vim, & ex eo declarativa capi ſoleat interpretatio *l. cum res 47, in fin. princ. ibi*, vel ubi veriſimile eſt. *ff. de legat. 1. l. cum in teſtamento, 24. ff. de reb. dub. l. Cohæredi, 41. §. Qui patrem, 4. verſ. Quod magis veriſimile, ff. de vulg. & pup. ſubſt.*

Accedit eòdem, quòd vaſallus dict. loco *in Tit. 37. in princ. lib. 2. Feud.* negatur feudo ſuo privari, quando fratrem domini occidit, nec diſtinguitur proditoriè, vel aliter ipſum interfecerit, aut occidi curaverit. Alterum igitur exemplum dicto loco propoſitum, de homine tradito, non de alio homine intelligendum

gendum eſt, quàm Convaſallo, ſi generaliter & de quovis homine intelligeretur, conſequens ei eſſet, vaſallum feudo ſuo multandum eſſe etiam ob necem, quam ipſe domini ſui fratri intulit.

Adhæc ICtus in *d. Tit. 37. lib. 2. Feud.* de eâ loquitur hominis traditione, quæ feloniam arguit, ut verba textus oſtendunt, FELONIÆ autem vox licet omne denotet crimen, quod vaſallus aut Dominus committit etiam in extraneum, ut indicat text. in *Tit. 26. §. Domino committente feloniam, lib. 2. Feud.* & docet Hotomann. in *lib. de verb. feud.* Cumprimis tamen & propriè ſignificat crimen illud, quo vaſallus fidelitatem domino promiſſam violat, aut Dominus non præſtat vaſallo fidelitatem quam ei debet *d. Tit. 26. §. Domino & Tit. 47. lib. 2. Feud. iunct. Tit. 6. in fin. lib. eod. Feud.* Cum igitur ICtus feloniam committere dicat vaſallum, qui hominem tradit, intelligendus eſt de homine convaſallo; Cùm fidus non ſit Domino ſuo vaſallus, qui alium eiuſdem Domini vaſallum prodit. 35

Prætereà verba ICti hæc, ut amplius in Curiâ ſtare non poſſit, accipi nequeunt de alio, quam vaſallo tradito, non etiam de extraneo; Ille enim non hic ad domini cu-

riam pertinet, ut in quâ vaſallus judex eſſe poteſt, cum de feudo litigatur, *Tit. 16. in princ. Tit. 20. in princ. Tit. 39. §. ſi inter Dominum Tit. 55. §. pen. verſ. ſi verò, lib. 2. Feud.* Quod de judice dicitur, diſpoſitum quoq; de teſte in cauſu feadali, *Tit. 2. & Tit. 4. §. item, verſ. Quod autem, lib. 1. Feud. Tit. 32. §. ult. lib. 2. feud.*

Poſtremò ut prius exemplum de vaſallo fratrem ſuum interficiente, non ſimpliciter conceptum & appoſitum eſt, ſed finis occiſionis illius adpoſitus, qui hic eſt, ut totam hereditatem, hoc eſt feudum habeat frater vaſallus qui occidit fratrem non quēvis, ſed cōvaſallum fratrem: Sic & alteri huic exemplo de homine tradito, ſive prodito adjectus finis proditionis illius qui hic eſt: ut amplius in Curia domini ſtare non poſſit, unde veriſimilitudo capitur hæc, quòd & hoc exemplum non de quovis homine, ſed de homine convaſallo intelligendum ſit. Et quemadmodum particula illa VT in *d. Tit. 37. in princ. lib. 2. Feud.* priori illo in exēplo cauſalis eſt, & finem occiſionis deſignat, ita & hoc in exemplo finalem proditionis illius denotat cauſam, quæ hæc eſt, ut homo, hoc eſt vaſallus, qui traditur, in Curiâ domini amplius ſtare non poſſit, atq; ita Dominus ſuâ in Curiâ vaſalli illius traditi conſilio uti non poſſit amplius.

Dictio

Dictio illa, VT nō unā ſolum recipit ſignificationem, ſed interdum ſimilitudinis vox eſt, quandoq; etiam vim obtinet conſequutivam, plerumque verò cauſam finalem & conditionem denotat, ut docet Speculator *Tit. de diſputat. & allegat. Advocat. verſ. poſt hoc autē, n. 10.* Alberic. *in dictionario ſuo, in dictione* Vt, & Pardulphus Prateius *in lexico iuris, in verb.* Vt, idque apparet etiam ex *l. 1. C. de ſervit. & aqua l. ſi mulier, 25. C. de iur. dot. l. à teſtatore, 109.* ubi Gloſſ. in verb. conditio *ff. de condit. & demonſt.* Veriſimile ergò particulam VT, *in d. Tit. 37. in princ. verſ. vel aliā feloniam, lib. 2. Feud.* cauſam ſignificare finalem, maximè, cùm in priori ibidem propoſito exemplo, dictio illa VT cauſalis ſit, & finalē denotet cauſam. Interpretes quidem juris feudorum, verba iſthæc, ut in curia amplius ſtare non poſſit, exponunt de ipſo vaſallo tradente, quem putant ideò ſtare non poſſe in Curiâ Domini quòd ex hominis proditione infamis ſit factus, ut videre eſt apud Schraderum *Tract. feud. part. 9. c. 3. n. 70. & ſeqq.* Henric. à Roſenthal *eod. tract. cap. 10. concl. 36. num. 29. & ſeqq.* Hermann. Vultei. *de feud. c. 11. n. 36.* Ioann. Borcholt. *in commentar. in conſuetud. feud. c. 8. n. 125.*

Verùm

37 Verùm hanc interpretationem eâ ex cauſâ admittendam non eſſe judico, quòd infamia vaſalli non efficit, ut ipſe feudo privetur, Tùm quia licet vaſallus fratrem Domini interficiens infamiâ notetur, per text. *in l. infamem, 7. ff. de public. iudic.* attamen feudo ſuo non multatur, ut diſertè tradit ICtus Feudiſta, in *in d. tit. 37. in princ.* Tùm etiam, quia authoritas juris feudorum clariſſimè arguit, infamiâ vaſalli per ſe non eſſe cauſam amittendi feudum, textus eſt expreſſus in *Tit 24. §. Sed quia natura,* ibi, non ex omni causâ, ex quâ opinio vaſalli gravatur, beneficium amittitur, *lib. 2. Feud.* Diſtinguunt quidem hîc Dd. inter juris & facti infamiam, ſed ut illa, ita & hæc infamia â dignitatis gradu hominem deiicit, *l. 2.* ubi Cuiac. & *l. Ne quis, 6. C. de dignitat. lib. 12.* & quando ICtus in *d. Tit. 24. §. Sed quia natura, lib. 1. Feud.* ſcribit, quòd non ex omni causâ, ex quâ opinio vaſalli gravatur beneficiũ amittatur, tàm de juris, quàm facti infamiâ exaudiendus eſt; Eſt enim generalis ille textus, nec diſtinguit inter juris, & facti infamiam, Quinimò, quòd etiam de juris infamiâ intelligendus ſit, arguit abundè ſubjectum ibi exemplum de perjuro; Perjurus enim infamiâ juris notatur, *c. infames, & c. ſeq. cauſ. 6. quæſt. 1. l. ſi quis maior 41. C. de tranſact.*

tranſact. ſive ergò juris, ſive facti infamiâ notetur vaſallus, feudo ſuo non privatur, niſi cum in ſpecie cautum alicubi in feudorum jure legitur, vaſallũ feudo ſuo ob infamiam privari.

Non eſt putandum, quòd vaſallus proditor, ob traditionem cuiuſvis hominis, ideò feudum ſuum amittat, quòd proditio grave, magnum, & atrox ſit crimẽ, *l. ſervum*, ibi, in exemplum omnium proditorum, *C. de delatorib. lib. 10.* Eſt enim textus ille accipiendus de eo, qui ſuum prodit dominum, cùm loquatur in ſpecie, de ſervo dominum ſuum tradente, & quòd ibi ſpecialiter de domino & ſervo diſponitur, extendi quidem poteſt ad ſubditos & Magiſtratum, ut & vaſallum & eius Dominum, ut arguit text. *in l. pen. C. de his qui accuſare non poſſunt*, At porrigi non debet ad vaſallum & extraneum aliquem, Eſt quidem proditio crimen nefarium, & atrox admodum, ex eo tamen haud poteſt inferri, quòd propter illud vaſallus feudo ſuo privari debeat; cum aliâ quædam, putâ gladii pœnâ affici poſſit. *d. l. pen. C. de his qui accuſare non poſſ.* 38

In quæſtione verſatur & illud, an vaſallus ob inceſtum, quo ſe polluit, feudo ſuo privetur? Plerique Dd. abſque hæſitatione affirmant, 39

firmant, quos recenſet, & ſequitur Ludolph. Schrader. *tract. feud. part. 9, c. 3. n. 1.* Anteſignanus autem ipſorum omnium fuiſſe putatur Baldus in *l. 1. n. 42. quæſt. 51. ff. de Rer. Diviſ.* In eandem iverunt ſententiam Cuiac. *ad Tit. 2. Quib. mod. feud. amittat. lib. 1. Feud. pag. 80.* Weſemb. *tract. de feud. c. 15. n. 5. in fin.* Ioann. Borcholt. *in comment in uſus feud. c. 8. n. 105.* Vultei. *lib. 1. de feud. c. 11. n. 36.* Henric. à Roſenthal *tract. feud. c. 11. concluſ. 37. n. 1.* ubi plures idem ſentientes allegat; Accedunt eandem in opinionem Conradus Ritterſhuſius *lib. partit. iur. feud. c 5. n. 120. & ſeqq.* Item Gothofredus Antonius *diſp. feud. 11. th. 7.*

40 Hujus adſertionis adferuntur tres potiſſimùm rationes: Prima eſt, quòd pœna inceſtus ſit bonorum confiſcatio, *Novell. 12. c. 1. Auth. inceſtus, C. de inceſt. nupt.* Vnde etiam bona contrahentium inceſtas nuptias inter Regalia referuntur, *Tit. 56. Quæ ſint Regalia, lib. 2. feud.* Altera tatio eſt quòd inceſtuoſus cingulo, h. e. dignitate privetur *d. Novell. 2. c. 1. Auth. inceſtas. C. d. inceſt. & inutil. nupt. Can. coniunctiones 35. quæſt. 2. & 1. l. 1. ff. de his qui not. infam.* proindeque ob criminis illius turpitudinẽ, amplius honeſtè in Curiâ Domini ſtare non poſſit, per text. *in Tit. 37. An il-*

le qui

le qui interfecit fratrem Domini, lib. 2. feud. Tertia ratio eſt, quòd corporalis pœna inceſtus, juſtineaneo jure eſt exilium, id eſt deportatio. Deportatus autem cùm ſervitia Domino præſtare non poſſit, nec feudi ius & commoda amplius habere poteſt, *Tit. 21. De feudo ſine culpâ non amittendo lib. 1. Feud.* & tradunt Dd. quos allegat Henricus à Roſenthal, *tract. de feud. c. 11. concluſ. 11. in addit. ſub lit. G.*

Exemplum privationis feudi hâc ex causâ de duobus Auſtriæ Marchionib. Leopoldo, & Alberto *ex Auſtriâ Cuſpiniani* adducit Cuiac. *ad d. Tit. 2. lib. 1. Feud. pag. 80.*

In tantùm etiam hanc ob cauſam feudo 41
ſuo multari vaſallum volunt Dd. ut licet, Pontifex Romanus poſteà diſpenſet quoad matrimonium, non tamen reciperet vaſallus feudum ex hâc causâ amiſſum. Ita argumento *cap. Quamvis, Tit. de Reſcript. in 6. & l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. Ne quid in loc. public.* ſentiunt, quos citat Henric. à Roſenthal, *Tract. feud. d. cap. 10. concluſ. 37. in addit. ſub lit. C.*

Cæterùm videamus, an communis illa 42
opinio de feudo ob inceſtum vaſalli amittēdo, omnis dubitationis expers ſit, nec nè. Curtius jun: *tract. de feud. part. 4. n. 40.* tantùm non defert huic communi opinioni, ut eam

eam omninò certam ac veram putet. Scribit enim, quòd jura, quæ pro communi hâc opinione adducuntur, loquantur tantùm de bonorum ex inceſtu confiſcatione, non de feudo, quodque ſimul ſtare poſſint hæc duo, ut bona alicuius ob crimen aliquod publicêtur, & tamen, civiliter contra eum ad feudi privationem non agatur. Et certè non deſunt rationes, quæ communem illam opinionem non parum ſuſpectam reddunt. Prima hæc eſt, Quicquid ullâ lege non reperitur cautum, haud temerè aſſerendum eſt *l. 5. ff. de probat. l. illam, 19.* ibi, eo quod nulla conſtitutio ſuper huiuſmodi collatione poſita eſſet, *C. de collat. & Novell. 118. cap. 5. conſideremus*, ibi, ſed quia hoc cum lege agimus, erubeſcimus; ſed nullâ ex lege feudali evincitur, quòd vaſallus principaliter directò ob inceſtum feudo ſuo privetur; Non ergò temerè illud aſſerendum erit.

43 Altera ratio, quâ communis opinio de feudo ob inceſtum vaſalli amittendo non parum imminuitur, hæc eſt, quòd cauſæ amiſſionis feudi, placitis feudorum definitę, non abſimiles ſunt cauſis exheredationis, & revocandæ donationis, *d. Tit. 24. §. prædictis modis, lib. 2. Feud.* quamvis non ex omni causâ feudo multetur vaſallus, ob quam exheredari

redari filius, & donatarius privari donatione poſſit, Curt. Iun. *Tract. de feud. part. 4. n. 77.* Vultei. *lib. 1. de feud. c. 11. n. 13,* Cùm ergò inceſtus nuſquam in libris juris Civilis connumeretur, vel exheredationis, vel revocandæ donationis cauſis, conſequens ei videtur, quòd inceſtus per ſe nō ſit cauſa amittendi feudum.

Tertiò adponi poteſt hæc ratio, quòd cauſa directò & principaliter amittendi feudum ea eſſe debet, ex quâ vaſalli erga Dominum ingratitudo deprehendi poſſit, *dict. Tit. 24. in princ ibi*, tanquam ingratus exiſtens, beneficium amittit, *&* §. *3. ibi*, Eſt & alia ingratitudo, *libr. 2. Feudor.* At vaſallus committendo inceſtum, non eſt erga dominum ingratus: Nihil enim ad domini injuriam pertinet delictum illud, nullâ injuriâ afficitur Dominus à vaſallo, quando is inceſtu ſe polluit; Inceſtus ergò non eſt delictum feudale, ob quod principaliter vaſallus feudo ſuo multari debeat. 44

Quarta ratio hæc eſſe poteſt: homicidium in fratre domini commiſſum, non eſt feudale delictum, ob quod vaſallus feudo ſuo privetur, per text. expreſſum in *Tit. 37. An ille qui interfecit fratrem Domini ſui, in princ. lib. 2.* 45

Tt *Feud.*

Feud. Multò minus ergò feudale delictum dici poteſt inceſtus à vaſallo commiſſus in aliâ fœminâ, quàm quæ dominum quoque ſanguinis jure attingit. Homicidium n. in fratre domini admiſſum ob ſanguinis conjunctionẽ mœrore dominum afficit acerbo, ipſumque in luctum vocat gravem, non æquè verò homicidium quod in perſonâ extraneâ patratum eſt.

46 Quintò & ultimò confert huc magnoperè, quòd vaſallus ob ſtupratam Domini ſororem, non amittit feudum, niſi unico illò caſu, quo ſoror illa adhuc in capillo & domo domini eſt, *Tit. 5. in princ. ibi*, aut cum ſorore domini ſi in domo domini maneat, *lib. 1. Feud. & Tit. 24. Quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi, §. Rurſus*, ibi, aut ſorori in domo adhuc manenti, quæ in capillo dicitur, *lib. 2. Feud.* Si ergò feudale delictum non eſt, ob quod vaſallus feudo ſuo exuatur, quando vaſallus ſtuprum infert ſorori ſui domini, cur feudale delictum diceretur, ſi vaſallus cognatam ſuam propriam, dominum feudi neq; ſanguinis, neq; affinitatis jure attingẽtem, ſtupraverit, atque ita inceſtum commiſerit?

His propemodùm rationibus antèhac etiam diſputando oppugnavi communem illam opinionem, & contrariam defenſare intendi

tendi. Sed in illis non ſatis roboris eſſe videtur Conrado Rittershuſio *in partitionibus iuris feudalis. lib. 2. c. 5. n. 122. pag. 470.* Vbi tamen ſui à me diſſenſus cauſam aſtruit nullam, præterquam quòd ultimum illud argumentum de ſorore domini ex Cuiac. ad *Tit. 2. lib. 1. Feud. pag. 80.* hoc modo eliminare conatur, quòd gravius ſit inceſtus crimẽ, quàm ſtuprum in ſorore domini admiſſum; ſed eſto inceſtus crimen gravius eſſe, haud tamen inde ſequitur, quòd feudale ſit crimen, cuius gratiâ vaſallus feudo ſuo privari debeat, cùm illud privatim non concernat dominum, ſed Reip. ſtatum, qui hîc privatâ in cauſâ domini principaliter ſpectandus non eſt.

Sed videamus, num communis opinionis 48 rationib. ſuprà allatis, ad eam propugnandam vis quædam inſit, nec nè, una earum hæc eſt: quòd pœna inceſtus ſit publicatio bonorum; Atqui hâc ex ratione perperàm infertur, ob inceſtum feudo privari vaſallum, bona enim allodialia, de quibus ratio hîc intelligenda eſt, nihil commune habet cum feudo, *Tit. 25. An agnatus, vel filius poſſint retinere feudum, in princ. lib. 2. Feud.* & [illegible] oindè publicatis bonis non publicatur etiam feudum. Anton. Peregrin. *de iur.* [illegible] *c. Tit. 5. num. 106. &*

 ſeqq.

ſeqq. lib 5. Hartmann. Piſtoris *lib. 2. quæſtion. iur. quæſt. 15. n. 17. & ſeqq.* Henric. à. Roſenth. *Tract. feud. c. 10. concluſ. 37. n. 10.* Herm. Vultei. *lib. 1. de feud. c. 11. n 116.*

49 Altera communis opinionis ratio in eo conſiſtit, quòd inceſtuoſus efficitur infamis, & proindè Vaſallus eſſe, ac honeſtè in curiâ domini ſtare non poſſit; Verùm & hæc ratio infirmior eſt, quàm ut tutari communem opinionẽ poſſit, vaſallus enim non ob quamvis infamiam feudo ſuo privatur, ut textus indicat expreſſus in *d. Tit. 24. §. ſed quia, verſ. Illud enim lib. 2. Feud.* Vbi ICtus Feudiſta, Illud, ait, eſt certum, quòd non ex omni causâ ex quâ opinio Vaſalli gravatur, beneficium am ttitur, quib. ex verbis intelligitur, quòd non aliâ ex famosâ causâ vaſallus feudum amittat, quàm quæ nominatim cauſis amittendi feudum placitis feudorum connumeratur. Nec quicquam ad Interpretum opinionem de feudo ob infamiam vaſalli amittendo ſtabiliendam facit Text. in *Tit. 37. verſ. aliam feloniam, lib. 2. Feud.* Longè enim alius eſt ſenſus loci illius, ut in declarando proximè præcedenti exemplo oſtendi.

Quòd ſi infamiâ ſuâ vaſallus excluderetur feudo, retinere non poſſet feudum vaſallus ille, qui fratrem Domini occidit, qui-

que

que unum ex plurib. dominis cucurbitavit, totum amitteret feudum, non partem eius ſolius, quem cucurbitavit, cùm ut ille propter homicidium, ſic & hic propter adulterium infamis ſit, *l. infamem, 7. ff. de public Iudic. & l. Quod ergò 13. §. ult. ff. De his qui not. infam.* Sed vaſallus occidens fratrem Domini non amittit feudum, *d. Tit. 37. in princ.* Neq; vaſallus cucurbitans unum ex pluribus Dominis, aliorum Dominorum partes feudi amittit, ſed illam tantùm feudi partem, quæ pertinet ad dominum, quem cucurbitaſſe probatur, *Tit. 38. de vaſallo, qui contra Conſtitut. Loth. lib. 2. Feud.* Infamia ergò vaſalli non impedit quò minus ipſe feudum retinere poſſit.

Tertia communis opinionis ratio de inceſtuoſi vaſalli deportatione, æquè nullum hîc ad feudum amittendum arguendi vim habet. Vaſallus enim inceſtuoſus quando deportatur, amittit quidem feudum, at non directò per ſe & principaliter ob inceſtus crimen, ſed quia civis Romanus eſſe deſinit, & civium Romanorum jura perdit omnia, *§. cum autem is, Inſt. Quib. mod. ius. pat. pot. ſoluit. & §. Minor. Inſt. de cap. deminut. l. ſunt quidam, 17. §. 1. ff. de pœn. & l. 1. §. ſi quib. ff. de legat. 3.* Non, inquam, directò, per ſe, & principaliter vaſallus inceſtuoſus ob crimen inceſtus perdit 50

 feu-

feudum: Alioqui enim ſequeretur, quòd & vaſallus interficiendo fratrem Domini ſui, indignum ſe efficeret feudo ſuo, cùm homicidii pœna Iure Iuſtinianeo maior ſit, quàm inceſtus pœna. Quia autem vaſallus interficiendo fratrem Domini ſui non amittit feudum, ut ſuprà oſtēſum ex *d. Tit. 37. in princ. lib. 2. Feud.* conſequens ei eſt, quòd nec ob inceſtum principaliter feudo ſuo privetur vaſallus.

Accedit denique huc, quòd vaſalli ultimum ſuppliciũ vel deportatio, itemq; bonorum confiſcatio, non ad privatã Domini ultionem pertinet, ſed ad publicam ſpectat vindictam, *l. Locatio, 9. §. Quod illicitè, 5.* ibi, alterum vigor publicæ diſciplinæ poſtulat, *ff. de publican. & vectigal. l. ſi quis 11. in fin. C. de accuſat & l. 4. ff. de public. iudic.* Vnde evincitur, quòd, ut homicidium, in fratre Domini à Vaſallo commiſſum, non eſt feudale delictum, ita nec inceſtus vaſalli delictum ſit feudale, ob quod vaſallus principaliter per ſe, & directò feudo ſuo mulctari debeat.

§ 1 Quemadmodum in milite delictum, aliud eſt militare, ut quod tanquam miles admiſit, aliud eſt commune, *l. 2. in princ. & l. 6. in princ. ff. de re milit.* & pœna delicti alia militaris eſt, alia communis, *d. l. 2. §. 1. & §§. ſeqq. ff. d. t.*

Sic

Sic in vaſallo delictum aliud eſt feudale, aliud commune; & pœna vaſalli delinquentis alia eſt feudalis, alia communis. Feudale delictum eſt, quod vaſallus, uti vaſallus committit, & ob quod feudo ſuo principaliter & directò privatur, cuiuſmodi delicta proponuntur in *Tit. 5. & Tit. 16. lib. 1. Feud. Tit. 24. lib. 2. Feud.* Commune vaſalli delictum eſt, quod ut quilibet etiam non vaſallus, committit, & ob quod vaſallus, ut quilibet alius punitur, cuiuſmodi delictum eſt adulterium, ſtuprum, inceſtus, crimen læſæ Maieſtatis, cuius delicti pœna principaliter non eſt feudi amiſſio, ſed alia. Quod ſi tamen pœna illa communis ſit talis, ut per eam vaſallus civis Romanus eſſe deſinat, qualis eſt deportatio, amittit quidem feudum, at non principaliter & directò, ſed per conſequentiam. Propter inceſtum ergò obliquè & in conſequentiam feudo privatur vaſallus inceſtuoſus, propterea, quòd deportatus jura civium Romanorum amittit, proindeque vaſallus manere amplius non poteſt: Quòd ſi inceſtus pœna non eſſet deportatio, retineret vaſallus feudum ſuum, ſicuti retinet feudum ſuum vaſallus, qui fratrem Domini ſui occidit, ut & vaſallus, qui unum ex pluribus dominis cucurbitavit, retinet aliorum domino um partes in feudo. 61

52 Expeditæ hactenus quæſtioni ancipiti proxima eſt hæc: An poſſit dominus in feudali judicio coram paribus Curiæ principaliter ad feudi privationem contra vaſallum inceſtuoſum civiliter experiri, etiamſi vaſallus ille ob inceſtum criminaliter non ſit damnatus, neque eius bona publicata? Affirmativa probari hoc videtur arguměto, quòd vaſallus propter inceſtum ipſo jure privatur feudo ſuo, ut ſentit Bald. in *d. l. 1. n. 42. ff. de Rer. Diviſ.* & Alvarot. Baldum ſequutus in *Tit. 5. Quib. mod. feud. amittat, §. Item ſi fidelis, n. 14. lib. 1. Feud.* privatur quoque inceſtuoſus ipſo jure bonis ſuis reliquis, *gloſſ. in Auth. inceſtas nuptias, in voce*, Effectis- *C. de inceſtis & inutilib. nupt. gloſſ. in Novell. 12. de inceſt. & nefar. nupt. §. 1. in verb.* imminere. Iulius Clarius *lib. 5. ſent. §. Inceſtus, n. 2. verſ. Et ſcias*, per text. *in d. Novell. 12. §. 1.* ibi, Mox ei ſuarum rerum caſum imminere. Huic argumento adjungitur & illud, quòd ipſo jure, abſque judicis ſententiâ infamiâ notantur contrahentes inceſtas nuptias, & inceſtum cŏmittentes, arg. *l. 4. C. de inceſtis & inutilib. nupt.* Weſemb. *in Paratit. ff. de his qui not. infam.* Franciſc. Zarabella. *conſ. 129. n. 21.* Vbi ex hoc ſolo fundamento de infamiâ vaſalli inceſtum committentis, reſpondit, inceſtum committen-

tem

tem privari ſuo feudo, quia infamiâ notetur. Sed hæ rationes mihi tanti non videntur eſſe momenti, ut inde certò conſtare poſſit, quòd contra vaſallum in Curiâ Domini, ad feudi privationem civiliter agi poſſit, quamvis ipſe criminaliter non ſit damnatus. Et quia ex proximè præcedentis quæſtionis declaratione abundè cognoſcitur, feudum ob crimen inceſtus, per ſe & principaliter non amitti, ſed per conſequentiam, ſi inceſtuoſus criminaliter condemnetur, patet inde omiſſo criminali judicio, ad feudi amiſſionem Civiliter in feudali judicio, coram parib. Curiæ agi non poſſe.

Non obſtat argumentum Baldi, Alvaroti, & aliorum, quòd ipſo jure vaſallus propter inceſtum feudo ſuo privetur, id enim ſimpliciter negandum, per rationes in explicatione præcedentis quæſtionis prolatas, Quòd ſi ipſo jure abſque criminali ad deportationẽ datâ ſentẽtiâ inceſtuoſus bonorum ſuorum dominium amitteret, liberi ipſius, etiam honeſtè quæſiti, non ſuccederent in eius bona, ut quæ per inceſtum eſſent amiſſa; Quia autem ipſi ſuccedunt, per text. *in Novell. 12. c. 28. & Auth. inceſtas, C. de inceſtis & inutil. nupt.* liquet indè, quòd inceſtuoſus ipſo jure bonorum ſubſtantiam ob ſolum crimen illud, non amittat. 53

54 Non tuetur etiam aientem opinionem, quòd inceſtuoſus infamiâ ipſo jure notari dicitur, ipſa enim infamia vaſalli, per ſe non eſt cauſa amittendi feudum, ut docui ſuprà ex *Tit. 24. §. ſed quia, verſ. illud enim, lib. 2. Feud.* Non poteſt ergò dominus feudi ob vaſalli inceſtum ad feudi privationem, cõtra ipſum vaſallum in feudali judicio parium Curiæ civiliter experiri.

55 Quæritur hâc in materiâ & illud, ſi com muni ex ſententiâ Dd. vaſallus ob inceſtum ſuum feudo privari poſſet, num de quovis inceſtu intelligendum illud ſit? Inceſtus alius eſt juris naturę, ſive Gentium juris, alius juris Civilis. *l. ſi adulterium 38. §. quare. ff. ad Leg. Iul. de adulter. l. ult. ff. de Ritu nupt. & l. ult. ff. de condict. ſine cauſ.*

56 Iuris Gentium inceſtus eſt, qui contra divinum & naturale jus committitur inter parentes & liberos in infinitum, *d. l. ult. ff. de rit. nupt.* item inter quoſdam affines, putà qui ſunt parentum & liberorũ loco, veluti inter Novercam & privignum, inter vitricum & privignam, inter ſocerum & nurum, inter ſocrum & generum, *d. l. ſi adulterium 38. in princ. & §. 1. ff. ad leg. Iul. de adult. l. uxorem, 15. ff. de rit. nupt. l. ſi quis, 5. ff. de quæſtionib. l. ult. §. 1. ff. de condict. ſine cauſ.* Huius generis inceſtus

ſtus fuit, quem Loth cum filiabus ſuis commiſit, de quo Geneſ. c. 19. Committitur quoque inceſtus jure Gentium cum ſorore, *l. Libertinus 8. ff. de rit. nupt.* ubi matri jungitur ſoror, & per mores ſignificatur ius Gentium ut & in *l. ſororis 39. ff. d. t.* Cuiac. *ad d. l. 38. ff. ad L. Iul. de adult. in comment. in lib. 36. quaeſt. Papin.* Eiuſmodi inceſtum commiſit filius Davidis Ammon cum ſorore Thamar, *lib. 2. Reg. c. 13.*

Inceſtus juris Civilis eſt, qui committitur cum fratris vel ſororis filiâ, aut nepte, vel pronepte, itẽ cum amitâ, vel materterâ, cum amitâ magnâ, vel materterâ magnâ, cũ uxore fratris, & cum ſorore uxoris *d. l. ult. verſ. Qui verò ff. de Rit. nupt.* Cuiac. *in comment. in l. 38. ff. ad L. Iul. de Adult. lib. 36. quaeſt. Papin.* 57

His cognitis, poſito veram eſſe Dd. opinionem de feudo ob inceſtum amittendo, videndum, an ob inceſtum utriuſque generis, feudo ſuo privetur vaſallus? Ob inceſtum juris naturæ ſive Gentium juris, multari vaſallum feudo ſuo hæſitandum non eſt, ſi veritas aſſiſtit Dd. opinioni, de feudo propter inceſtum amittendo, de hoc enim inceſtu agit Conſtitutio Iuſtiniani Imp. *in d. Novell. 12.* ex quâ extructa eſt Dd. opinio de feudo ob inceſtum amittendo, de hoc inquam in- 58

ceſtu agit *d. Novell. 12* ut arguunt verba hæc, Contrarias naturæ, item verba quæ impia ſunt, & ſceleſta. Inceſt⁹ naturæ cõtrari⁹ is ſolùm dicitur, qui inter aſcendentes & deſcendentes committitur, *d. l. ult. ff. de rit. nupt. & l. ult. in fin. ff. de condict. ſine cauſ.*

59 De inceſtu juris Civilis tantùm, ut & juris Canonici, qui non eſt contra Divinum & naturæ ius, idem ſentit Conrad. Rittershuſ. *lib. 2. part. feud. c. 5. n. 122.* ubi ſcribit, quoad amiſſionem feudi, non diſtinguimus inter genera inceſtus. Atqui verius eſt, ob juris Civilis inceſtum non multari vaſallum feudo ſuo, Textus enim in *Novell. 12. c. 1.* eſt tantùm de eo inceſtu, qui ut modò oſtendi, contra ius naturæ, & divinum commiſſus eſt, cuiuſmodi inceſtus non committitur inter duorum fratrum vel ſororum liberos, & qui ulterioris ſunt gradus. In Levitico enim *cap. 18. & 20.* ubi gradus prohibiti recenſentur, non reperiuntur jam dicti cognati.

60 Fatetur quoq; Divus Auguſtinus *lib. 15. de Civitat. Dei, c. 16.* quòd jure divino matrimonium inter conſobrinos, & duorum fratrum filios non ſit prohibitum. Exemplum quoque extat huius liciti matrimonii Geneſ. *24. & 29.* de Iſaaco & Rebecca: Iacobo & Rachaele. Quin etiam gradus hic jure

Civili

Civili prohibitus non eſt, ſed potius admiſſus, ut duorum fratrum & ſororum liberi nuptias contrahant §. *Duorum autem*, *Inſt. de Nupt. l. 3. l. non ſolum ff. de Ritu nupt. & l. in celebrandis, C. d. t.*

61 Iure quidem Canonico inter cognatos prohibitæ ſunt conjunctiones matrimoniales uſq; ad gradum quartum, *c. non debet, Extr. de conſang. & affin.* Verùm pœna inceſtus definita in d. *Novell. 12. & Auth. inceſtus, C. de inceſt. & inut. nupt.* non extẽditur ad eum uſq; gradum, ut ſentit etiam Ioannes Faber *in §. ſi adverſus ea, Inſt. de nupt.* & Sonsbeck. *in commentar. in uſus feud. part. 12. n. 57.* Et hanc in ſententiam conſuluit etiam Calderin. *Conſil. 2. conſang. & affinit.* Tùm etiam Modeſtin. Piſtoris *conſ. 35. n. 20. & ſeqq. vol. 2.*

62 Non eſt putandum, quòd Iuſtinianeum ius, *in d. Novell. 12. & Auth. inceſtus, C. de inceſtis & inutil. nupt.* correctum ſit per ius Canonicũ in *d. c. Non debet, Extr. de conſang. & affinit.* Etſi enim hoc Canonicum ius poſterius fuerit conſtitutione illâ Iuſtinianeâ, quia tamen expreſsè & nominatim non corrigit Cæſareum illud ius, quoad pœnam criminis inceſtus, haud putandum eſt, immutatum eſſe Imperatorium illud ius in pœnâ inceſtus, per text. in *c. 1. Tit. de conſtit. in 6. & l. præcipi-*

cipimus,32.§.ult. C. de Appellat. Et licet Principum leges non dedignetur ſequi Sacros Canones *c. Clerici,Extr. de iudic.c.1. Extr. de Novi operis nunciat. c. ult. Extr. de ſecund. nupt. Novell. 5. c. 2. §. Sancimus.& Novell.83. in fin.* Non tamen uſquam ſequuntur Pontificiam conſtitutionem in *d. c. Non debet,Extr. de conſang. & affinit.* promulgatam, & quia Legislatio iſthæc Pontificia poſterior eſt d. conſt. Novell. 12. ad hanc illa trahi,& hæc ad illam debet,ut ambæ ſalvæ maneant,*l. Non eſt novum, 26,& l. ſeq. ff. de legib,*;maximè cum poſterior hæc priori non ſit manifeſtè contraria, ut quæ de inceſtus juris Gentium pœnâ agit, hæc verò de gradibus ad quos uſque cognati nuptias contrahere poſſunt.

Ex prædictis ergò manifeſtum redditur, quòd licet recipi poſſet communis illa opinio de feudo propter inceſtum amittendo, eam tamen opinionem extendendam non eſſe ultra inceſtum juris Gentium,cùm pœna inceſtus propoſita in *d. Novell. 12. & Auth. inceſtas, C. de inceſtis & inutil. nupt.* pertineat tantùm ad naturæ ſive juris Gentium inceſtum,non etiam ad inceſtum juris Civilis, ut hactenus oſtendi.

63 Non eſt omittenda hoc loco hæc etiam quæſtio,an vaſallus propter inceſtum crimi-

nali-

naliter damnatus, atque ita feudo etiam, ex Dd. opinione privatus, poſteà verò Principis indulgentiâ reſtitutus, feudum etiam ab ipſo Domino, vel agnatis, ad quos pervenit, recipiat, nec nè? Negativæ inhærere videntur Bald. in *d. l. 1. n. 42. quæſt. 51. ff. de Rer. Diviſ.* Ludolph. Schrad. *Tract. feud. part. 9. c. 3. n. 1.* Baro à Tautenberg *ad Tit. Quib. mod. feud. amitt. §. item ſi fidelis in fin. lib. 1. Feud.* Zaſius *Tract. feud. part. 10. n. 29.* Sonsbeck. *in comment. in uſus feud. part. 12. n. 57.* & alii, quos citat Henric. à Roſenthal *Tract. de feud. c. 10. concluſ. 57. ſub lit.* C. qui omnes tradunt, etiamſi Papa diſpenſaret poſteà, ut vaſallus & cognata eius qui inceſtum commiſerunt, conjuges fierent, vaſallus tamen ille feudum ad dominum, vel agnatos translatum, non recuperet: Quod de Pontificis diſpenſatione traditur, intelligendum etiam de reſtitutione vaſalli indulgentiâ Principis factâ, ſi dominus vel agnatus vaſalli ob inceſtus crimen adeptus ſit feudum. Ita ſentiunt Dd. communiter, quos citant & ſequuntur Menoch. *de recup. poſſ. remed. 10. n. 101. & ſeqq.* Andr. Gail. *lib. 2. de pac. pub. c. 19. n. 4. 9. 11. & 12.* Ioann. Schoner. *diſp. feud. 11. th. 71.* ubi alios hanc in ſententiam allegat.

Huius

64 Huius concluſionis ratio hæc eſſe videtur, quòd reſtitutio non trahitur ad ea, quæ aliis ſunt quæſita; cùm Princeps non præſumatur adimere velle, quod alii quæſitum fuit, *l. 2. §. meritò, & §. ſi quis à Principe, ff. Ne quid in loc. publ. l. Nec avus 4. C. de emancipationib. liberor. &c. Quamvis Tit. de reſcript. in 6.*

65 Confert huc quòd Clericus depoſitus, & poſteà reſtitutus, non recuperat beneficium alteri collatum. Panormitan. *in c. Ex tua, n. 15. Extr. de Clericis non reſidentib.* quodq; Doctor civitate pulſus, & poſteà reſtitutus, non recuperat priſtinum locum in Collegio Doctorum, ſed pro novitio habendus eſt, ut tenet Bartolus in *l. Gallus 29. §. Et quid ſi tantùm, n. 12.* Iaſon *ibid. n. 59. & 71. ff. de lib. & poſth.* Menoch. *de recup. poſſ. d. Remed. 10. n. 101. & ſeqq.* Andr. Gail. *d. lib. 2. de pub. pac. c. 19. n. 6.*

66 Quòd deniq; Doctor lecturâ ſuâ, ob admiſſum quoddã crimẽ privatus, ſed poſteà reſtitutus, nõ cenſetur reſtitutus etiam ad lecturam, cui alius quiſpiam poſt condemnationem pendente privatione, præpoſitus fuit, Lucas de pennâ, *in l. cum allegatis 5. col. 4. C. de re milit. lib. 12.*

67 Sed non obſtantibus hiſce rationibus, dicendum puto, quòd Principis indulgentiâ reſti-

reſtitutus hic vaſallus, feudum ſuum propter inceſtus crimen amiſſum, recuperet, etiamſi Dominus, vel agnatus ad ſe traxerit illud; Quando enim bona alicui, ex ſolâ eius condemnatione adimuntur, tunc reſtitutione ſequutâ, reddenda illa ſunt eidem, per text. *in l. ſive Patronus 21. in princ. ff. de iure Patronat. l. 1. §. Filio, 4. ff. ad SCtum Tertyll. l. ſed ſi hâc lege 10. §. ſed ſi per pœnam ff. de in ius vocand. l. 1. §. ult. ff. de bonor. poſſeſſ. cont. tab. l. ult. in princ. & §. ult. C. de ſententiam paſſis & reſtitutis*, ubi eleganter Conſtantinus Imperator, tantum, ait, ad reſtitutionem valeat, quantum ad correctionem ſententia valuit; utque deportationis ipſum per ſe nomen, rerum omnium ſpoliatio eſt, ita indulgentiæ reſtitutio, bonorum ac dignitatis, uno nomine amiſſorum omnium ſit recuperatio.

Confirmat eandem hanc aſſertionem, 68
quòd omnis alienatio, immediatè ex ſententiâ deſcendens, per reſtitutionem reſcinditur, quippe cùm ita reducatur cauſa ad non cauſam, textus eſt notabilis in *l. ſi quis filio 6. §. quatenus 12. verſ. ergò & ſi quis ff. de iniuſt. rupt. irrit. facto teſtamento.*

Denique accedit in tutelam pronunciati 69
huius autoritas Baldi in *Tit. 28. Hîc finitur lex, num. 8.* & ibidem Iacob. de Belviſo *verſ. ter-*

tiò quia, *lib. 2. Feud.* Iaſon *in l. Gallus 29. §. Et quid ſi tantum, n. 75. ff. de lib. & poſthum.* Caſtrenſis *in l. intercidit 59. n. 1. ff. de condit. & demonſt.*
70 Non tuetur priorem opinionem quòd Princeps non præſumitur adimere velle, quod alii ex bonis rei quæſitũ fuit: Procedit n. hæc ſẽtentia in eo, quòd ex bonis condemnati rei titulo ſingulari, putà venditione, aut donatione, tertio alicui fuit quæſitum, ut quando tertius ille quid emit à Fiſco, aut ab eo donationis, vel quo alio titulo quid accepit, quod rei cõdemnati fuit, *§ Edicto Divi Marci, verſ. conſtitutio autem, Inſt. de uſucap. & l. 2. C. de quadrienn. præſcript.* Quando verò Fiſcus ipſemet adhuc bona illa poſſidet, & nondum tranſtulit ad alium tertium aliquem: Tunc reſtitutio facta intelligitur etiam quoad ipſa bona, quæ reus propter cõdemnationem amiſit nondum autem ad tertium aliquem trãſlata ſunt. Atque hoc modo limitatur Regula, quâ dicitur, quòd reſtitutio gratiâ Principis facta non extendatur ad bona poſt condemnationem ad alium translata, ut tradunt poſt alios Menoch. *de recup. poſſ. ff. d. Remed. 10. n. 116. in fin.* & Andr. Gail. *lib. 2. de pac. pub. c. 19. num. 3. 9. 16. verſ. ſed ut ad propoſitum.*

71 Exempla quoque de Clerico, & Doctore per Principem reſtitutis intelligenda ſunt de bene-

beneficio & profeſſione tertio cuidam commiſsâ, non quæ adhuc vacat, ut ex Menochio & Gailio citatis anteà locis evincitur.

Feudum ergò quod propter inceſtum, ad inceſtuoſi vaſalli Dominum, vel agnatum pervenit, & ab ipſo Domino, aut agnato adhuc poſſidetur, reddendum eſt vaſallo Principis indulgentiâ reſtituto, ſi verò Dominus, aut vaſalli agnatus amplius non poſſideat feudum hoc, ſed quidam tertius illud juſto titulo jam teneat, putà ex donatione, emptione, tunc ab ipſo vaſallus reſtitutus recuperare illud amplius non poteſt, cùm poſſeſſor ille non ex condemnatione vaſalli, ſed alio ſingulari ex titulo feudum hoc poſſideat, ut ait Andr. de Iſernia ad *Tit. 14. de vaſallo, decrepitæ ætatis., n. 5. lib. 2. Feud.* & huc pertinent textus pro concluſione contrariâ ſuperius adducti. 72

Quæritur etiam de adulterio, & ſtupro quod vaſallus extraneę intulit perſonę, num crimen illud cauſa ſit amittẽdi feudum? Aiẽs opinio placet Iacobo de Ardizone, & Alvaroto in *Tit. 37. An ille qui interfecit fratrem Domini ſui, lib. 2. Feud.* Nec diſplicet quibuſdam aliis, quos citat Henric. à Roſenth. *Tract. feud. c. 10. concluſ. 36. in addit. ad lit.* K. 73

Negans verò enunciatum veritati pro- 74

52 Expeditæ hactenus quæſtioni ancipiti proxima eſt hæc: An poſſit dominus in feudali judicio coram paribus Curiæ principaliter ad feudi privationem contra vaſallum inceſtuoſum civiliter experiri, etiamſi vaſallus ille ob inceſtum criminaliter non ſit damnatus, neque eius bona publicata? Affirmativa probari hoc videtur argumẽto, quòd vaſallus propter inceſtum ipſo jure privatur feudo ſuo, ut ſentit Bald. in *d. l. 1. n. 42. ff. de Rer. Diviſ.* & Alvarot. Baldum ſequutus in *Tit. 5. Quib. mod. feud. amittat, §. Item ſi fidelis, n. 14. lib. 1. Feud.* privatur quoque inceſtuoſus ipſo jure bonis ſuis reliquis, *gloſſ. in Auth. inceſtas nuptias, in voce,* Effectis- *C. de inceſtis & inutilib. nupt. gloſſ. in Novell. 12. de inceſt. & nefar. nupt. §. 1. in verb.* imminere. Iulius Clarius *lib. 5. ſent. §. Inceſtus, n. 2. verſ. Et ſcias,* per text. *in d. Novell. 12. §. 1.* ibi, Mox ei ſuarum rerum caſum imminere. Huic argumento adjungitur & illud, quòd ipſo jure, abſque judicis ſententiâ infamiâ notantur contrahentes inceſtas nuptias, & inceſtum cõmittentes, arg. *l. 4. C. de inceſtis & inutilib. nupt.* Weſemb. *in Paratit. ff. de his qui not. infam.* Franciſc. Zarabella. *conſ. 129. n. 21.* Vbi ex hoc ſolo fundamento de infamiâ vaſalli inceſtum committentis, reſpondit, inceſtum committen-

tem

tem privari ſuo feudo, quia infamiâ notetur. Sed hæ rationes mihi tanti non videntur eſſe momenti, ut inde certò conſtare poſſit, quòd contra vaſallum in Curiâ Domini, ad feudi privationem civiliter agi poſſit, quamvis ipſe criminaliter non ſit damnatus. Et quia ex proximè præcedentis quæſtionis declaratione abundè cognoſcitur, feudum ob crimen inceſtus, per ſe & principaliter non amitti, ſed per conſequentiam, ſi inceſtuoſus criminaliter condemnetur, patet inde omiſſo criminali judicio, ad feudi amiſſionem Civiliter in feudali judicio, coram parib. Curiæ agi non poſſe.

Non obſtat argumentum Baldi, Alvaroti, & aliorum, quòd ipſo jure vaſallus propter inceſtum feudo ſuo privetur, id enim ſimpliciter negandum, per rationes in explicatione præcedentis quæſtionis prolatas, Quòd ſi ipſo jure abſque criminali ad deportationẽ datâ ſentẽtiâ inceſtuoſus bonorum ſuorum dominium amitteret, liberi ipſius, etiam honeſtè quæſiti, non ſuccederent in eius bona, ut quæ per inceſtum eſſent amiſſa; Quia autem ipſi ſuccedunt, per text. *in Novell. 12. c. 28. & Auth. inceſtas, C. de inceſtis & inutil. nupt.* liquet indè, quòd inceſtuoſus ipſo jure bonorum ſubſtantiam ob ſolum crimen illud, non amittat. 53

Tt 5 Non

54 Non tuetur etiam aientem opinionem, quòd inceſtuoſus infamiâ ipſo jure notari dicitur, ipſa enim infamia vaſalli, per ſe non eſt cauſa amittendi feudum, ut docui ſuprà ex *Tit. 24. §. ſed quia, verſ. illud enim, lib. 2. Feud.* Non poteſt ergò dominus feudi ob vaſalli inceſtum ad feudi privationem, cõtra ipſum vaſallum in feudali judicio parium Curiæ civiliter experiri.

55 Quæritur hâc in materiâ & illud, ſi communi ex ſententiâ Dd. vaſallus ob inceſtum ſuum feudo privari poſſet, num de quovis inceſtu intelligendum illud ſit? Inceſtus alius eſt juris naturę, ſive Gentium juris, alius juris Civilis. *l. ſi adulterium 38. §. quare, ff. ad Leg. Iul. de adulter. l. ult. ff. de Ritu nupt. & l. ult. ff. de condict. ſine cauſ.*

56 Iuris Gentium inceſtus eſt, qui contra divinum & naturale jus committitur inter parentes & liberos in infinitum, *d. l. ult. ff. de rit. nupt.* item inter quoſdam affines, putà qui ſunt parentum & liberorũ loco, veluti inter Novercam & privignum, inter vitricum & privignam, inter ſocerum & nurum, inter ſocrum & generum, *d. l. ſi adulterium 38. in princ. & §. 1. ff. ad leg. Iul. de adult. l. uxorem, 15. ff. de rit. nupt. l. ſi quis, 5. ff. de quæſtionib. l. ult. §. 1. ff. de condict. ſine cauſ.* Huius generis inceſtu

ſtus fuit, quem Loth cum filiabus ſuis commiſit, de quo Geneſ. c. 19. Committitur quoque inceſtus jure Gentium cum ſorore, *l. Libertinus 8. ff. de rit. nupt.* ubi matri jungitur ſoror, & per mores ſignificatur ius Gentium ut & in *l. ſororis 39. ff. d. t.* Cuiac. *ad d. l. 38. ff. ad L. Iul. de adult. in comment. in lib. 36. quæſt. Papin.* Eiuſmodi inceſtum commiſit filius Davidis Ammon cum ſorore Thamar, *lib. 2. Reg. c. 13.*

57 Inceſtus juris Civilis eſt, qui committitur cum fratris vel ſororis filiâ, aut nepte, vel pronepte, itẽ cum amitâ, vel materterâ, cum amitâ magnâ, vel materterâ magnâ, cũ uxore fratris, & cum ſorore uxoris *d. l. ult. verſ. Qui verò ff. de Rit. nupt.* Cuiac. *in comment. in l. 38. ff. ad L. Iul. de Adult. lib. 36. quæſt. Papin.*

58 His cognitis, poſito veram eſſe Dd. opinionem de feudo ob inceſtum amittendo, videndum, an ob inceſtum utriuſque generis, feudo ſuo privetur vaſallus? Ob inceſtum juris naturæ ſive Gentium juris, multari vaſallum feudo ſuo hæſitandum non eſt, ſi veritas aſſiſtit Dd. opinioni, de feudo propter inceſtum amittendo, de hoc enim inceſtu agit Conſtitutio Iuſtiniani Imp. *in d. Novell. 12.* ex quâ extructa eſt Dd. opinio de feudo ob inceſtum amittendo, de hoc inquam inceſtu

ceſtu agit *d. Novell. 12* ut arguunt verba hæc, Contrarias naturæ, item verba quæ impia ſunt, & ſceleſta. Inceſt⁹ naturæ cõtrari⁹ is ſolùm dicitur, qui inter aſcendentes & deſcendentes committitur, *d. l. ult. ff. de rit. nupt. & l. ult. in fin. ff. de condict. ſine cauſ.*

59 De inceſtu juris Civilis tantùm, ut & juris Canonici, qui non eſt contra Divinum & naturæ ius, idem ſentit Conrad. Rittershuſ. *lib. 2. part. feud. c. 5. n. 122.* ubi ſcribit, quoad amiſſionem feudi, non diſtinguimus inter genera inceſtus. Atqui verius eſt, ob juris Civilis inceſtum non multari vaſallum feudo ſuo, Textus enim in *Novell. 12. c. 1.* eſt tantùm de eo inceſtu, qui ut modò oſtendi, contra ius naturæ, & divinum commiſſus eſt, cuiuſmodi inceſtus non committitur inter duorum fratrum vel ſororum liberos, & qui ulterioris ſunt gradus. In Levitico enim *cap. 18. & 20.* ubi gradus prohibiti recenſentur, non reperiuntur jam dicti cognati.

60 Fatetur quoq; Divus Auguſtinus *lib. 15. de Civitat. Dei, c. 16.* quòd jure divino matrimonium inter conſobrinos, & duorum fratrum filios non ſit prohibitum. Exemplum quoque extat huius liciti matrimonii Geneſ. *24. & 29.* de Iſaaco & Rebecca: Iacobo & Rachaele. Quin etiam gradus hic jure Civili

Civili prohibitus non eſt, ſed potius admiſſus, ut duorum fratrum & ſororum liberi nuptias contrahant §. *Duorum autem*, *Inſt. de Nupt. l. 3. l. non ſolum ff. de Ritu nupt. & l. in celebrandis, C. d. t.*

Iure quidem Canonico inter cognatos prohibitæ ſunt conjunctiones matrimoniales uſq; ad gradum quartum, *c. non debet, Extr. de conſang. & affin.* Verùm pœna inceſtus definita in d. *Novell. 12. & Auth. inceſtus, C. de inceſt. & inut. nupt.* non extẽditur ad eum uſq; gradum, ut ſentit etiam Ioannes Faber *in §. ſi adverſus ea, Inſt. de nupt.* & Sonsbeck. *in commentar. in uſus feud. part. 12. n. 57.* Et hanc in ſententiam conſuluit etiam Calderin. *Conſil. 2. conſang. & affinit.* Tùm etiam Modeſtin. Piſtoris *conſ. 35. n. 20. & ſeqq. vol. 2.* 61

Non eſt putandum, quòd Iuſtinianeum ius, *in d. Novell. 12. & Auth. inceſtus, C. de inceſtis & inutil. nupt.* correctum ſit per ius Canonicũ in *d. c. Non debet, Extr. de conſang. & affinit.* Etſi enim hoc Canonicum ius poſterius fuerit conſtitutione illâ Iuſtinianeâ, quia tamen expreſsè & nominatim non corrigit Cæſareum illud ius, quoad pœnam criminis inceſtus, haud putandum eſt, immutatum eſſe Imperatorium illud ius in pœnâ inceſtus, per text. in *c. 1. Tit. de conſtit. in 6. & l. præcipi-* 62

cipimus,32.§.ult.C. de Appellat. Et licet Principum leges non dedignētur ſequi Sacros Canones *c. Clerici,Extr. de iudic.c.1. Extr. de Novi operis nunciat. c. ult. Extr. de ſecund. nupt. Novell. 5. c. 2. §. Sancimus.& Novell.83. in fin.* Non tamen uſquam ſequuntur Pontificiam conſtitutionem in *d. c. Non debet,Extr. de conſang. & affinit.* promulgatam, & quia Legislatio iſthæc Pontificia poſterior eſt d. conſt.Novell. 12. ad hanc illa trahi,& hæc ad illam debet,ut ambæ ſalvæ maneant,*l. Non eſt novum, 26,& l. ſeq.ff. de legib,*;maximè cum poſterior hæc priori non ſit manifeſtè contraria, ut quæ de inceſtus juris Gentium pœnâ agit, hæc verò de gradibus ad quos uſque cognati nuptias contrahere poſſunt.

Ex prædictis ergò manifeſtum redditur, quòd licet recipi poſſet communis illa opinio de feudo propter inceſtum amittendo, eam tamen opinionem extendendam non eſſe ultra inceſtum juris Gentium,cùm pœna inceſtus propoſita in *d. Novell. 12. & Auth. inceſtas, C. de inceſtis & inutil. nupt.* pertineat tantùm ad naturæ ſive juris Gentium inceſtum,non etiam ad inceſtum juris Civilis, ut hactenus oſtendi.

63 Non eſt omittenda hoc loco hæc etiam quæſtio,an vaſallus propter inceſtum crimi-

nali-

naliter damnatus, atque ita feudo etiam, ex Dd. opinione privatus, poſteà verò Principis indulgentiâ reſtitutus, feudum etiam ab ipſo Domino, vel agnatis, ad quos pervenit, recipiat, nec nè? Negativæ inhærere videntur Bald. in *d. l. 1. n. 42. quæſt. 51. ff. de Rer. Diviſ.* Ludolph. Schrad. *Tract. feud. part. 9. c. 3. n. 1.* Baro à Tautenberg *ad Tit. Quib. mod. feud. amitt. §. item ſi fidelis in fin. lib. 1. Feud.* Zaſius *Tract. feud. part. 10. n. 29.* Sonsbeck. *in comment. in uſus feud. part. 12. n. 57.* & alii, quos citat Henric. à Roſenthal *Tract. de feud. c. 10. concluſ. 37. ſub lit.* C. qui omnes tradunt, etiamſi Papa diſpenſaret poſteà, ut vaſallus & cognata eius qui inceſtum commiſerunt, conjuges fierent, vaſallus tamen ille feudum ad dominum, vel agnatos translatum, non recuperet: Quod de Pontificis diſpenſatione traditur, intelligendum etiam de reſtitutione vaſalli indulgentiâ Principis factâ, ſi dominus vel agnatus vaſalli ob inceſtus crimen adeptus ſit feudum. Ita ſentiunt Dd. communiter, quos citant & ſequuntur Menoch. *de recup. poſſ. remed. 10. n. 101. & ſeqq.* Andr. Gail. *lib. 2. de pac. pub. c. 19. n. 4. 9. 11. & 12.* Ioann. Schoner. *diſp. feud. 11. th. 71.* ubi alios hanc in ſententiam allegat.

Huius

64 Huius concluſionis ratio hæc eſſe videtur, quòd reſtitutio non trahitur ad ea, quæ aliis ſunt quæſita; cùm Princeps non præſumatur adimere velle, quod alii quæſitum fuit, *l. 2. §. meritò, & §. ſi quis à Principe, ff. Ne quid in loc. publ. l. Nec avus 4. C. de emancipationib. liberor. &c. Quamvis Tit. de reſcript. in 6.*

65 Confert huc quòd Clericus depoſitus, & poſteà reſtitutus, non recuperat beneficium alteri collatum. Panormitan. *in c. Ex tua, n. 15. Extr. de Clericis non reſidentib.* quódq; Doctor civitate pulſus, & poſteà reſtitutus, non recuperat priſtinum locum in Collegio Doctorum, ſed pro novitio habendus eſt, ut tenet Bartolus in *l. Gallus 29. §. Et quid ſi tantùm, n. 12.* Iaſon *ibid. n. 59. & 71. ff. de lib. & poſth.* Menoch. *de recup. poſſ. d. Remed. 10. n. 101. & ſeqq.* Andr. Gail. *d. lib. 2. de pub. pac. c. 19. n. 6.*

66 Quòd deniq; Doctor lecturâ ſuâ, ob admiſſum quoddã crimẽ privatus, ſed poſteà reſtitutus, nõ cenſetur reſtitutus etiam ad lecturam, cui alius quiſpiam poſt condemnationem pendente privatione, præpoſitus fuit, Lucas de pennâ, *in l. cum allegatis 5. col. 4. C. de re milit. lib. 12.*

67 Sed non obſtantibus hiſce rationibus, dicendum puto, quòd Principis indulgentiâ reſti-

reſtitutus hic vaſallus, feudum ſuum propter inceſtus crimen amiſſum, recuperet, etiamſi Dominus, vel agnatus ad ſe traxerit illud; Quando enim bona alicui, ex ſolâ eius condemnatione adimuntur, tunc reſtitutione ſequutâ, reddenda illa ſunt eidem, per text. *in l. ſive Patronus 21. in princ. ff. de iure Patronat. l. 1. § Filio, 4. ff. ad SCtum Tertyll. l. ſed ſi hâc lege 10. §. ſed ſi per pœnam ff. de in ius vocand. l. 1. §. ult. ff. de bonor. poſſeſſ. cont. tab. l. ult. In princ. & §. ult. C. de ſententiam paſſis & reſtitutis*, ubi eleganter Conſtantinus Imperator, tantum, ait, ad reſtitutionem valeat, quantum ad correctionem ſententia valuit; utque deportationis ipſum per ſe nomen, rerum omnium ſpoliatio eſt, ita indulgentiæ reſtitutio, bonorum ac dignitatis, uno nomine amiſſorum omnium ſit recuperatio.

Confirmat eandem hanc aſſertionem, quòd omnis alienatio, immediatè ex ſententiâ deſcendens, per reſtitutionem reſcinditur, quippe cùm ita reducatur cauſa ad non cauſam, textus eſt notabilis in *l. ſi quis filio 6. §. quatenus 12. verſ. ergò & ſi quis ff. de inIuſt. rupt. irrit. facto teſtamento.* 68

Denique accedit in tutelam pronunciati huius autoritas Baldi in *Tit. 28. Hîc finitur lex, num. 8.* & ibidem Iacob. de Belviſo *verſ. ter-* 69

beneficio & profeſſione tertio cuidam commiſsâ, non quæ adhuc vacat, ut ex Menochio & Gailio citatis anteà locis evincitur.

Feudum ergò quod propter inceſtum, ad inceſtuoſi vaſalli Dominum, vel agnatum pervenit, & ab ipſo Domino, aut agnato adhuc poſſidetur, reddendum eſt vaſallo Principis indulgentiâ reſtituto, ſi verò Dominus, aut vaſalli agnatus amplius non poſſideat feudum hoc, ſed quidam tertius illud juſto titulo jam teneat, putà ex donatione, emptione, tunc ab ipſo vaſallus reſtitutus recuperare illud amplius non poteſt, cùm poſſeſſor ille non ex condemnatione vaſalli, ſed alio ſingulari ex titulo feudum hoc poſſideat, ut ait Andr. de Iſernia ad *Tit. 14. de vaſallo, decrepitæ ætatis, n. 5. lib. 2. Feud.* & huc pertinent textus pro concluſione contrariâ ſuperius adducti. 72

Quæritur etiam de adulterio, & ſtupro quod vaſallus extraneę intulit perſonę, num crimen illud cauſa ſit amittẽdi feudum? Aiẽs opinio placet Iacobo de Ardizone, & Alvaroto in *Tit. 37. An ille qui interfecit fratrem Domini ſui, lib. 2. Feud.* Nec diſplicet quibuſdam aliis, quos citat Henric. à Roſenth. *Tract. feud. c. 10. concluſ. 36. in addit. ad lit. K.* 73

Negans verò enunciatum veritati pro- 74

Vu 4 pius

pius eſt, & à pleriſq; non injuriâ verius exiſtimatur. Nuſquam enim in jure feudali adulterium cauſis amittendi feudum connumeratur. Et quia feudi amiſſio pœna quædam eſt vaſalli, nõ ex quâvis, ſed feudali culpâ procedens, *Tit. 11. in princ. lib. 1. Feud.* Adulterium autem culpa feudalis non eſt, cùm per adulterium vaſalli cum extraneâ muliere commiſſum, nulla Domino injuria adferatur, haud verè dici poteſt, propter adulterium feudo ſuo privari vaſallum.

75 Accedit huc & illud, quòd ſpecialiter feudorum jure cautum eſt, ut feudum ſuum amittat vaſallus ille, qui cum Domini ſui uxore, aut filiâ, aut nepte ex filio, aut nuru, aut ſorore in domo Domini manente concubuit. *Tit. 5. §. item ſi fidelis lib. 1. Feud. & Tit. 24. §. Rurſus, lib. 2. Feud.* Non ergò porrigendum illud ad quodvis adulterium vel ſtuprum aliud; Incluſio enim unius eſt excluſio alterius, & pœnalia jura extendẽda non ſunt, per jura vulgata.

79 Poſtremò hanc ſententiam optimè quoq; probat text. in *Tit. 38. de vaſallo, qui contra conſtitutionem Lotharii Regis beneficium alienavit. verſ. Et ideò lib. 2. Feud.* ubi lex feudalis diſertè diſponit, quòd vaſallus, qui plures habet Dominos, & cum uxore unius ex ipſis Dominis

minis, committit adulterium, non univerſum feudum ſuum, ſed eam tantùm feudi partem amittat, quam ab eo tenet Domino, cuius uxorem adulterio polluit. Vnde generaliter concludendum, quòd vaſallus non amittat feudum propter adulterium, quod cum aliâ, quàm Domini uxore commiſit, & hanc ampleℓtũtur cõcluſionem poſt alios Frider. Schenck. Baro ad *d. Tit. 38. in ptinc. n. 3. lib. 2. Feud.* Curt. Iun. *tract. feud. part. 4. n. 77.* Sonsbeck. *in comment. in uſus feud. part. 12. n. 55.* Modeſtin. Piſtor. *conſ. 35. n. 17. vol. 2.* Vulteius *lib. 1. de feud. c. 11. n. 36. verſ. quod ad adulterium.*

77 De vaſallo Majeſtatis reo quæritur etiam, an feudum ſuum ob crimẽ Majeſtatis amittat? Majeſtatis crimen quod ſit, & quæ eius ſpecies, quæque illius pœna, expoſui in *tractatu meo de crimine Maieſtatis, c. 1. 2. & 3. & Tractatu de Regalibus c. 3. n. 78. & ſeqq.* Primam quod attinet quæſtionem, Feudiſtæ communiter ampleℓuntur affirmativam, non ſolùm quando vaſallus in Domini perſonâ facinus hoc commiſit de quo loquitur Baldus in *Tit. 55. de prohib. feud. alienat. per Frider. §. callidis, lib. 2. Feud.* ſed etiam ſi in quâ aliâ perſonâ ſcelus hoc patrârit vaſallus, ut volunt, quos memorãt, & ſequuntur Ludolph.

Schrad. *tract. feud. part. 9. c. 8. n. 18.* Nicol. Mozz. *tract. feud. Tit. ult. n. 72.* Ioann. Schneid. *de feud. part. 8. c. 1. n. 134. causâ 24.* Ioann. Borcholt. *in comment. in conſuet. feud. c. 8. n. 131. & n. 156.* Vultei. *tract. de feud. lib. 1. c. 11. n. 37. pag. 753. circa finem, verſ. ſed nec de crimine,* Ioann. Schoner. *lib. 1. Diſp. feud. Diſp. 10. th. 77.* & alii quos citat Henric. à Roſenthal. *Tract. feud. c. 10. concluſ. 35. in addit. ſublitt. DD.*

Hãc communem opinionem & ego probandam judico, non ſolùm in crimine perduellionis & quaſi perduellionis, de quo text. *eſt in c. Felicis, §. ſi qua verò, Tit. de pœnis in 6. & c. Quibuſdam, §. ſacri, Extr. eod. tit. l. quiſquis 5. C. Ad L. Iul. Maieſtatis.* Sed etiam in ſpeciali Maieſtatis crimine eo caſu, quo reus ultimo afficitur ſupplicio, vel deportationis plectitur pœnâ, quo tamen utroque caſu ob ſpeciale Maieſtatis crimen in aliâ, quàm Domini perſonâ commiſſum, vaſallus amittit quidem feudum, ſed non directò, & principaliter, ſed quia deſinit eſſe in numero civium Romanorum, vel per naturalem mortem, vel per mortem civilem, deportationem ſcilicet.

78 Quòd ſi vaſallus criminis huius impunitatem conſequatur, feudum ſuum uti ego exiſtimo, retinet, cùm Majeſtatis crimen, in aliâ, quàm Domini perſonâ commiſſum, neque

que feudorum, neque alio quodam jure cauſis amittendi feudum cõnumeretur; Quamvis Dn. Vultei. *tract. de feud. lib. 1. c. 11. n. 30. pag. 754.* putet, hoc etiam caſu vaſallum amittere feudum, niſi remiſſio pœnæ ab ipſomet feudi Domino fiat, non etiam ſi fiat ab alio remiſſio iſthæc; quam opinionem, cùm ea nullo juris fundamento ſtabiliatur, haud probare poſſum. Quæ enim feudi Domino juſta poſſit eſſe querela de vaſallo committente Majeſtatis crimen in extraneo quodam, remiſsâ ab eodem criminis illius pœnâ? Si dicat quis, vaſallus hic ob crimen illud infamiâ notatus eſt, proindeque vaſallus eſſe, & in Curiâ Domini amplius ſtare non poteſt; Reſpondeo, non aliam infamiam vaſallus feudo ſuo multatur, quàm quæ fluit ex eâ culpâ, quę nominatim authoritate juris feudorũ connumeratur cauſis amittẽdi feudum, ut ſuprà oſtendi ex *d. Tit. 24. §. ſed quia, verſ. illud, lib. 2. Feud.* Quòd ſi vaſallus delicti huius impunitatem ab ipſomet Domino adeptus, feudum ſuum retinet, & manet vaſallus, ut ſentit Dominus Vultei. *d. loco,* cur non æquè retineret etiam feudum ſuum, pœnâ criminis hujus, mortis ſcilicet, vel deportationis, remiſsâ ab alio qui remittẽdi ius habet? cùm non infamiæ, ſed mortis tantùm, vel depor-

tationis pœna in cauſa ſit, cur vaſallus ob Majeſtatis crimen ſuo exuitur feudo, & ſublatâ cauſâ effectus quoq; tollatur.

79 Vocari in quæſtionem poteſt hoc loco & illud, An etiam committatur feudum, ſi vaſallus ſibi ipſi vitam ademerit? Hanc quæſtionem Feudiſtæ videntur mihi inſipidè admodum decidere. Quidam enim ajunt quòd vaſallus hâc ex causâ non perdat feudum; quia antequam ſit mortuus hic vaſallus ad feudi perditionem non ſit damnatus. Ita dicunt Baldus in *Tit. 37. An ille qui interfecit fratrem Domini, n. 4. & ibidem* Laudenſis *n. 4.* & Alvarot. *n. 5.* tùm etiam Iacobin. de S. Georg. in verb. Dictique vaſalli promiſerunt non committere feloniam, *n. 19.*

80 Quæ quæſo hæc eſt propoſitæ quæſtionis decidendæ ratio? Quæſtio eſt de vaſallo, qui jam mortuus eſt, & quidem mortuus ex ſuo proprio facinore, quo ſeipſum trucidavit. Quæſtio autem ſui ipſius argumentum eſſe nequit, ſed ad eandem medio termino opus eſt. Et an vaſallus mortuus perdat feudum ob facinus illud, fruſtrà quæritur, cum mors omnia ſolvat, & certum ſit, quod vitâ privatus feudum poſſidere nequeat.

81 Aliqui verò ſimiliter quidem negant, ob factum illud committi feudum, ſed aliâ, & quidem

quidem hâc ratione, quòd hoc vaſalli delictum non concernat offenſionem Domini, Iul. Clar. *lib. 4. ſentent. §. feudum quaſt. 58.* & Nicol. Mozz. *tract. de feud. c. ult. n. 62.* Quaſi verò non offenderetur magnoperè feudi dominus morte vaſalli iſthâc nefâdâ, quam vaſallus ipſemet ſibi deſperabundus, conſcivit, cùm hoc facinore, eoque inhumano vaſallum hunc & ejus ſervitia amiſerit Dominus.

Hoc tamen Dd. argumento dextrè intellecto illud obtineri poteſt, ex hoc vaſalli ſcelere, ipſius feudi ſucceſſores, non privari feudo, quod vaſallus ſeipſum interficiens poſſedit.

Quando enim vaſallus amittit feudum ex culpâ nō in ipſum Dominum, ſed in quēdam alium commiſſâ, tunc legitimi feudorum ſucceſſores non privantur eo feudo, ſed jure admittuntur ad illud, *Tit. 24. §. Denique lib. 2. Feud.* 82

Eſt poſtremò & illud hîc monēdum, quòd ſpeciebus culpæ in alium quàm feudi Dominum commiſſę, ab aliquibus connumeratur quoque vaſalli ſævitia in ſubditos feudales. Privatur quidem ob hanc culpam feudo ſuo vaſallus, ſed ea culpa pertinet ad illum amittendi feudi modum, qui eſt de feu- 83

dalis rei deterioratione, de quâ dixi ſuprà in tractatu quarto ubi novẽ argumẽtis probavi, ꝙ vaſallus ob nimiã in feudales ſubditos ſævitiam, & crudelitatẽ, feudo ſuo exuatur, & pro hac concluſione adduxi quoq; Feudiſtarum autoritatem, inter quos etiam Molinæ. *in conſuet Pariſ. Titulo 1. §. 30. n. 166. verſ. huic domini locorum*, Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 17. n. 4. & lib. 1. de pac. pub. c. 2. num. 22.* Weſemb. *Tractatu de feud. c. 15. n. 6.* Mynſing. *cent. 5. obſ. 8.* Schrad. *Tract. feud. part. 9. c. 6. n. 61.*

84 Huic culpæ in alium, quàm Dominum commiſſæ adponit Nicol. Mozz. *Tract. de feud. c. ult. n. 41. & ſeqq.* apponit, inquam, coitum cum uxore, nuru, filia, nepte ex filio, ſorore, matre, Domini, & quaſdam alias culpæ ſpecies, At quia eiuſmodi culpæ ipſummet Dominum principaliter concernunt, ut in cuius injuriam tendunt, non ſunt huius generis, proindè etiam de illis quodam alio diſſervi tractatu.

SEPTI-

SEPTIMUS

Tractatus,

DE MODIS AMITTENDI FEVdum ex vaſalli culpâ in omittendo commiſsâ.

SUMMARIA.

1. Vaſallus debito & legitimo tempore non petens inveſtituram, privatur feudo.

2. Novi feudi inveſtitura quando ſit petenda?

3. 5. 6. & aliquot ſeqq. Inveſtituræ veteris renovationem à vaſallo milite intra annum & menſem, & à pagano intra annum & diem petendam eſſe, contra alios defenditur.

4. A correctione textuum quantum fieri poteſt, abſtinendum.

7. Quando lex nova poſterior ſpecialiter non corrigit legem priorem, tunc illa hanc ſalvam reliquiſſe intelligitur.

9. Mili-

9. Milites maiore gaudent favore, quàm pagani.

10. 11. Reprehenditur Rittershuſius, qui putat, omnem vaſallum eſſe militem.

12. Reiicitur Vultei ſubtilis quidem, ſed non veriſimilis conciliatio Tituli 22. in princ. lib. 1. Feud. cum Titulo 24. Tit. 40. & Tit. 52. §. ult. lib. 2. Feud.

13. Vaſallus miles poſt ceſſationem anni & diei, adhuc habet viginti novem dies, intra quos petere poteſt inveſtituram.

14. 15. & 16. Improbatur eiusdem Vultei varia de tempore petendæ inveſtituræ tractatio.

17. Quæ ſit ratio, cur intra annum & diem petenda ſit inveſtitura, non autem longius aut brevius tempus requiratur?

18. Dies adiectus ipſi anno, quando incipiat.

19. Iure Saxonico inveſtitura petenda intra annum & ſex ſeptimanas.

20. Annus & dies, item annus & menſis ad petendam inveſtituram, à quo tempore numerentur.

21. Vtrùm tempus petendæ inveſtituræ utile ſit, vel continuum? Vbi etiam quod dicatur utile & continuum tempus.

22. Quæ ſit nota, ex quâ cognoſcatur tempus utile vel continuum ſit, nec nè.

23. Referuntur cauſæ excuſantes vaſallum, qui intra annum & diem inveſtituram non petiit.

24. & 25. Inimicitiæ capitales inter Dominum & vaſallum, juſtam hic præbent excuſationis cauſam.

26. & 27. Num vaſallus hoc caſu fidere cogatur literis ſalvi conductus à domino datis, vel ſaltem Procuratorem mittere debeat, ſi ipſe ob metum periculi comparere nolit?

28. An

28. An inimicitiæ inter vaſallum & tertium ortæ, undè ad dominum acceſſus non ſit tutus, juſtum impedimentum præſtent vaſallo, ex quo inveſtituram petere non teneatur?

29. Vtrùm reconciliatione inter Dominum & vaſallum intra legitimum tempus petendæ inveſtituræ, non interveniente, perpetuò duret excuſatio inimicitiarum?

30. & 31. Excuſatur tàm pupillus quàm pupilla, ſi ob infantiam intra congruum tempus non petiit inveſtituram. Et infans in feudis minorem 14. annis ſignificat.

32. 33. Num hîc etiam mereantur excuſationem impuberes, qui doli ſunt capaces?

35. & 34. Vaſallus minor duodecim annis, præſtans domino fidelitatem abſque eius tutore, non obligatur ex hâc promiſſione.

36. & 37. Quatenus ob infamiam domini vaſallus à petenda inveſtiturâ excuſetur.

38. Vaſallus ob ſui ipſius infamiam excuſationem non meretur.

39. 40. 42. & 43. Iuſtam hîc quoque excuſationem præbet abſentia tàm Domini, quàm vaſalli. Vbi etiam quæ dicatur juſta abſentia.

41. Quid de abſentiâ ſtudiorum gratiâ dicendum?

44. Abſentia domini etiam injuſta excuſationem præſtat vaſallo.

45. An Vaſallus domino abſente proteſtari teneatur, ſe nimirum eſſe paratum petere inveſtituram, ſi adeſſet dominus?

46. 47. & 48. Cogaturnè vaſallus dominum adire etiam in alieno foro, & ab eo inveſtituram petere?

49. Quoties vaſallus intra annum & diem ſine dolo omiſit inveſtituræ petitionem, excuſaturà feudi privatione.

50. & 51. Va-

50 & 51. Vaſallus non poſſidens feudum, ſi intra legitimum tempus non petat inveſtituram, an excuſetur?

52. & 56. Vaſallus vindicare tenetur feudum à tertio poſſeſſore intra annum & diem, alias amittit illud.

53. & 54. Num pendente vindicationis lite excuſetur vaſallus à petitione inveſtituræ?

55. Vaſallo præſtat quoque excuſationem lis inter dominum & alium de feudi dominio directo orta.

57. Si duo contendant de feudi dominio directo, vaſallus autem ſit in poſſeſſione, tunc inveſtitura petenda ab eo, quem ipſe vaſallus & anteceſſores eius dominum ſemper agnoverunt.

58. Excuſeturnè vaſallus non petens congruo tempore inveſtituram, ſi ignoraverit dominum eſſe mortuum, vel rem eſſe feudalem?

59. Quomodo hæc ignorantia probetur.

60. 61. & 62. Non excuſat hîc craſſa & affectata ignorantia. Et quid de iuris ignorantiâ: num. 63.

64. 65. & 66. An vaſallo currat tempus petendi inveſtituram ante aditionem hereditatis defuncti vaſalli.

67. 69. & 70. Mortuo vaſallo intra tempus petendæ inveſtituræ, an eius ſucceſſori integrũ detur tempus petendi renovationem inveſtituræ,

68. Quoad petitionem inveſtituræ non diſtinguendum inter novum & vetus feudum.

71. Dominus invito vaſallo non poteſt minuere tempus petendæ inveſtituræ.

72. Vtrùm minor non petens legitimo tempore inveſtituram, reſtituendus ſit adverſus lapſum temporis?

73. Vaſallus dominum in quovis conſtitutum periculo, etiam extra bellum deſerens, feudo multatur.

74. Spe-

74. Spectatur hîc non ſolùm culpa doloſa, ſed & culpa dolo proxima.

75. Numquid privetur vaſallus feudo ſi dominum in bello, etiam non periclitantem dimiſerit?

76. & 77. Quid ſi poſt fugam pœnitentiâ ductus, ad dominum ſtatim redierit?

78. 79. & 80. Diluuntur rationes quæ negativam huius quæſtionis propugnare videntur.

81. Excidatnè feudo vaſallus deſerens dominum præliantem, licet poſteà illæſus evaſerit dominus?

82. Proponuntur affirmantis ut verioris ſententiæ argumenta.

83. Diſſoluuntur negativæ concluſionis rationes.

84. An relevet vaſallum fugientem, ſi frater convaſallus dominum in prælio defenderit?

8.5 Ponuntur negativæ opinionis fundamenta.

86. Num hæc concluſio negativa procedat etiam in feudo Regali, quale eſt feudum Ducatus, Marchionatus, Comitatus?

87. & 88. Quid ſtatuendum de feudis naturâ individuis?

89. Ad quem pertineat pars feudi communis individui, ob deſertionem domini amiſſa?

90. & 91. Vtrùm vaſallus multetur feudo ſi dominum in rixâ quâdam privatâ deſerverit?

92. Vaſallus derelinquens dominum in prælio lethaliter vulneratum, non exuitur feudo.

93. Quando dominus præſumatur mortiferè vulneratus.

94. Quid juris ſi vaſallus dominum lethaliter vulneratum ex manibus hoſtium ſine vitæ periculo eripere poſſit, obligatuſnè erit ad hoc, modò privari nolit feudo?

95. An vaſallus privetur feudo, ſi dominum ex pugnâ fugere videat, ipſe etiam fugâ ſibi conſulat?

Et

Et quid ſi omninò ipſi pereundum fuiſſet, niſi fugâ ſibi conſulviſſet? num. 96. & 97.

98. Num excuſetur vaſallus à privatione feudi, ſi ex probabili cauſâ exiſtimans dominum lethaliter vulneratum, cùm tamen ita vulneratus non eſſet, fugam arripuerit? Et quid ſi dominus reverâ eſſet mortiferè vulneratus, idque vaſallus ignoraverit, & è prælio exceſſerit? num 99.

100. Amittatnè feudum vaſallus ob deſertionem domini in acie, ſi ad iuvandum dominum inhabilis ſit factus, putà abſciſſis ipſi brachiis, aut uulnere gravi eidem inflicto?

101 Vtrùm vaſallus impeditus dominum corpore ſuo & armis juvare, ſaltem clamoribus hoſtem terrere teneatur, ſi nolit privari feudo?

102. Vaſallus deſerens dominum in acie belli injuſti, non cadit feudo. Limitatur num. 103.

104. An vaſallus privandus ſit feudo, ſi audiverit quendam injuriâ afficere dominum, eumque non certiorem fecerit de illatâ injuriâ?

105. Vaſallus ſciens periculum imminere domino, illumque non certioraverit, feudum perdit. Ampliatur licet domino periculum iſtud innotuerit etiam abſque notificatione vaſalli. num. 106. Ampliatur etiam ut in num. 107.

108. & 109. Sitnè etiam juſta privationis cauſa, ſi vaſallus requiſitus non præſtiterit domino ſervitia debita?

110. Num vaſallus intra præfinitum terminum non ſolvens canonem annuum feudalem, excidat feudo ſuo?

111. Proponuntur aientis concluſionis fundamenta.

112. 113. & 114. Diluuntur argumenta quæ imminuere videntur hanc affirmativam aſſertionem.

115. Vaſallus exuitur etiam feudo, ſi domino inopi

ɔi alimenta deneget. Nec non ſi eum carceri uſum redimere recuſet. num. 116. Modò ſine ɔâ ſuâ carceratus ſit. num. 117.

8. Ob denegatam domino juſtitiam vaſallus que privatur feudo. Vt & ſi propter commiſ- culpam tribus vicibus à domino vocatus, non ɪparuerit. num. 119. Si item filium ſuum do- ɪ offenſorem non deducat ad ſatisfaciendum ɪino. num. 120.

DE modis amittendi feudum ex vaſalli culpâ in committendo ɪmmiſsâ, diſſerui hactenus: ;hinc agendum de eâ vaſalli ꞁpâ, quæ in omittendo con- ɪt. Huius culpæ exempla ɪt varia. Primum eſt, ſi vaſ- ɪus debito & congruo tempo- ɾe feudi inveſtituram non ɪerit. Quid ſit inveſtitura di, & quotuplex, expoſui ɾactatu meo *de inveſtitura* 1.

2

feudi, cap. 1. & 2. Vbi ex placitis feudorum oſtendi feudi inveſtituram, quæ & inveſtitio dicitur, eſſe actum legitimum, quo Dominus feudi vaſallo feudum cedit; eamque duplicem eſſe, novam & veterem: Illam, quâ feudum novum alicui conceditur; hanc, quâ vetus feudum ſucceſſori feudali confirmatur.

Eſt autem ut nova, ſic & vetus inveſtitura, debito, legitimo, & congruo tempore per vaſallum à Domino feudi petenda, quod niſi fiat, vaſallus feudum amittit, ut arguit

text.

ext. *in Tit. 24. in princ. Tit. 40. in princ. verſ. Præterea, lib. 2. Feud.*

NOvi feudi inveſtitura, quo tempore petenda ſit, non convenit inter juris feudorum Interpretes: Certum quidem eſt, quòd feudorum placitis tempus illud non ſit definitum, proindeque Domino arbitrarium, ut poſt alios rectè ſentiunt, quos citat & ſequitur Henricus à Roſenthal *Tract. feud. c. 6. concluſ. 43. num. 1.* Diſtinguunt autem Dd. quidam inter feudum promiſſum quidem, ſed nondum traditum, & feudum novum, cujus poſſeſſio tradita eſt vaſallo, at fidelitas nondum præſtita. De prioris generis feudo alii aliter ſentiunt: Anton. Contius *Tract. de feud. c. quib. modis feudum adquiritur, mihi pag. 34.* exiſtimat, ſi feudum novum ſit, vaſallo incumbere, ut ſtatim adeat Dominum, & inveſtituram petat. Alii verò tradunt, hoc etiam caſu tereitandum eſſe vaſallum ad præſtandam fidelitatem, qui niſi venerit, ſtatim feudo privari poſſit: ſed factâ feudi traditione, nondum autem fidelitate præſtitâ, vaſallo annus & dies ad præſtandam

 fide-

fidelitatem indulgeri debeat. Ita ſentit *gloſſ. in dicto Tit. 24. §. Eſt & alia ingratitudo lib. 2. Feud.* Andreas de Iſern. ibidem *num. 4.* & Laudens. *num. 5.* Sed harum opinionum nulla ferenda eſt.

Quod enim attinet promiſſum, ſed necdum traditum feudum, in arbitrio Domini eſt, quod velit tempus præſcribere vaſallo ad petendam inveſtituram, & fidelitatem præſtandam. Quòd ſi vaſallus hic à Domino tribus vicibus, inter ſingulas ſeptem, aut decem dierum ſpatio interpoſito, citatus non venerit, Dominus ipſum inveſtire amplius, & tradere ei feudum non tenetur, ut patet ex text. *ind. Tit. 24. §. Eſt & alia ingratitudo* ubi Alvarot. Iacob. de Belviſo, Bald. & alii, *lib. 2. Feud.* ſentit idem Weſemb. *tract. de feud. c. 8. n. 2.* Ioannes Borcholt *in comment. in conſuet. feud. c. 7. part. 1. n. 29.*

Quòd ſi dominus in citando vaſallo & inveſtituram promittẽdo, moram nectat, poteſt vaſallus in judicio convenire ipſum Dominum actione illius negotii, quo promiſſum eſt feudum, & petere ab ipſo feudi inveſtituram, offerendo ſe ad fidelitatem præſtandam. Weſemb. *d. Tract. de feud. c. 17. n. 8.* & Hermann. Vultei. *Tract. de feud. lib. 2. c. 1. n. 11.*

Quod

Quod verò attinet feudum novum, de quo vaſallus inveſtitus quidem eſt, ſed nondum fidelitatem præſtitit, rectè ſentiunt, qui putant, quòd Dominus etiam ante anni & diei lapſum, ter citare hunc vaſallum ad præſtandam fidelitatem poſſit; quo non cõparẽte, intra tẽpus præfinitum dominus ipſum feudo privare queat, per text. *in d. Tit. 24. §. Eſt & alia, n. 2. &* Alvarot. *n. 5.* Præpoſitus *n. 1. verſ. Quæro, cum gloſſ. fin.* Frideric. Schenck Baro à Tautenberg. & Petr. Ravennas, *lib. 2. feud.* Curt. Iun. *Tract. de feud. part. 4. n. 58.* Henric. à Roſenthal, *Tract. feud. c. 6. concluſ. 48. n. 1. & concluſ. ſeq. n. 2. & 3.*

Vetus inveſtitura & renovatio illius petenda eſt, quoties vel Dominus feudi, vel vaſallus mutatur, ut quando poſt domini aut vaſalli mortem, alius Dominus, aut vaſallus ſucceſſit, *Tit. 22. in princ. lib. 1. Feud. d. Tit. 24. in princ. Tit. 40. in princ. & Tit. 52. §. ult. lib. 2. Feud.* 3

Tempus autem petendæ veteris inveſtituræ jure feudorum definitum eſt anno & die, ſi vaſallus ſucceſſor miles non ſit, ut ex proximè citatis locis intelligitur: Si verò ſit miles vaſallus qui ſucceſſit, præfinitum eſt ei tempus anni & menſis, *d. Tit. 22. in princ. lib. 1. Feud.* 4

4 Quidam tamen non diſtinguunt inter vaſallum militem, & vaſallum qui non eſt miles, ſed omni vaſallo anni ſolum, & diei unius tempus præſtitutum eſſe putāt; quorum alii aliter text. *in d. Tit. 22. in princ. lib. 1. Feud.* accipiunt, & cum textibus aliis concordare laborant. Quidam, ut Cuiac. & Hotomann, exiſtimant proximo hoc loco perperām legi MENSEM pro DIEM, quorum opinionem veram putat Conrad. Rittershuſ. *lib. 1. partit. feud. c. 9. n. 10.* Sed cogitandum hîc, à correctione textuum, quantum ejus fieri poteſt abſtinendum eſſe, per text. *in l. ſi quando 35. in princ. C. de inoffícioſ. teſtam. c. Eccleſia, 57. verſ. neque enim, Extr. de Elect. & elect. poteſt.*

5 Aliqui verò, ut Accurſius in *d. Tit. 22. in verb.* Et nunquam. Iacob. de Ardizone *de feud. c. 72. in princ.* Anton. Contius *Tract. de feud. pag. 34. verſ. ante legem Friderici,* Andr. de Iſernia & Eguinarius Baro ad *d. Tit. 22.* arbitrantur, ex lege quidem Lotharii Imperatoris, ante conſtitutionem Imp. Friderici, vaſallo militi petendæ inveſtituræ tēpus conſtitutum fuiſſe anni & menſis, ſed illam Lotharii legem novâ Imperatoris Friderici ſanctione abrogatam eſſe, & generaliter, ut non militi, ſic & militi vaſallo præfinitum fuiſſe tempus anni, & diei unius.

Eſt

Eſt & tertia opinio quorundam, qui ipſis
:tibus inhærent, & correctionem admit-
ıt nullam, ſed diſtinctionem inter vaſal-
n militem & non militem vaſallum pro-
nt. In horum numero ſunt Iacob. de Bel-
o, & Alvarot. ad *d. Tit. 24. & Tit. 40. lib 2.*
ıd. Zaſius item *Tract. feud. part. 7. n. 1.* Baro
'autenberg. ad *d. Tit. 3. Quæ fuit prima cau-*
ıeneficii amittendi, §. 1. verſ. Quintò excipitur,
3. Feud. Franciſc. Sonsbeck. *in comment. in*
ıs feud. part. 11. n. 7. Clarus *lib. 4. ſentent. §.*
ıdum, quæſt. 49. n. 2. Hartm. Hartm. ab Ep-
igen, *lib. pract. obſerv. Tit. 54. de feud. obſerv.*
in princ. & Weſemb. *Tract. feud. c. 8. n. 3.*
ynſing. *cent. 5. obſ. 9.* Et quamvis Conrad.
ittershuſ. *lib. 1. part. feud. c. 9. n. 10.* opinio-
m hãc abſurdã dicat, eam tamen omnium
riſſimam eſſe judico; Cùm enim text. *in d.*
:. 22. ſpecialiter, & nominatim loquatur
: milite vaſallo, non ſimpliciter de vaſallo,
inſcriptio & text. tituli illius diſertè oſten-
ınt; Cæteris verò locis, ſub *Tit. 24. in princ.*
t. 40. in princ. Tit. 52. §. ult. lib. 2. Feud tex-
ıs extent ſimpliciter loquentes de vaſallo,
ıtet indè, feudorum ſcitis aliud ius rece-
ıum eſſe in vaſallo milite, & aliud in vaſallo
on milite, cum generi per ſpeciem deroga-

ri notiſſimum ſit *l. in toto iure 80. ff. de Reg. iur. & c. Generi, Tit. eod. in 6.*

7 Quò accedit ſecundò & illud, quòd Tituli Feudorum, de vaſallo ſimpliciter loquẽtes, nominatim non corrigunt textum ſpecialiter de vaſallo milite conceptum. Vnde evincitur textum hunc ſpecialem, qui Lotharii Imp. cõtinet legem, (ut adparet ex inſcriptione præcedentis Tituli 19. juncto legislatoris verbo SANCIMVS, *in Tit. 21. & d. Tit. 22.*) correctum non eſſe per generales textus, ſimpliciter de vaſallo diſpoſitos, quamvis inter hos extẽt etiam recentiorum Impp. putà Conradi, & Friderici Imp. leges poſteriores. Quando enim lex aliqua nova poſterior nominatim & ſpecialiter non corrigit legem priorem, tunc illa hãc ſalvam reliquiſſe putandum eſt, ut ambæ ſuis in terminis vim obtineãt, *l. Præcipimus, 32. §. ult. C. de appellat. l. Non eſt no um, 26. l. Ideò, 27. & l. ſeq. ff. de leg. & c. 1. in fin. Tit. de conſtitutionibus in 6.*

8 Cõfert huc tertiò, quòd Imp. Lotharius, qui, ut dixi autor eſt *d. Tit. 22. lib. 1. Feud.* Condidit quoque Conſtitutionem *d. Tit. 52. lib. 2. Feud.* Cùm igitùr loco priori ſpecialiter agat de vaſallo milite, & diſponat, ut vaſallus ille intra annum & menſem inveſtituram petat

loco

autem poſteriori annum & diem, abſq;
tis mentione, petendæ inveſtituræ præ-
t, nec ſpecialiter & nominatim corrigat
m ſuam priorem, veriſimile eſt, quòd
l in vaſallo milite, & aliud in vaſallo non
te cautum & diſpoſitum velit, per jura
imè ſub ratione ſecundâ adducta.
uartò & ultimò juvat hanc declaratio- 9
& illud, quòd milites majore gaudēt fa-
, quam pagani, *l. ult. in princ. C. de iur. de-*
Militis, 8. C. de quæſtionib. & tot. tit. C. &
de Teſt. milit. Vndè mirum cuiquam vi-
non debet, quòd longius tēpus petendi
vationem inveſtituræ indultum eſt mi-
uàm pagano. Mirum verò, quòd Hoto-
nus vir alioqui perſpicaciſſimus ad *d. Tit.*
iffirmare audet, ſe non videre cauſam,
argius tempus vaſallo militi, quàm non
i vaſallo concedi debuerit.
on poſſum quoque aſſentiri Dno. Rit- 10
uſio *d. c. 9. n. 10.* exiſtimanti, ideò tempus
definitum cenſeri vaſallo militi, & non
i, quòd vaſalli ſint milites, & feuda ipſa
are inſtitutum contineant, id quod et-
ante Rittershuſiū ſcripſit quoq; Cuiac.
Tit. 21. in fin. lib. 1. Feud. & Hotomann.
verb. feudalib. in voce Miles; Cùm enim
orum placita oſtendant, alium eſſe va-

 ſallum

ſallum militem, alium item vaſallum non militem, ut teſtatur quoque *Tit. 21. de vaſallo milite, qui arma bellica depoſuit, & Tit. 22. de milite vaſallo qui contumax eſt, lib. 2. Feud.* Quòd ſi omnis vaſallus miles eſſet, fruſtrà militis appellatio adjuncta fuiſſet dictis locis voci vaſallo. Probat eandem diſtinctionem inter vaſallum militem, & paganum vaſallum text. *in Tit. 26. §. beneficium à vaſallo, & Tit. 34. §. ſimiliter, lib. 2. Feud.* quibus locis permittitur vaſallo, ut feudum ſuum alii in feudum cōcedat, modò tamen vaſallus qui miles eſt, non alii, quàm militi, feudum ſuum concedat: Vndè cognoſcitur, quòd non omnis vaſallus ſit miles: Quod ipſum ex eo quoq; intelligitur, quòd novum feudum dari poteſt etiam illis, qui milites eſſe nequeunt, ut fœminæ, & Clerico, *Tit. 30. de feudo fœminæ. & Tit. 40. §. ult. lib. 2. Feud.* quodque feuda quædam ſunt, pro quibus non militaria, ſed alia præſtantur ſervitia.

11 Neque etiam tollit diſtinctionem illam, quòd miles & ſenior tanquam relata alicubi opponantur, ut oſtendit Hotomann. *lib. de verb. feud. in verb.* Miles, & tradit Cuiac. ad *Tit. 21. in fin. lib. 1. Feud. pag. 151.* quem ſequitur Vultei. *Tract. de feud. lib. 1. c. 7. n. 61. verſ. nec*

quo-

to ad hoc tempus, pag. 219. Etſi enim miles & ſenior ut relata inter ſe opponãtur, haud tamen ſequitur ex eo, quòd vaſallus miles, non opponatur vaſallo non militi, contrarium enim ex prædictis conſtat abundè: neque etiam ſequitur indè, quod non ut vaſallus miles, ſic & vaſallus non miles, ſive paganus vaſallus non opponatur relativè ſeniori, eſt Domino feudi; Si enim quilibet vaſallus reſpectum habet ad feudi Dominum, cur non & vaſallus, qui miles non eſt, relativè opponetur Domino feudi?

Novam opinionem & conciliandi rationem à cæteris omnibus diverſam commentus eſt Dn. Vultei. *d. c. 7. n. 61. verſ. ſed non usquequaque.* ubi exiſtimat textus omnes de anno & die loquẽtes, accipiendos eſſe de rigore juris, textus autem qui de anno & mẽſe conceptus eſt, exaudiri debeat de æquitate. In anno, ait, & die, eſt rigor, in anno & menſe eſt æquitas: Annus & dies eſt juris, annus & menſis eſt uſus: Annus & dies eſt inveſtituræ feudi petendi, ſed annus & menſis eſt feudi amittendi. Neque enim videbatur omnino ex æquo & bono eſſe feudum protinus amitti, ſi ceſſatum eſſet ultra annum & diem tempore exiguo; ſicuti nec è cõtrario ex æquo & bono eſſe videbatur, ſi vaſallus diutius ceſ- 12

ſaret,

ſaret, ipſius contumaciã eſſe impunitã. Hanc novam conciliandi rationem ſuam autumat Dn. Vultei. cõfirmari textu *d. Tit. 22. Quo tempore miles, lib. 1. Feud.* Cuius verba hæc ſunt: Sancimus, ut nemo Miles ultra annum & menſem vadat, ut inveſtituram ſui beneficii petat, & ſi non petierit, damnetur; Quæ verba Dn. Vulteius, conſiderando maximè particulam VLTRA & verbum DAMNETVR, hoc ſenſu accipit, ut putet autorem illius textus dicere ac ſentire, etiamſi vaſallus miles, ipſo jure cadat, ut vaſallus non miles, ſi intra ſpatium anni & diei renovationem feudi non petierit, propterea tamen non protinus damnari debeat, ſed tum demum, ſi ultra annum & diem ceſſaverit adhuc diebus viginti novem, antequam inveſtituram poſtulaverit, id quod ſentit etiam de vaſallo non milite.

13 Verùmenimverò hæc conciliandi ratio, ſubtili potius & acuto ingenio parta, quàm veriſimilis mihi videtur, Tùm, quia aliena omninò eſt ab autoris non modò verbis, ſed & mente in *d. Tit. 22. lib. 1. Feud.* Tùm, quia ſequitur ex eâ abſurdum hoc in nomotheſia feudali, quòd non ſolùm vaſallus miles, ſed & quilibet alius vaſallus poſt ceſſationem anni & diei adhuc viginti novem haberet dies

intra quos petere inveſtituram poſſet, uod ſentit quoque Dn. Vultei. dicto ſu- loco, quæ tamen ſententia feudorum citis prorſus adverſatur, ut quæ diſertè endunt, vaſallum confeſtim amittere ac dere ſuum feudum, ſi intra annum & m non petierit inveſtituram, *d. Tit. 24. in nc. Tit. 40. in princ. Tit. 52. §. fin.* & maxi- *Tit. 55. §. Præterea ſi quis*, ibi, tranſacto hoc atio feudum amittit, *lib. 2. Feud.*

Quòd ſi vaſallus quoque miles, qui intra num & diem non petiit inveſtituram, udo ſuo actutū cadit, ut ipſe Dn. Vulteius ribit, cur ei inſuper viginti novem dies, in- a quos adhuc petere inveſtituram poſſet, ari debuerint, non video, eò quòd tempus are definitum præciſè & punctualiter ob- ervandum eſt, nec alterius temporis fun- tionem recipit; Eſt enim tempus de formâ & ſubſtantia actus, *l. ſi mandavero tibi 22. in rinc. ff. Mandati.* Curt. Iun. *conſil. 348. n. 12.* Paul. Pariſ. *conſil. 91. n. 9. part. 1.* Ioann. Ce- phal. *conſil. 356. n. 36. lib. 3.* Hippol. Riminald. *conſ. 171. n. 24. vol. 3.* Weſemb. *conſil. 20. n. 6.* Cùm igitur feudorum jura militi vaſallo, non ſolùm annum & diem ſed annum & in- tegrum menſem præfiniant in *d. Tit. 22. lib. 1.*

Feud.

feud. priuſquam tempus hoc effluxerit, non amittit, ſive perdit feudum ſuum.

14 Non probo etiam Dn. Vultei opinionem in eo, quòd ſcribit, rigorem eſſe in anno & die, æquitatem in anno & menſe; Cùm enim feudum proprietate ſit ipſius Domini, non vaſalli *Tit. 23. §. ult. lib. 2. Feud.* & ceſſatio petitionis inveſtituræ ultra annum & diem, ingratitudinem vaſalli, & contemptum Domini non obſcurè arguat, per text. *in Tit. 24. in princ.* ibi, tanquam ingratus exiſtens, *iunct. §. denique*, ibi, quia Dominum contemnere videtur, *lib. 2. Feud.* Vaſallus autem Domino honorem & obſequium debet, non in contemptum ipſum adducere *Tit. 77. verſ. Curia autē, & Tit. 23. verſ. quomodo, lib. 2. Feud.* Tenetur item fidelitatē præſtare, *Tit. 6. & Tit. ſeq. lib. 2. Feud.* Ipſi autem non exhibet honorem & obſequium, neque ei fidelis eſt, quando integrum annum & diem cunctatur, antequam petat inveſtituram, quocircà haud rectè dicitur, elapſo iſthoc legali tempore, ipſum ex juris rigore mulctari feudo ſuo, ſed rectè & verè dicitur, æquo id fieri jure.

15 Similiter non probo, quòd Dn. Vultei. tradit, annum & diem juris eſſe, ſed annum & men-

m eſſe uſus, id enim nuſquam in feudo-
jure cautum legimus, Quinimò ipſe
ſive praxis arguit abundè, anni & dici
pus hîc obſervari in vaſallo non milite,
ttet ex Mynſing. *d. cent. 5. obſ. 9.* & aurea
tica Ferrarienſ. *in formâ libelli, quo agitur*
vocationem feudi, in verb. Nec ſuperſtiti-
ex eo maſculis liberis, *n. 24. verſ. Decima*
ſallus, & aurea practica Petri Iacobi Fer-
Rubric. 69. n. pen. & ult. aliiſque ICtis
cticis ſuprâ citatis, ubi de tertiâ opinione
.

Denique nec illud ferendum, quòd autu- 16
t Dn. Vultei. in omni vaſallo annũ & diem
e quidem inveſtituræ petendę, ſed annum
menſem eſſe feudi amittendi, nam ipſa
ndorum placita clariſſimè arguunt, an-
m & diem eſſe ut petendi, ſic & amittendi
udum, *Tit. 24, in princ. lib. 2. Feud.* ubi ICti
eudiſtæ verba hæc leguntur: Prima cauſa
eneficii amittendi hæc fuit, & adhuc eſt,
uòd ſi vaſallus per annum & diem Domino
uo mortuo ſteterit, quòd hæredem Domini
ui, inveſtituram petendo, fidelitatem polli-
endo, non adierit, tanquam ingratus exi-
tens, beneficium amittit: & è converſo, ſi
Domino ſuperſtite vaſallus deceſſerit, & fi-
ius ejus per jam dictum tempus neglexerit
petere

petere inveſtituram, beneficio carebit. Idem cavetur in *d. Tit. 40. in princ.* cumprimis verò in *Tit. 55. §. Præterea ſi quis, lib. 2. Feud.* cuius verba hæc ſunt: Si quis infeudatus major quatuordecim annis, ſuâ incuriâ, vel negligentiâ per annum & diē ſteterit, quòd feudi inveſtituram à proprio Domino non petierit, tranſacto hoc ſpatio, feudum amittat, & feudum ad Dominum rede.t.

Quæ autem cauſa ſit, cur intra annum, & diem petenda ſit inveſtitura, & ejus renovatio, non autē longius aut brevius tempus requiratur, quæri poteſt? Alvarot. in *d. Tit. 24. in princ.* & ibi Præpoſit. *lib. 2. Feud.* Curt. item Iun. *Tract. de feud. part. 4. cauſa privationis feudi viceſimâ tertiâ, n. 45. pag. 353.* Iul. Clar. *lib. 4. ſentent.* §. *Feudum, quæſt. 49. n. 1. in fin.* & Ioann. Schneid. *Tract. de feud. part. 5. n. 5.* affirmant, quòd hujus juris non poſſit ſufficiens & idonea dari ratio alia, quàm quòd ita moribus feudorum ſit receptum, quam ſententiam juvat Iuliani ICti dictum in *l. non omnium, 20. ff. de legib.* ubi non omnium, ait, quæ à majoribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt. Si tamen cauſam aliquam comminiſci licet, hanc non ineptè (ni fallor) fingi poſſe autumo, quòd anno quolibet proventus feudi obveniunt vaſallo ex ipſo feudo,

proindeque perceptione fructuum feu-
um anno primo obvenientis caſus, quo
Dominus, vel vaſallus obiit, admoneri
ritò & recordari debeat vaſallus, juſtum
& æquum, ut ſuam devotionem pro
nmodo feudi viciſſim per inveſtituræ pe-
onem, intra annum offerat Domino feu-

Dies autem ille qui ipſi anno in gratiam 18
favorem vaſalli adiicitur, non incipit illo
o die, quo vaſallus vel Dominus mortuus
t, ſed die ſequenti, *arg. l. eum qui Calendis 41. princ. verſ. Planè, ibi,* ſi ipſa die Calendarum
uis ſtipulationem interponat, puto actum
deri de ſequentibus Calendis, *ff. de V. O.* Pa-
et idem ex *l. ubi lex 101. ff. de Reg. iur. & l. 2.*
. de temporib. & reparationib. appellat. Con-
ert huc, quòd quando judex aſſignat alicui
odiè terminum ad comparendum, putâ
lies decem; hodiernus dies, quo aſſignatur
terminus, non computatur in ipſo termino,
ſed incipit terminus ille die ſequenti, ut
oſtendit Mynſing. *cent. 5. obſ. 15.* & Cuiac. *ad c. 1. 2. & 3. Extr. de eo qui mittitur in poſſeſſionem.*
Si igitur mortuus ſit Dominus, vel vaſallus
primo die menſis Ianuarii, dies ille primus
computari non debet, ſed initium cōputati-
onis fieri debet . di : ſeq nti & ab eo com-

putandum anni & diei tempus, intra quod petenda eſt inveſtitura. Ita quoque ſentire mihi videtur Ioannes Borcholt in comment. in conſuetud. feud. *c. 7. part. 1. n. 31.* & Conradus Rittershuſ. *lib. 1. partit. feud. c. 9. n. 12.*

19 Quamvis autem jure feudorum communi tempus petendi inveſtituram veteris feudi, eſt annus & dies, jure tamen Saxonum eſt anni & Sex ſeptimanarum, Landtrecht, *c. 25.* Schneidew. *de feud. part. 5. n. 3. in fin.*

20 Tempus autem illud petendi inveſtituram, computandum eſt à morte ſenioris, aut vaſalli, qui feudum habuit, *Tit. 24. in princ. Tit. 40. in princ. lib. 2. feud. & Tit. 22. §. ſancimus. lib. 1. Feud.* Vt & ſi vaſallus in agnatum remotiorem feudum alienaverit, & proximior agnatus illud retraxerit, à tempore alienationis computandus eſt annus & dies ille petendæ inveſtituræ, ut arguit Text. in *Tit. 26. §. Titius filios, lib. 2. Feud.* & tradit ex communi Dd. ſententiâ Gozadin. *conſ. 71. n. 3.* Eſt item petenda inveſtitura intra annum & diem computandos ex tempore, quo vaſallus ex refutatione ab agnato factâ adeptus eſt feudum, ut poſt alios volunt Weſemb. *Tract. de feud. c. 8. n. 3.* & Vultei. *de feud. lib. 1. c. 7. n. 68.* Cùm enim & hic vaſallus neceſſe habeat inveſtituram ejus feudi à Domino pete-

petere, & nullum aliud hîc definitum ſit tempus, ſequitur meritò, tempus illud, quod præfinitum vaſallo, qui in defuncti vaſalli locum ſucceſſit.

Sed quæſtio eſt hoc loco tractanda, num tempus illud petendæ inveſtituræ, utile ſit, vel continuum? Vtile tempus dicitur, quod ignoranti & impedito non currit: Continuum dicitur tempus, quod continuò labitur, & ignoranti cedit, *l. Genero, ff. de his qui notantur infamiâ*, *l. Annus*, *6. ff. de Calumniator. gloſſ. in Clement. unic. Tit. de Reſt. in integr.* In dubio autem omne tempus præſumitur continuum, *arg. d. Clement. unic. Tit. de Reſt. in integr.* ubi Canoniſtæ, Mynſing. *cent. 3. obſ. 59. n. 2.* 21

Nota autem & character, ex quo cògnoſcitur, ac tempus aliquod utile ſit, & ignoranti an impedito non currat, hic eſt, quòd ſi in odium negligẽtis prę̨finitum ſit, pro utili habeatur tempore, per text. *in d. l. Annus 6. ff. de Calumniatorib.* Si verò conſtitutum ſit in favorem alterius, jure cenſeatur continuum & ignoranti etiam cedat, *d. l. Genero, 8.* ubi Coſtal. *ff. de his qui not. infam.* 22

Cùm ergò annus & dies, in vaſallo pagano, ut & annus & menſis in milite vaſallo, in odium ipſius vaſalli præfinitus ſit, ut ſi ille

non petat intra hoc tempus inveſtituram, feudo ſuo cadat, utile, non continuum illud tempus eſſe, certum eſt; Id quod etiam patet ex *d. Tit. 22. Quo tempore miles, in princ.* ibi, niſi juſta cauſa intervenerit, *lib. 1. Feud. & Tit. 22. §. ult.* ibi, ſi vaſallus non doloſè per annum & diem ſteterit, *lib. 2. Feud.* Et hanc amplectuntur ſententiam præter veteres ex recentioribus, Andr. Gail. *lib. 2. obſ. pract. obſ. 48. n. 8 & ſeqq.* Molin. *in Conſuetud. Pariſ. Tit. 1. §. 1. gloſſ. 7. n. 4.* Zaſius *Tract. de feud. part. 7. n. 3.* Iul. Clar. *lib. 4. ſentent. §. Feudum, quaſt. 49 n. 3.* Nicol. Mozz. *Tract. de feud. c. de ſubſtant. feudi, n. 40.* Weſemb. *de feud. c. 8. n. 6.*

Quidam tamen tradunt, tempus illud eſſe utile, eſſe etiam continuum, reſpectu diverſo, utile hoc tempus eſſe ajunt, quoad nativitatem, & impedimenta ſupervenientia: continuum verò quoad ferias, & impedimentorum finem, hoc eſt, à principio eſſe utile, ſed à tempore ſcientiæ, & poſt impedimenta eſſe continuum, ut in id quoque dies feriati computentur. Its præter alios tradunt etiam Præpoſit. cæteriquè in *d. Tit. 22. Quo tempore miles, lib. 1. Feud.* Zaſius, *tract. feud. part. 7. n. 3.* Hartman. Hartmanni ab Eppingen, *lib. pract. obſervat. Tit. de feud. obſerv. 21. verſ. Vndè illud tempus* Ioann. Schneidw. *de feud.*

*feud.part.5.n.55.*Sonsbeck. *in comment. in uſus feud. part. 11. n. 11. & 12.*

Impedimenta autem, & juſtæ cauſæ quæ vaſallo excuſationem præſtant, cumprimis illæ ſunt; quarum meminit ICtus Feudiſta in *d. Tit. 22. in princ. lib. 1. Feud.* putà mors, capitales inimicitiæ, infantia, juſta abſentia: Cæterùm quo ſenſu accipiendum ſit, quod de morte ſcribit Iurisconſultus, dubium eſt: Intelligendum id eſſe de morte ut Domini, ſic & vaſalli, autumat Baro à Tautenberg in *dict. Tit. 22. in princ. lib. 1. Feud.* Sonsbeck. verò accipit, non modo de eorundem ſed & de tertii cuiuſdam morte, *d. part. 11. n. 20.* At quia mors Domini, itemque vaſalli, initium præbet tempori petendi inveſtituram, non poteſt eſſe cauſa excuſationis. Quod attinet tertii cuiuſdam mortem, de eâ etiam intelligi ICtum feudiſtam non poſſe puto, niſi tertii illius mors ob cognationem in luctum vocet ipſum vaſallum, cùm luctus efficiat, ut nec in ius vocari poſſit, qui luget, & juſta mortuo facit, *l. 2. in fin. & l. ſeq. ff. de in ius vocand.* Si quis alius eſt caſus, quo mors excuſationem vaſallo præſtat, meum ille ſub judicium hoc tempore non cadit, niſi per mortem metonymicè intelligere velimus cauſam mortis veluti peſtilentialem, vel 22

alium contagioſum locum, quo vivit Dominus, aut vaſallus, arg. *l. caſus*, 8. & quæ ibi notantur, *C. de Teſtament.* vel etiam locum, ubi periculum mortis alia ex causâ immineret vaſallo; proindeque eò venire tutò, & petere inveſtituram non poſſet, *arg. c. ad ſupplicationem*, 9. ibi, duximus abſolvendum, eò, quòd ibi non poterat ſecurè morari, & ſi acceſſum haberet ad illam, mortis ſibi periculum imminebat, *Extr. de renunciat.* Et quòd vaſallus, qui intra tempus legitimum nō petit inveſtituram, ideò, quòd locus ubi degit feudi Dominus, peſte ſit infectus, aut aliâs periculoſus, excuſationē mereatur, tradunt Dd. quos ſequitur Schrad. *Tract. feud. part. 6. c. 2. n. 38.* Vbi tamen monet conſultè facere vaſallum, ſi offerat ſe ad petendam inveſtituram alio loco tuto.

24 Capitales inimicitias quod attinet, ſunt eæ, quæ oriuntur ex causâ ſive lite criminali capitali inter Dominum & vaſallum motâ, per *Novell. 90. c. 7.* ubi Cuiac. & idem Cuiac. *ad l. 6. ff. de excuſat. tut.* Sunt item capitales inimicitię, quę oriuntur ex quęſtione ſtatus, honoris, & lite de omnibus bonis, aut majore parte bonorum, §. *Inimicitia*, ubi Dd. *Inſt. de excuſat. tut.* Menoch. de arbitr. Iudic. *lib. 2. caſu 110. n. 4. ſ. 6.* & 7. Maſcard. *de probat. vol.*

vol. 2. concluſ. 898. n. 6. & ſeqq. ubi latè oſtendit, quæ ſit, & unde oriatur capitalis inimicitia.

Hæc autem excuſationis cauſa prodeſt vaſallo, ſi inimicitiæ non ab ipſomet, ſed à Domino ortæ ſint, Baro à Tautenberg. ad *d. Tit. 22. lib. 1. feud.* & alii plures quos referunt & ſequuntur Vultei. *lib. 1. de feud. c. 7. n. 75.* Itemque Roſenthal *de feud. c. 6. concluſ.* 54. in addit. ſub lit. K. Si enim ab ipſo vaſallo ortæ ſint inimicitiæ, poſſet propter eas privari feudo, Roſenthal *d. tract. feud. c. 10. concluſ. 17. n. 7. & ſeqq.* 25

Quod de capitalibus inimicitiis dicimus, exaudiendum quoque de aliâ gravi inimicitiâ, licet ea capitalis non ſit, per *l. 3. §. non ſolùm*, ibi, ſiquidem capitales vel graviſſimæ inimicitiæ interceſſerint, ubi Bart. *ff. de adimend. & transferend. legat.* & docet Laurent. Sylvanus *de feudi recognitione, quæſt. 42. n. 2.* Anton. Capicius *de inveſtitur. feudi, c. Feudorum inveſtitura, §. Inimicitia*, & alii quos citat Roſenthal. *Tract. feud. d. c. 6. concluſ. 52. in addit. ſub lit.* D.

Quid verò, ſi Dominus literis ſuis ſalvum promittat vaſallo conductum, & polliceatur ei, nullum in vitæ, corporiſvè diſcrimen adduci ipſum debere, nunquid comparere, & 26

præſens petere inveſtituram tenetur vaſallus? Negativa partes hîc obtinere potiores meritò jubetur per *l. Qui ita, 66. §. 1. ff. ad SCtum Trebellian.* ubi habetur, quòd fragili cautioni fidem habere nemo cogatur, eſtque communis hæc Feudiſtarum opinio, non cogi vaſallum fidere promiſſioni huic, ut patet ex Schradero de feud. *part. 6. c. 2. n. 35.* Menoch. *Conſil. 100. n. 185. lib. 1.* Ioann. Borcholt *in comment. in conſuet. feud. c. 8. n. 11.* Vultei. *de feud. c. 7. n. 75.* & Henric. à Roſenthal. *Tract. feud. c. 6. concluſ. 53. n. 5.*

27 Sed nunquid hoc caſu vaſallus Procuratorem mittere tenetur, ſi ipſe ob metum periculi comparere nolit? Quibuſdam affirmativa placet, ut patet ex Laurentio Sylvano *de feud. recognit. quæſt. 47.* At negativa & verior eſt, & cõmunius obtinuit Feudiſtarum placitum: Veriorem eſſe liquet ex eo, quòd mittere Procuratorem non tenetur, cui eum mittere commodum non eſt, ſed grave, *l. ſed & per Prætorem, 26. §. 1. ff. Ex quib. cauſis maiores.* Petrus Coſtal. *in l. ult. ff. de in integr. reſtitut.* Sed grave fuerit vaſallo etiam per Procuratorem inimico ſuo fidelitatis juramento ſe devincire, ut ait Roſenthal *Tract. feud. c. 6. concluſ. 53. n. 4.* Communiorem quoq; hanc eſſe opinionem, patet ex gloſſ. & Feudiſtis

in

in *d. Tit. 22. in princ. lib. 1. Feud.* Gloſſ. ibi, *in verb.* Abſentia, *verſ. vel fortè, lib. 1. Feud.* ubi ait, juſtâ de cauſâ abſens eſt, nec per Procuratorem adire tenetur. Tenet ibidem eandem ſententiam Andr. de Iſern. *n. 6.* Iacob. Alvarot. *n. 15.* Martin. Laudens. *n. 29.* & Præpoſit. *n. 8.* Similiter Matth. de Afflict. *eod, loco, n. 23.* idem ſentit, & tandem, *n. 24* concludit, miſſionem Procuratoris, ſi vaſallus juſtè impeditus ſit, urbanitatis potius eſſe, quàm neceſſitatis, Laurentius quoque Sylvanus *de feudi recognit. quæſt. 47. n. 2.* communem hanc eſſe opinionem fatetur. Amplectitur quoque pronunciatum hoc Dn. Vultei. *lib. 1. de feud. c. 7. n. 75.* & de eo eruditè ſentit Henric. à Roſenthal, *Tract. feud. c. 6. concluſ. 53. n. 4. & ibi in addit. ſub lit.* F.

Excuſatur quoque vaſallus ob inimicitias natas inter ipſum & tertium aliquem, per cujus loca ipſi vaſallo tranſeundum eſſet ad Dominum, petendæ inveſtituræ cauſâ, arg. *l. 3. ff. ex quib. cauſ. maior. c. Accedens ad ſedem, 4. Extr. ut lite non conteſtatâ non procedatur ad teſtium receptionem, & Clement. Paſtoralis, verſ. eſto igitur,* Tit. *De ſentent. & re iudic.* & tradunt ita poſt alios Ioann. Schneid. *Tract. de feud. part. 5. n. 45.* Schrader. *Tract. feud. part. 6. c. 2. n. 34.* Ioann. Borcholt *in comment. in* 28

conſuet. feud. c. 8. n. 15. Vultei. *lib. 1. de feud. c. 7. n. 82.* Henric. à Roſenthal *tract. feud. c. 6. concluſ. 53. n. 6. & ibid. in addit. ſub lit.* H.

29 Quid verò, ſi reconciliatio inter Dominum & vaſallum, intra annum & diem, vel menſem non interveniat, nunquid mora illa perpetua erit, & Dominus fidelitate vaſalli carebit, donec reconciliatio aliquando ſequuta fuerit? Hîc variant Dd. opiniones, quidam ſentiunt, indulgendum eſſe vaſallo definitum illud anni & diei, vel menſis tempus, quo elapſo, adhuc tantundẽ ei temporis tribuendum, intra quod, ſi reconciliatio non fiat, aut aliter res componatur, & vaſallus neq; per ſe, neque per Procuratorem comparuerit, & inveſtituram petierit, feudo ipſum mulctari. Ita ſentiunt Iacob. Alvarot. *n. 15. in d. Tit. 22. Quo tempore miles, lib. 1. Feud.* & ibid. Petrus Ravenn. tùm etiam Chaſſenæ. *in conſuet. Burgund. Tit. 3. §. 1. n. 17. verſ. Vlterius,* Sonsbeck. *in comment. in uſus feud. part. 11. n. 20.* Hujus opinionis Chaſſenæus hanc adducit rationem, quòd, niſi hoc diceretur, abſurdum inde ſequeretur illud, quòd ſi inimicitiæ eſſent perpetuæ, nunquam vaſallus teneretur inveſtituram petere. Alii verò autumant, quòd vaſallus excuſetur quamdiu inimicitiæ durant. Prępoſ. *n. 15.* Laudens. *n. 30.*

in d.

*in d. Tit.22.lib.1.Feud.*Laurent. Sylvan *de feud. recognit. quæſt.48. n. 2.*Vultei.*lib. 1. de feud.c.7. n. 75.verſ.Ne tamen,*Henric. à Roſenthal *tract. feud. c.6. concluſ. 54. n. 3.* ubi hanc opinionem rectè aſſerit veriorem eſſe, hoc argumento, quòd ſibi Dominus imputare debeat,cur inimicitiis anſam præbuerit, & earum author extiterit. Confert huc, quòd quàmdiu neceſſitatis cauſa durat, tàm diù etiam durare debeat ipſa indulgentia, per *l. 1. ff. de feriis. & l. Titia 87. §. uſuras ff. de legat. 2.* Quam rationem ſpectat quoque Laurent. Sylvanus citato loco, ubi quia,inquit, juſta cauſa non minus durat poſt duplicatum tempus, ſicut anteà. Accedit & illud, quòd tempus petendi inveſtituram utile eſt, & non currit illi, qui impeditur petere inveſtiturã, ut ſuprà oſtendi. Eſtque juris in dubitati, quòd tempus utile indiſtinctè non currit impedito ipſo jure, licet impedimentum illud ultra centum duraret annos, arg. *l. 2. in princ. ff. Quis ordo in bonor. poſſeſſ. ſervetur l.pen. §. Filius, ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. l. Annus, 6. ff. de Calumniat.* & ſentit ita, alios hanc in ſententiam allegans Schrad. *Tract. feud. part. 6.c. 2. n. 64.*Non obſtat *Auth. ei qui appellat.C. de temporib. appellat.* Vbi appellatori poſt primum & ſecundum aſſignatum annum,ulterius

rius nullum indulgetur tempus, non inquam, id obſtat, tempus enim ad proſequendam appellationem lege præſcriptum, non eſt utile, ſed continuũ, *Novell. 49. c. 1.* & quidẽ ideò continuũ, quia Iudicis prioris ſententia, à quâ appellatur, præſumitur juſta & æqua, proindeque biennii lapſu confirmatur, ſi interpoſitæ appellationis proſequutio non fiat.

Quod attinet Chaſſenæi rationem opinionis contrariæ de abſurdo adductam, reſponderi ad eam poteſt, abſurdum illud non eſſe, ut propter impedimentum perpetuum ipſa quoq; petitio inveſtituræ perpetua cenſeatur, ſiquidem non vaſallus, ſed ipſemet Dominus in causâ ſit, cur non petatur inveſtitura, ut, qui non deponit inimicitias, quas erga vaſallum immeritò gerit.

30 Tertiò meminit text. *in d. Tit. 22. in princ. lib. 1. Feud.* meminit, inquam, infantiæ vaſalli quam etiam ei excuſationem præſtare oſtendit. Infantia autem jure communi extendit ſe uſque ad annum ſeptimum, *l. ſi infanti 18. in princ. C. de iur. delib. l. 1. ff. de adminiſt. & peric. tut.* Sed feudorum jure infans accipiendus videtur pro minore tàm quatuordecim quàm ſeptem annis, ut tradit Ioann. Borcholt *in comm. in conſuet. feud. c. 8. n. 16.* Et

quòd

quòd etiam minor major infante, ætatis privilegio excuſetur, ſi intra legitinum illud tempus non petat inveſtituram, patet ex *Tit. 26. §. ſi minori, iunct. §. ſeq. & Tit. 55. §. Præterea ſi quis, lib. 2. Feud.* & ſcribunt Iacobin. de S. Georg. *Tract. feud. in verb.* Qui quidem inveſtiti, *n. 50.* Curt. Iun. *de feud. part. 4. n. 46.* Ioann. Schneid. *Tract. de feud. part. 5. n. 29.* Weſemb. *de feud. c. 8. n. 7.* Mozz. *cap. de ſubſtant. feud. n. 43.* Hartm. Hartmann. *lib. prat. 1. obſervat. Tit. 54. obſervat. 11. verſ. item quando heres vaſalli*, Mynſing. *cent. 5. obſervat. 9. n. 7.* Ludolph. Schrad. *Tract. feud. part. 6. c. 2. n. 25.* Hotomann. *conſil. 52. n. 8.* Et licet pupillus tutorem habeat, nec tamen ipſi tempus petendi inveſtituram currit, per text. *in Tit. 26. §. ſi quis deceſſerit, & d. Tit. 55. §. Præterea ſi quis lib. 2. Feud.* accedit argumentum *l. ult. C. de uſucap. pro emptor. l. ult. C. in quib. cauſis in integrum reſtitut. neceſſ. non ſit*, & docet Bald. ad *d. Tit. 22. Quo tempore miles, lib. 1. Feud.* Zaſius *de feud. part. 7. n. 8.* Hotomann. *d. conſil. 52. n. 8.* Et quamvis poſſit tutor per ſe, ſi velit, inveſtituram petere, & fidelitatem præſtare, attamen cogi non poteſt, ut pupilli nomine inveſtituram petat, *Tit. 26. §. ſi minore, & ſ. §. ſi quis deceſſerit, lib. 2. Feud.* & ita ſentiunt etiam, quos citat & ſequitur Roſenthal, *Tract. feud. c. 6. concluſ. 41. in princ. n. 7. & 8.*

31 In controverſiam & illud venit, an quod de minore 14. annis in maſculo dicitur vaſallo, exaudiri quoque debeat de fœminâ minore annis 14, ut illa quoque excuſetur ob ætatem pupillarem uſque ad 14. ætatis annum, licet pubertatis anni in ipsâ finiantur anno 12.? Laurent. Sylvan. negat *de feud. recognit. quaeſt. 61.* Feudiſtæ verò cæteri communiter affirmant, inter quos Iulius Clarus *lib. 4. ſentent. quaeſt. 49. n. 4.* Ioann. Schneidew. *Tract. de feud. part. 5. n. 29.* Ludolph. Schrad. *Tract. feud. part. 6. c. 2. n. 25.* & Ioannes Borcholt. *in comment. in conſuet. feud. c. 8. n. 17.* Et horum opinionem veritati propiorem eſſe, nihil dubito. Tùm quia text. *in d. Tit. 26. §. ſi quis minori*, & ex ſenſu contrario, *Tit. 55. §. Prætereà ſi quis, lib. 2. Feud.* non meminit ſpecialiter pupillaris ætatis, ſed exprimit generaliter tempus annorum quatuordecim, quod ſtatuit terminum, à quo petendæ inveſtituræ tempus currere debeat, Tùm etiam, quòd maſculinum ſi QVIS, cujus ſit mentio in *d. Tit. 55. §. Prætereà ſi quis, lib. 2. Feud.* complectitur quoque fœminas in jure noſtro, text. eſt *in l. 1. ff. de verb. ſign.* Vbi Paulus ICtus verbum, ait, SI QVIS, tàm maſculos quàm fœminas complectitur, undè Sylvani argumentum de pupillari ætate in fœminâ, quæ

fini-

finitur anno 12. non 14. ætatis anno, corruere manifeſtum eſt, cum allegati textus in *d. Tit. 26. ſi quis, & d. Tit. 55. §. Prætereà ſi quis*, non ſpecialiter de vaſallis pupillis, ſed de vaſallis minoribus quatuordecim annis loquantur, & proindè intelligendi etiam ſint de vaſallis fœminis quatuordecim annis minoribus.

32 Eſt & illa quæſtio dubia, an etiam citati textus de vaſallis quatuordecim annis minoribus, procedant etiam in minoribus, licet illi doli ſint capaces, quales habentur qui pubertati proximi ſunt? Negativam amplecti videtur Andr. de Iſernia *in d. Tit. 26. §. ſi minori n. 1. verſ. niſi cum erit, & verſ. ſed ſi doli capax ſit, lib. 2. Feud.* & ibid. Laudenſis *n. 1. & 5.* Matthæ. quoque de Afflict. *ibid. n. 1. verſ. nota primum ex text.* Iſerniam ſequutus ſentit idem, & rationem addit hanc, quòd malitia ſuppleat ætatem *l. ult. §. fin. ff. de liberal. cauſ. & l. Iuriſiurandi, §. Denique ff. de oper. libert.*

33 Affirmativæ autem patrocinantur poſt Alvarot. Præpoſitus, Iacobin. de S. Georg. & alios pleroſque Sonsbeck. *in comment. in uſus feud. part. 11. n. 22.* Ioann. Schneid. *de feud. part. 5. n. 73.* Nicol. Mozz. *de feud. c. de ſubſtantial. feud. n. 45. verſ. Tertiò exprimit*, Ludolph. Schrad. *tract. feud. part. 6. c. 2. n. 25.*

verſ.

verſ. item ſive ſit doli capax. Herm. Vultei. *lib. 1. de feud. c. 7. n. 64.* & Henric. à Roſenthal *Tract. feud. c. 6. concluſ. 41. n. 5. & ibidem in addit. ſub lit.* F. Atq; horum aſſertio feudorum juri conſonat, ut quod ſimpliciter & generaliter pronunciat, minori 14. annis, non currere tempus petendi inveſtituram, ſed tunc demùm, quando major quatuordecim annis factus fuerit, *d. Tit. 26. §. ſi minori, & d. Tit. 55. §. Prætereà ſi quis, lib. 2. Feud.* Non tuetur negantem opinionem Text. *in d. Tit. 26. § ſi minori,* ibi, in qua doli capax ſit, *lib. 2. Feud.* Eſt enim locus ille de majori ætate, & ait ICtus in eâ ætate vaſallum doli eſſe capacem atque ita ſignificat in minore annis 14. non conſiderari, an doli capax ſit pupillus, nec ne.

34 Non eſt hoc loco omittenda etiam hæc quæſtio, An vaſallus minor 12. annis, ſi ipſum volentem Dominus ad feudi recognitionem & fidelitatis præſtationem abſque ejus tutore admittat (id quod facere poteſt, gloſſ. *in d. Tit. 26. §. ſi quis deceſſerit, in verb.* cogitur, *lib. 2. Feud.* & tradunt Feudiſtæ, quos citat & ſequitur Henric. à Roſenthal, *Tract. feud. c. 6. concluſ. 41. n. 6.*) an inquam, ſuâ ex promiſſione obligetur, nec nè? Negativa mihi veriſſima videtur, cùm enim jure communi

muni impubes abſque tutore ſuo non obligetur, *Tit. Inſt. de autoritat. tutor. in princ. & l. obligari, 9. in princ. §. Pupillus, ff. d. Tit.* & aliud jure feudorum non reperiatur cautum, ſequimur autoritatem juris communis, per text. in *Tit. 1. in princ. verſ. ſtrenuus autem, lib. 2. Feud.*

Non obſtat text. *in l. ult. §. ult. ff. de liberal. causâ*, ubi dicitur, quòd ſi impubes libertus juraverit, operas præſtare patrono, utili actione operarum nomine conveniri poſſit; Eſt enim textus ille exaudiendus, non de quolibet impubere, ſed eo, qui doli capax eſt ut indicant ibi verba hæc, qui & jurare poterit, & notat ibi *gloſſ. in verb.* potuerit.

Andr. quoque de Iſernia, *in d. Tit. 16. §. ſi minori, n. 1. lib. 2. Feud.* ſentit, quòd vaſallus impubes juratò poſſit fidelitatem promittere Domino, ſi doli capax ſit, his verbis: Sed ſi doli capax ſit, jurat. Vndè cognoſcitur, duo hîc requiri, ut impubes obligetur, putà, ut doli capax ſit, & ut juret. Et quia libertus naturâ obligatus eſt Domino ad præſtandas ei operas *l. ſi non ſortem 26. §. Libertus, 12. ff. de condict. indebit.* ſcilicet ꝑpter beneficiũ libertatis, quæ res inæſtimabilis eſt, *l. Libertas, 106. ff. de Reg. Iur.* & omnibus rebus favorabilior, *l. Libertas, 122. ff. d. t.* haud mirum,

quod adhuc pupillus ex promiſſione juratâ patrono ſuo obligatur.

35 Quod ſi impubes vaſallus non ſit dolicapax, non admittitur ad fidelitatis præſtationem, *l. Iusiurandum, 34. §. Pupillo, 2. ff. de iureiurand. & l. videamus, 4. in princ. ff. de in litem iurand.* & licet juret, non tamen peierare videtur, quia ſciens fallere non cenſetur, *l. Qui iuraſſe, 26. in princ. ff. d. t.*

36 Quod de infantiâ diſpoſitum legimus, hoc quidam intelligunt etiam de infamiâ, tùm quòd in *d. Tit. 22. in princ. lib. 1. Feud.* pro infantia, quidam Codices habent infamia, tùm etiam quòd in quibuſdam exemplaribus dicto loco utraque illa dictio extat, infantia, & infamia, ut videre eſt apud Baronem à Tautenberg.

37 Infamiam autem intelligunt non vaſalli, ſed ipſius Domini, ſi n. hic ob facinus ſuum infamiâ ſit notatus, vaſallum excuſari tradunt, ſi intra annum & diem, ſive menſem, non petierit inveſtituram; Non autem de quâvis id infamiâ domini ſcribunt, ſed eâ ſolùm, quam concepit ex quodam ſcelere, ob quod ab Eccleſiâ excommunicatus ſit, aut diffidatus, bannitus, proſcriptus ab Imperatore vel Romanorum Rege, Wan er in den Bann oder in die Acht gethon / Excommunicatus enim de jure vitandus eſt, & cum eo haben-

habenda non eſt aliqua converſatio, *can. Excommunicato, 11. quaſt. 3. & c. Nulli, & c. cum a homine, Extr. de ſententia excommunicationis*: Inprimis autem hanc tutatur concluſionem text. *in Tit. 28. Hic finitur lex lib. 2. Feud.* ubi diſertè traditur, quòd vaſallus fidelitatis ſacramento non ſit obſtrictus, neque obligatus adjuvare dominum, vel ei ſervitia præſtare, ſi ille excommunicatus vel à Rege bannitus ſit, donec ipſe dominus ab Eccleſiâ, vel à Rege ſit reſtitutus. Et ita ſentiunt Feudiſtæ communiter, Iacob. de Belviſo, Bald. *verſ. niſi iuſta, n. 3.* Alvarot. *n. 1. & 10.* Martin. Laudenſ. *n. 20.* Matthæ. de Afflict. *n. 27. & ſeq.* Præpoſit. *n. 6. in princ.* Frid. Schenck Baro à Tautenberg *n. 5. & 6. Tit. 22. Quo temp. miles, in princ. lib. 1. Feud.* Iacobin. de S. Georg. *de feud. in verb.* Qui quidem inveſtiti *n. 50.* Ioann. Schneid. *de feud. part. 5. n. 45.* Nicol. Mozz. *Tract. de feud. c. de ſubſtantialib. feudi, n. 45. verſ. Quartò exprimit*, Ludolph. Schrad. *Tract. feud. part. 6. c. 2. n. 53.* Herm. Vultei. *lib. 1. de feud. c. 7. n. 73.* Henric. à Roſenthal *Tract. feud. c. 6. concluſ. 51. n. 3.*

Quod attinet vaſalli infamiam, ob eam ſe excuſare ipſe non poteſt, cùm veriſimiliter non poſſit ignorare, ſe à Domino admiſſum iri ad inveſtituræ petitionem, ſiquidem infa- 38

mia non ſolvat obligationem fidelitatis, quâ Domino devinctus eſt vaſallus *Tit. 24. §. illud certum eſt, lib. 2. Feud.* & ob ſuam ipſius infamiam vaſallus veniâ dignus non ſit, cùm æquum non fuerit, dolum ſuum quemquam relevare *l. verùm 63. §. Hoc quoque, verſ. Nec enim æquum eſt, ff. pro ſocio*, & nemo ex delicto ſuo commodum reportare debeat, *c. 2. & 9. Extra de dol. & contumac. c. ex inſimulatione, 50. in fin. Extr. de appellat. & l. 1. ff. de doli mali & metus exceptione.* Et quòd vaſallus non obſtante infamiâ ſuâ, intra annum & diem, aut menſem, petere inveſtituram teneatur, ſub pœnâ amiſſionis feudi, ſentiunt Feudiſtæ communiter, quos memorant & ſequuntur Vultei. *lib. 1. de feud. c. 7. n. 73.* & Henric. à Roſenthal, *Tract. feud. c. 6. concluſ. 51. n. 4.* Allegant tamen hanc in ſententiam textus nihil huc pertinentes, puta text. *in l. ſive hereditaria, 22. ff. de negot. geſt. & l. Relegatorum. 7. §. ult. ff. de interdict. & Relegat.*

39 Quartò juſta excuſationis cauſa vaſallo competens in *d. Tit. 22. in princ. lib. 1. Feud.* proponitur juſta abſentia. Non ſolùm autem de vaſalli juſtâ abſentiâ intelligendum illud eſt, ſed & de abſentiâ Domini. Vaſalli juſta abſentia eſt, ſi is Reip. non proprii commodi cauſâ abſit, *l. abſentia, 183. ff. de Reg. Iur.*

l. 1. l. 4 & ll. ſeqq. ff. Ex quib. cauſ. maior. Et licet Procuratorem domi vaſallus reliquerit, qui inveſtituram petere potuerit, omiſsâ tamen petitione illâ, excuſationem meretur vaſallus, *l. ſed & ſi per Prætorem 26. §. ult. & l. nec me, 28. ff. Ex quib. cauſ. maior.* Sonsbeck. *in comm. in uſus feud. pârt. 11. n. 20.* Non obſtat *l. is qui Reip. 39. ff. Ex quib. cauſ. maior.* Eſt enim de eo, qui reſtitui vult contra eum, qui Reip. causâ abfuit, ut ſentit Duar. ibid. & Sonſbeck. *d. loco.*

Excuſatur etiam, qui abeſt ideò, quòd ab 40
hoſtibus vel latronibus detineatur, *l. 1. §. 1. & l. item ei, 14. ff. d. t.*

Sed quæri hîc poteſt, num etiam ille, qui 41
ſtudiorum causâ abeſt, excuſationem mereatur? Ipſo quidem jure nõ excuſatur, cùm voluntaria ejus ſit abſentia; & prævidere potuerit caſum petendę inveſtiturę futurum, ſi tamen Procuratorem, aut Curatorem domi reliquit, qui inveſtituram petere neglexit, in integrum reſtitui poteſt, per *l. ſed etſi, 26. §. 1. & l. nec non, 28. in princ. ff. Ex quib. cauſ. maior.*

Eſt quoque abſentia juſta, ſi vaſallus car- 42
cere, ſive vinculis detineatur, ad hoc ſcilicet, ut reſtitutionis in integrum beneficio gaudeat, *d. l. 1. ibi, in vinculis, & l. ſuccurritur, 9. ff. d. t.*

43 Quòd ſi vaſalli abſentia non ſit juſta, cadit feudo ſuo, ſi intra annum & diem, vel menſem, non petierit inveſtituram, arg. à contrar. ſenſu *d. Tit. 22. in princ. ibi, iuſta abſentia, lib. 1. Feud.*

44 Domini abſentiam quòd attinet, ſive illa juſta ſit, ſive injuſta, & voluntaria, aut temeraria, præſtat ea excuſationem vaſallo, ſi intra præfinitum tempus non petierit inveſtituram, ut tradiderunt Dd. communiter, in *d. Tit. 22. lib. 1. Feud.* Sylvan. *de feud. recognit. quæſt. 72.* Iacobin. de S. Georg. *in verb.* Qui quidem inveſtiti, *n. 52. verſ. quarta cauſa eſt abſentia,* Hotomann. *d. conſil. 32. n. 13.* Nicol. Mozz. *de ſubſtant. feud. n. 45. verſ. Quintò exprimit.* Ioann. Schneid. *tract. feud. part. 5. n. 39.* Ludolph. Schrader. *tract. feud. part. 6. c. 2. n. 39.* Ioann. Borcholt *in comment. in conſuet. feud. c. 8. n. 20.* & Henric. à Roſenthal *tract. feud. c. 6. concluſ. 50. n. 1.*

45 Sed nunquid vaſallus Domino abſente proteſtationem coram teſtibus interponere jubetur, ſe nimirum eſſe paratum petere inveſtituram, ſi præſens adeſſet Dominus? Curt. Iun. affirmat *Tract. de feud. part. 4. n. 49.* Mozz. verò negat *d. loco de ſubſtantialibus feudi, n. 45. verſ. Quintò exprimit.* Negat quoque Vultei. *Tract. de feud. c. 7. n. 74.* Vterque nititur

titur autoritate Felini, in *c. Ex tranſmiſſâ, n. 7. Extr. de præſcript.* Atque hanc opinionem veriorem puto; Si enim ipſo jure tutus eſt vaſallus, qui inveſtituræ petitionem omiſit propter Domini abſentiam, nihil iſthâc proteſtatione ipſi opus eſt, modo abſentia Domini ſit notoria, & de eâ dubitandum nõ ſit, conſulerem tamen vaſallo, ne eam intermitteret proteſtationem, cùm ex eâ cognoſcere poſſet Dominus, omni culpâ vacuum eſſe vaſallum.

Quòd ſi Dominus quidem à ſolitâ habitatione ſuâ abſit, certo autem quodam in loco moretur, quæſtionis eſt, an ibi adire ipſum & petere ab eo inveſtituram debeat? Diſpiciendum hîc nonnulli putant, an propinquo & vicino aliquo in loco vivat, aut longè remoto disjunctoque degat loco. Priori caſu, exiſtimant aliqui, debere vaſallum adire Dominum, & petere ab eo inveſtituram: Poſteriori verò caſu non item. Ita ſentit Iacob. de Ardiz. *in ſumma ſua*, Alvarot. *in Tit. 24. n. 6.* & ibi Petr. Ravennas, *lib. 2. Feud.* Chaſſenæ. *in conſuet. Burgund. Rubric. 3. §. 1. n. 1. & 2.* Laurent. Sylvan. *de feudi recognit. quæſt. 73.* Schrader. *Tract. feud. d. part. 6. c. 2. n. 39. verſ. Hoc tamen ita demum.* Vultei. *lib. 1. de feud. c. 7. n. 4. verſ. Quinimò*, & hanc communem eſſe in- 49

terpretum ſentētiam aſſerit Iohann. Schneidewin, *Tract. de Feud. part. 5. n. 40.*

47 Non deſunt etiam qui opinantur, inveſtituræ petendæ cauſâ, obligatum non eſſe vaſallum adire Dominum alieno in foro. Quò confert text. *in l. ſed & ha, 35. §. 2. verſ. cæterùm cogi eum, ff. de Procurat.* & ſentit ita Curt. Iun. *Tract. de feud part. 4. n. 49. verſ. ego autem,* & alios ſequutus Henric. à Roſenthal *d. part. 6. concluſ. 50. n. 3. & 4. & ibid. in addit. ſub lit. C.* Atque hanc opinionem veritati propiorem judico, cùm enim feudorum jure non ſit decisum, quòd vaſallus adire Dominum debeat alieno in foro, ſequimur hic meritò jus commune per text. *in Tit. lib. 2. Feud.* jure autem communi cavetur, ut debitor ſatisfaciat creditori in loco domicilii ipſius creditoris, vel ubi contracta eſt obligatio, *l. quod legatum, 38.* ubi Bart. & alii, *ff. de iudic.*

48 Si tamen locus ille fori alieni, ubi moratur Dominus, admodum vicinus ſit, ut eò vaſallus ſine magno ſumptu pervenire poſſit, adire ibi Dominum jubetur, *l. 4. §. ſi tam vicinum, ff. de damno infect. l. Mævia, 13. in fin. ff. de Annuis legat.* Curt. Iunior *Tract. de feud. part. 4. n. 49.* Baro à Tautenberg *ad d. Tit. 24. n. 7. lib. 2. Feud.* Ioann. Schneidew. *Tract. de feud. part. 5. n. 40.*

Præ-

Præter juſtas excuſationis cauſas hacte- 49
nus propoſitas & declaratas, poſſunt quædam aliæ dari: Quoties enim vaſallus intra annum & diem, ſive menſem, ſine dolo omiſit inveſtituræ petitionem, excuſatur à feudi privatione, per Text. expreſſum *in d. Tit. 52. §. ult. lib. 2. Feud.* ubi legiſlator feudalis, quoniam, ait, inter Dominum & vaſallum nulla fraus, nec ullum malum ingenium debet intervenire, idcircò ſancimus, ſi vaſallus non doloſè per annum & diem ſteterit, quòd à Domino ſui beneficii inveſtituram non petierit, feudum non ob hoc amittat, dolus enim abeſſe videtur, ſi juſtâ causâ impediente ſteterit, confert eodem text. *in Tit. 21. in princ. lib. 1. Feud.*

Inter has cauſas alias refertur etiam, ſi feu- 50
dum, de quo agitur, non ipſemet vaſallus, ſed alius quidam poſſideat, ut poſt alios, quos magno adducit numerò, tradit etiam Schrad. *Tract. Feud. part. 6. c. 2. n. 21.* Et hanc receptam eſſe Dd. ſententiam ſcribit Roland. à Valle *cõſil. 18. n. 17. vol. 1.* & Iohann. Borcholt. *in comm. in conſuet. Feud. c. 8. n. 22.*

Verùm de hac communi concluſione 51
ſubdubitare quis nõ imeritò poſſet, eo quòd, licet tertius aliquis feudum poſſideat, vaſallus tamen non deſinat eſſe vaſallus, nec

feudi jus idcircò amittat, ut evincitur etiam ex *l. 4. §. ſi cum ego fundum ff. de cenſib. l. Quæ quiſque, 64. ff. de adquir. rer. domin. & l. ſolennib. 25. C. de rei vind.*

52 Quapropter ut aliâs, ita & hîc Vaſallus inveſtituram intra tempus legitimum petere tenetur, niſi impedimentum aliquod adſit, cuiuſmodi non eſt feudi poſſeſſio, quæ penes tertium exiſtit. Cùm enim tertius quiſpiam poſſidet feudum, actio repetendi & avocandi ab ipſo feudum competit vaſallo, utilis ſcilicet rei vindicatio, per Text. in *Tit. 8. de inveſtitur. de re alienâ factâ, §. Rei autem, lib. 2. Feud.* Quam actionem ſi vaſallus ſciens intermittat, & interim tempus petendæ inveſtituræ præterlabatur, ob negligentiam ſuam meritò cadit feudo ſuo, ut arguit textus in dict. *Tit. 55. §. Præterea ſi quis lib. 2. Feud.* & ſentit Hartm. Hartmanni ab Eppingen, *lib. pract. obſerv. Tit. de feud. obſerv. 11. verſ. Hoc tamen verum.*

53 Sed nunquid vaſallus pendente vindicationis lite excuſatur à petitione inveſtituræ? Affirmativã amplectitur poſt alios, quos citat ipſe Hartman. Hartmanni proximè *d. loco, verſ. ſed quando, & verſ. ſeqq.* ubi has ex aliis adducit rationes; quòd vaſallus alio poſſidente feudum, ipſe non habeat eius commoda,

proindè

proindè nec ſubire onera feudi teneatur: Quòd item culpa nulla ſit vaſalli non petentis intra legitimum tẽpus inveſtiturã feudi.

Sed neutra hæc ratio vera & probabilis mihi videtur. Etſi enim actu vaſallus non percipiat fructus cæteraque commoda feudi, alio poſſidente illud, ipſi tamen fructus omnes & commoda manent vaſalli, & tenetur ea poſſeſſori ipſi reſtituere una cum feudo, ut arguit textus in *l. Prætereà, 20. & l. Fructus 33. ff. de Rei Vind. §. Etſi in rem, Inſt. de offic. iud.* Nec poteſt verè dici, quòd feudi onus ſit inveſtituram petere. Eſt reverentia quædam & obſequium, quod Domino Vaſallus debet, quod obſequium ſine onere præſtare poteſt, proindè ſi omittat illud vaſallus, contemnere dicitur dominum, ut ſuprà expoſui, & tradit etiam Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. pract. obſervat. 48. n. 8.* Vnde quod ajunt Dd. nullam vaſalli culpam eſſe non petentis inveſtituram tertio poſſidente feudum, non puto admittendum; ſiquidem poſſeſſio tertii non impediat vaſallum, quò minus inveſtituram petere poſſit. Quia tamen affirmativa Dd. opinio recepta dicitur, eamque audactèr tenendam eſſe ſcribit Iacobin. de S. Georg. *Tract. de feud. verb.* Qui quidem inveſti-

veſtiti, *verſ. ſed pone, n. 32.* non facilè in praxi ab eâ recedendum eſſet.

55 Iuſtis excuſationis cauſis connumerari etiam poteſt lis inter Dominum feudi & alium quempiam de feudi dominio directo, ſi nimirum dubitetur, uter ipſorum Dominus ſit: Differri enim jure poteſt inveſtituræ petitio, ut ajunt, donec conſtiterit, uter litigantium Dominus ſit, ita ſentiunt Oldrad. *conſil. 22.* Præpoſit. *in Tit. 22. in princ. lib. 1. Feud.* Zaſ. *tract. de feud. part. 7. n. 7.* Sonſbeck *in comment. in uſus Feud. part. 11. n. 22.* Ioann. Schneidew. *de feud. part. 5. n. 38.* & Schrad. *Tract. feud. part. 6. c. 2. n. 28.* Addunt tamen Oldrad. Zaſ. Schrad. & Schneid. d. locis, vaſallum hoc caſu proteſtari debere, quòd petere inveſtituram velit, cùm certum fuerit uter litigantium dominus ſit.

Quidam tamen putant, ab eo petendam eſſe inveſtituram, qui poſſidet, ita ſcribit Iacob. de Ardiz. *Tit. Quib. mod. feud. amitt. Rubric. ſi duo contendant de hered.* Alvarot. *in d. Tit. 22. n. 14. lib. 1. Feud.* Zaſ. *d. part. 7. n. 7. verſ. item & vaſallus.* Herman. Vultei *lib. 1. de Feud. cap. 7. n. 77.* Bernh. Vurmſer. *lib. pract. obſerv. Tit. 51. obſerv. 25.* ſentit, quòd hoc caſu vaſallus ab utroque, & à poſſeſſore ſcilicet feudi, & ab alio litigatore petere inveſtituram debeat.

Verum-

Verumenimverò cùm hîc ſermo nobis ſit de vaſallo, qui veteris inveſtituræ renovationem petere jubetur, proindeque de eo vaſallo qui poſſidet feudum, non eſt hîc ſpectandum ad alium poſſeſſorem, putà Dominum, aut eum, cum quo litigat de feudo ipſe Dominus, cùm neuter ille poſſideat, poſſidente vaſallo, per text. *in l. 4. §. Ex contrario, ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. duo in ſolidum, 19. ff. de precario, & l. ſi ut certò, 5. §. ult. ff. commodati.*

Quòd ſi autem caſus contigerit, quo Dominus feudum poſſideat, aut ille poſſideat, cum quo Domin⁹ de feudo litigat, poſſet vaſallus cum ipſo poſſeſſore utili vindicatione experiri ad reſtituendā feudi poſſeſſionē, per text. *ind. Tit. 8. §. rei autem, lib. 2. Feud. junct. l. 1. §. ult. & l. ult. ff. ſi ager vectigalis.* Quòd ſi negligat vaſallus hanc vindicationē, & interim annus & dies, ſive menſis effluat, amittit ſuum feudi ius, ut tradunt Dd. quos citat Henric. à Roſenthal, *Tract. de feud. c. 6. concluſ. 49. ſub lit.* B. 56

Duo autem de feudi dominio directo ſi contēdant, vaſallo feudum poſſidente ab eo vaſallus inveſtituram petere tenetur, quem ipſe vaſallus, & anteceſſores ejus dominum feudi ſemper agnoverunt, quippe cùm ille, 57

qui

qui antè Dominus fuit agnitus, etiam nunc Dominus eſſe præſumatur, per ea, quæ latè deducit Menoch. de *præſumpt. lib. 1. præſumpt. 24, n. 2. & aliquot ſeqq.*

58 Eſt & illa excuſationis cauſa juſta, ſi vaſallus intra annum & diem ſive menſem petere inveſtituram omiſerit, ideò, quod ignoraverit vaſallum vel Dominum eſſe mortuum, quodq́ue res feudalis ſit, de qua agitur; Vt enim vaſallus ob non petitam renovationem inveſtituræ feudo privetur, duo inter cætera deſiderantur. Mors ſcilicet Domini, & vaſalli, *Tit. 22. quo tempore miles, in princ. lib. 1. Feud.* Et ſcientia vaſalli ſucceſſoris, *Tit. de controv. inter Domin. & emptorem feudi, lib. 2. Feud.* Ignorantia igitur, mortis illius, & quòd res ſit feudalis, excuſat vaſallum à feudi privatione, idq́; tradunt alios ſequuti Ludolph. Schrad. *tract. feud. part. 6. c. 2. n. 16.* Ioannes Schneid. *de feud. part. 5. n. 37.* Mynſing. *cent. 5. obſerv. 9. n. 5.* Henric. à Roſenth. *tract. feud. c. 6. concluſ. 48. n. 3. & 55.* cùm enim vaſallus ignorans mortem vaſalli aut Domini, quodq́ue res feudalis ſit, non contemnat Dominum, feudo privandus non eſt, arg. *l. ſi ignorans 50. ff. Locati, l. ult. in fin. ff. de oper. public. l. Generali,* ibi non ignorantiã; *C. de tabulariis 3. lib. 10.*

In

In dubio autem juramento vaſallus probare ſolet, quòd ignoraverit rem eſſe feudalem, aut Dominum, vel vaſallum eſſe mortuũ, per text. *in Tit. 42. da controv. inter domin. & empt. feud.* ubi gloſſ. Iacob. de Belviſ. Laudenſ. Alvarot. Matth de Afflict. Præpoſitus, & alii, *lib. 2. Feud.* & Zaſius *de feud. part. 10 n. 19.* Roſenthal. *tract. feud. c. 6. concluſ. 47. n. 7.* Quòd ſi pares Curiæ non admittant oblatum à vaſallo hoc purgationis juramentum, poteſt vaſallus tanquam gravatus appellare, Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 881. n. 7.* & Iudex appellationis ſententiam parium retractare jubetur, Gail. *dict. lib. 2. obſervat. 48. numero 25.* 59

Requiritur autem ut ignorantia probabilis ſit, non craſſa, non ſupina, aut affectata, Schrad. *d. part. 6. c. 2. n. 16.* Andr. Gail. *dict. obſervat. 48. n. 15.* Iohann. Schneid. *de feud. d. part. 5. n. 28.* Neque etiam Iuris ignorantia, Matth. de Afflict. *Deciſ. Neapolit. 265.* & alii, quos citat & ſequitur Roſenth. *tract. feud. c. 6. concluſ. 47. n. 5. in addit. ad lit.* I. 60

Craſſa & ſupina ignorãntia eſt, ſi is ignoret, de quo communis vox & fama ſit, putà mortuum eſſe Dominum aut vaſallum, item bona eſſe feudalia quæ defunctus reliquit, *l. Lata culpa 223. in princ. l. Magna negligentia, 226. ff.* 61

226. ff. de Reg. Iur. Huiuſmodi ignorantia non excuſat vaſallum, *Tit. 55. §. Prætereà ſi quis, lib. 2. Feud.* & ſentiunt ita, quos memorat & ſequitur Henric. à Roſenth. *tract. feud. c. 6. concluſ. 47. n. 3. & 4. ubi in addit. ſub litt.* G. & H.

62 Affectata ignorantia eſt, cum quis per ſimulationem aliquid ignorat, quod ſcire potuit, ſed noluit, Andr. Gayl. *lib. 2. obſ. pract. obſ. 48. n. 18.* Si ergò defuncti ſucceſſor in hereditate allodiali inſtrumenta repererit feudalia, ex quibus conſtet, hanc, vel illam rem eſſe feudalem, non excuſatur ignorantiâ ſuâ, cùm contra ipſum præſumptio inſurgat, quòd cognoverit ex inſtrumentis illis, rem defuncti eſſe feudalem, arg. *d. Tit. 55. §. Prætereà ſi quis, lib. 2. Feud.* Roſenth. poſt alios quos citat *d. c. 6. concluſ. 47, n. 6.* & ibidem in *addit. ſub litt.* L. & M. Huiuſmodi enim ignorantia ſcientiæ comparatur, *l. Nec ſupina, 6. l. Regula, 9. §. ſed facti, 2. ff. de iur. & fact. ignor. c. 1. Extr. de poſtulat. Prælat. c. cum in tua, Extr. Qui matrimon. accuſar. poſſ.* Andr. Gail. *lib. 2. pract. obſerv. 48. n. 15. & ſeqq.* Schrad. *Tract. feud. part. 6. c. 2. n. 16.* Henric. à Roſent. *de feud. c. 6. d. concluſ. 47. n. 3. & 4. ubi in addit. ſub. lit.* F. Hoc ergò caſu licet paratus ſit vaſallus juramento aſſerere, quòd iſthæc non

lege-

legerit inſtrumenta, non tamen auditur, cùm juris ſit præſumptio, quòd inſtrumentorum contenta cognoverit, per text. *in l. non eſt ferendus, 12. ff. de Tranſact.* Quò pertinent quæ ſcribit Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 780. n. 8. & 9.* & Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. n. 64. & 74.* & latè Grammatic. *deciſ. 103. n. 31.*

Iuris quoque ignorantia non excuſat vaſallum, per *l. 1. §. 1. l. 2. l. 3. & l. ult. ff. de iuris & fact. ignor.* Qualis ignorantia eſt, ſi neſciat vaſallus, quòd Patri ſuo, aut agnato in feudum paternum ſuccedat, jura enim feudalia filium, itemque agnatum ad feudi paterni ſucceſſionem vocant, *Tit. 8. in princ. & §. Filia verò, lib. 1. Feud. Tit. 11. De ſucceſſione fratrum, & Tit. 50. de naturâ ſucceſſionis Feudi lib. 2.* Quòd ſi ignoret defuncti vaſalli filius aut agnatus, proindeque intra annum & diem ſive menſem non petat renovationem inveſtituræ, cadit Feudo ſuo, Matth. de Afflict. *in Tit. 22. in princ. n. 10, lib. 1. Feud.* Schrad. *Tract. feud. part. 6. c. 2. n. 13.* 63

Sed quæſtionis eſt, annè etiam vaſallo ſucceſſori feudali currat tempus petendi inveſtituram antequam adiit hereditatem defuncti vaſalli, patris, vel agnati ſui? Iulius Clarus *lib. 4. ſentent. §. Feud. quæſt. 49. n. 3.* 64

ſcribit, ſe non credere, quòd tempus illud non currat niſi â die aditæ hereditatis.

Aliis verò affirmativa placet, inter quos Iacobin. de S. Georg. *Tract. de feud. in verb. qui* quidem inveſtiti, *n. 34. verſ. adverte tamen, & n. 35.* Curt. Iun. *de feud. part. 4. n. 57.* Mynſing. *cent. 5 obſervat. 9. n. 9.* Hartmann. Hartmanni ab Eppingen, *lib. pract. obſervat. Tit. 54. de feud. obſerv. 11. in fin. verſ. item fallit in filio.* Et hanc opinionem ſequi omnes, aſſerit Molinæ. *in conſuetud. Pariſienſ. Tit. 1. §. 1. gl. 7. n. 4. & §. 4. n. 5.* eamque communiter obtinuiſſe ſcribit Vultei. *lib. 1. de feud. c. 7. n. 79.*

Nonnulli verò diſtinguunt inter feudum hereditarium, & ex pacto & providentia feudum; In illo ante hereditatis aditionem non currere tempus illud exiſtimant; In hoc verò ſecus eſſe ſtatuunt Ludolph. Schrad. *Tract. feud. part. 6. c. 2. n. 17. & 18.*

65 At neque affirmantium, neq; diſtinguentium opinionem feudorum placitis conſonam eſſe judico, tùm quia feudorum ius ſpectat hîc ſolùm tempus anni & diei ſive menſis, item ſcientiam vaſalli nullo impedimento retardati, ut ſuprà expoſitum, tùm, quia nomothesia feudalis non agnoſcit diſtinctionem inter hereditarium & ex pacto & providentiâ feudum, ut oſtendi alios refe-

rens

rens in tractatu meo, de qualitate & differentiâ feudorum, *c.5.n.20.& ſeqq.* Tùm etiam, quia intereſt Domini plurimùm, ut quàm primùm intra annum & diem ſive menſem ad fidelitatem juramento ſibi aſtringat vaſallum, tùm poſtremò quia vaſallus ipſo jure in feudum ſuccedit patri ut & agnato ſuo, ſi paternum ſit feudum, beneficio ſcilicet primi acquirentis, & jure primæ inveſtituræ, ut nõ opus habeat aditione, *Tit. 1. §.1. ibi, ut ad filios deveniret, item ibi, ut ad omnes deveniat, & §§. ſeqq. Tit. 8. de ſucceſſ. feud. & Tit. 14. de feudo Marchia, §. ſi Capitanei*, ibi, per inveſtituram patris & avi, *lib. 1. Feud. & Tit. 50. lib. 2. Feud.*

Hinc vaſallus non adire ſed retinere dicitur feudum, quando in illud ſuccedit, *Tit. 45. ibi, Feudum retinere poterit, Tit. 36 ibi, feudum retinebit, lib. 2. Feud. & Tit. 6. §. Mutus*, ibi Feudum retinere, *lib. 1. Feud.* Quinetiam quod efficit aditio hereditatis in allodiali herede, ut ſcilicet obligatus ſit creditoribus defuncti, id præſtat vaſallo inveſtituræ petitio & renovatio intra tempus legitimum facta, ut nimirum Domino feudi obſtrictus ſit, ad fidelitatis, obſeq[illegible]ii, & ſervitiorum pręſtationem, *Tit. 5. 6. & 7. lib. 2. Feud.* 66

Cæterùm poſito, inveſtituræ petendæ tempus in feudo, quod hereditarium vocãt,

non currere, niſi ab aditionis tempore, ſciendum tamen hîc, ſi vaſallus dolo ipſam aditionem differat, ei non prodeſſe excuſationem de nondum aditâ hereditate, ut ſentiunt, quos citat, & ſequitur Schrader. *Tract. feud. part. 6. c. 2. n. 18. & ſeq.* Nemini enim ſua malitia, & dolus patrocinari debet, *l. 1. ff. de doli except. & c. ſedes Apoſtolica, Extr. de reſcript.*

67 Non eſt hoc loco omittenda etiam hæc quæſtio, an vaſallo ſucceſſore defuncti mortuo, antequam intra legitimum tempus inveſtituram petierit, proximo ejus ſucceſſori imputetur tempus, quod defunctus ille vaſallus labi paſſus fuit? an verò ſucceſſori ejus incipiat tempus illud currere primum ex die, quo ei delata jure fuit feudi ſucceſſio, putà à tempore mortis vaſalli, cui cœpit annus ille & dies vel menſis labi? Diſtinguunt hîc nonnulli inter feudum novum & vetus feudum, in illo tempus, quod patri effluxit, computari filio in annum & diem, in hoc non item: Ita ſentiunt Iacobin. de S. Georg. *Tract. de feud., in verb.* Qui quidem inveſtiti, *n. 34. verſ. Sed iterum dubitatur,* Curt. Iun. de Feud. *part. 4. n. 23. verſ. Sextò limitanda eſt, n. 51.* Hartmann. Hartmanni ab Eppingen. *d. tit. 54. de feud. obſ. 11. n. 14.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. pract. obſ. 50. n. 7. 8. & 9.* Cephal. *Conſil. 4. n. 54. lib. 1.*

Sed

Sed hanc diſtinctionem poſt Bald. And. de Iſern.& Matth. de Afflict. reiiciunt etiam Sonsbeck.*in comment.in uſus Feud.part.11.n.12.* Schrader.*Tract.feud.part.6.c.2.n.7.* & Herm. Vultei. *de feud. lib.1.c.7.n.86.pag. 242.* & meâ etiam opinione improbādaeſt ea diſtinctio, tùm quia feudorum jura nuſquam hîc diſtinguunt inter novum & vetus feudum: Tùm, quia eadem eſt ratio novi & veteris feudi, quoad petitionem inveſtituræ, quæ ratio eſt, quòd vaſallus ſucceſſori ſuo proprio, non defuncti vaſalli nomine, quoties caſus petendi inveſtituram contingit, inveſtituram petere tenetur: Tùm quia, cum gradus ſuccedendi deficit, ſuccedit in ejus locum gradus proximus, non jure gradus præcedentis,ſed proprio jure,*§.pen.verſ. Et ſi intra*,ibi,ac ſi is qui præcedebat ex eo numero non eſſet,*Inſt.de bonor.poſſeſſ.l.1.§. Quibus ff. de ſucceſſor. Edict. l. ult. C. Qui admitti ad bonor. poſſeſſ.poſſ.* Tùm etiam,quia culpa unius alteri nocere non debet,*l.ſancimus,22.C.de pœnis.* Tum poſtremò,quia ad omnes feudi ſucceſſores etiam agnatos, ipſo jure pertinet feudum, tanquam ad liberos primi acquirentis, qui illud acquiruntnon morte proximè defuncti vaſalli, ſed jure proprio ex primâ patris inveſtiturâ,*Tit.14.ſi capitanei, ibi, per inve-*

ſituram patris & avi, lib.1.Feud. & Tit. 10.lib. 1 Feud. Id quod etiam ex eo cognoſcitur, quòd patris Ordinatio de feudo nulla eſt, *Tit.8 §.1. lib.1 Feud.*

69 Non obſtat, quòd heres ejuſdem juris eſſe dicitur, quo fuit defunctus, *l.heredem, 60. ff. de Reg. Iur.* quodque heres eadem cenſetur eſſe perſona cum defuncto, *Novell.48.de iureiurand. à moriente præſtito, in princ.* Quòd denique heres factum defuncti præſtare tenetur, *l. Ex quâ perſonâ 192. ff. de Reg. Iur.* Hæ enim juris regulæ omnes intelligendæ ſunt de herede allodiali non feudi herede: In feudis HEREDIS appellatione ſignificatur filius ſive maſculus feudi ſucceſſor, *Tit. 13. De alienat.feud. §.Etſi clientulus, lib.2.Feud.* & viciſſim per filium itemque maſculum, ſignificatur heres feudalis, *Tit. 11. De ſucceſſ. fratr. Tit. 18. de duob. fratr. & Tit. 26. §. ult. Tit. 28. §. pen. lib. 2. Feud.* Et in feudis aliud eſt hereditas, aliud feudum, *Tit. 45. in princ. lib. eod. Feud.*

70 Neque etiam obſtat, quod aiunt in feudo novo repræſentare filium patris perſonam, & ex patris perſonâ provenire feudum; Etſi enim patris operâ & facto adquiſitum ſit feudum, non tamen ipſi ſolùm, ſed & eius liberis maſculis conceſſum eſt, *Tit. 23. in fin. lib.2. feud.* in tantum, ut pater in præiudicium libe-

liberorum, de eo diſponere non poſſit, *d. Tit. 8. §. 1. lib. 1. Feud.* & latè oſtendi contra alios, *tractat. meo de iur. ſucced. in feud.* Et tot ſunt donationes in feudo, quot generationes ex patre primo adquirente deſcendentes, Barthol. Camer. *ad Tit. de prohib. feud alienat. per Frideric. pag. 368. & ſeqq.*

71 Quæritur & illud, an Dominus inuito vaſallo tempus petendæ inveſtituræ minuere & arctare poſſit? Hanc quæſtionem negativè decidi in *Tract. meo de inveſt. feud. c. ult. n. 9.* Eodem quoque capite *num. 14.* egi de ipsâ petendi inveſtituram formulâ ac ritu etiam hodie conſueto.

72 Denique in dubium vocatur & illud, an minor, ſi omiſerit intra legitimum tempus inveſtituram, adverſus temporis lapſum reſtitui in integrum poſſit? Feudiſtæ quidem communiter affirmant, Alvarot. Præpoſit. Laudenſ. in *d. Tit. 22. Quo temp. miles, lib. 1. Feud.* & Zaſ. *tract. feud. part. 7. n. 8. verſ. Adulto tamen* Ioann. Schneidew. *de feud. part. 5. n. 30.* Weſemb. *Tract. de feud c. 8. n. 8.* & poſt alios Vultei. *de feud. lib. 1. c. 7. n. 66.* Sed de hâc concluſione communi dubitat nonnihil Sonsbeck. *in comment. in uſus feud. part. 11. n. 22.* & quidem hoc motus argumento, quòd impubes minor adverſus delictum non reſtituitur in inte-

grum, *l. ſi ex causâ 9. §. Nunc videndum, ff. de minorib. l. 1. & l. 2. C. ſi adverſ. delict.* Verùm enunciatio hęc procedit in delicto, quod conſiſtit in facto delinquentis doloſo & conſultâ operâ commiſſo, non etiam in omiſſionis delicto, ut oſtendit Cuiac. in *paratit. C. Tit. ſi adverſ. delict.* & ſentit Vultei. *d. c. 7. numero 66. in fin.*

Quod attinet modum & formulam petendi inveſtituram, expoſui in *tract. meo de inveſt. feud. c. ult. n. 14.*

73 Hactenus de feudi amiſſione ob culpam non petitæ inveſtituræ intra tempus legitimum, atque ita de culpâ quâdam vaſalli in omittendo commiſsâ. Huius generis culpa eſt & illa, ſi vaſallus Dominum ſuum in quoddam vitæ aut corporis diſcrimen adductum dimiſerit, ut ſi cum ipſo Domino in prælium iverit, eumque in acie periclitantem non mortuum, nec ad mortem vulneratum deſeruerit, *Tit. 5. Quib. mod. feud. amitt. in princ. & Tit. 21. de feudo ſine culpâ non amittendo, §. ult. lib. 1. Feud. & Tit. 24. Quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt. §. Item qui Dominum ſuum, Tit. 57.* ibi, ſeu in campeſtri bello ſuum Dominum reliquerit, *lib. 2. Feud.* Si quoque Domino extra bellum quoddam corporis aut vitæ periculum immineat, & ei non ſuccurrat

rat vaſall⁹,feudo ſuo privatur,per text.*in Tit. 7.de novâ form.fidelit.verſ. ego iuro,lib.2.Feud.*& text.*in d.Tit.24.*§.*Prætereà,& Tit.26.ſi de feudo defuncti contentio ſit inter Dominum & agnatos vaſalli,*§.*Licet vaſallus*,ibi,ſi tamen ſciat ei magnum periculum imminere, ultrò adjutorium ſuum ei debet præbere,*lib.2.Feud.* Atque hæc omninò cauſa amittendi feudum juſtiſſima exiſtimari debet,Ioann. Borcholt, *in comment.in Conſuetud.feud.c.8. & ſeq.*

Hujuſmodi autem ex cauſa vaſallus ſuo exuitur feudo, non ſolùm ſi culpa ipſius doloſa ſit, ſed & ſi videatur ſaltem dolo proxima negligentia, per text. *in d.Tit.24.* §. *Prætereà,verſ. Quod ſi non fecerit,doloq́, vel negligentiâ ſuâ,vel fraude.lib.2.Feud.*cujuſmodi negligentia ſive culpa in jure noſtro dicitur lata culpa, ut cum vaſallus prætermittit eam diligentiam in defendendo ſuo domino, quam hominum natura deſiderat,*per l. Quod Nerva, ff.Depoſiti,gloſſ.in l.ſi.conſtante, 24.* §.*ſi maritus, ff.ſolut. matrim.* Et cum negligit id, quod omnes homines non eſſe omittendum intelligunt,*l.cedere diem, 213.*§.*ult. l. lata culpa, 23.ff.de V.S.l. Regula, 9.*§.*ſed facti ff.de iuris & facti.ignorant.* Vndè meritò hæc negligentia dicitur etiam magna culpa,*l.Magna negligentia ff.de V.S.l.1.*§.*is quoque apud quem, ff.de Obl. & Act.* 74

Aaa 5

& Act. Item latior culpa, *d.l. Quod Nerva, ff. depoſiti,* ut & gravior culpa, *l. homo liber 54. §. 1. ff. de adquir. rer. dom.* Item lata negligentia, *l. Tutor qui repertorium 7. §. competit, ff. de admin. & peric. tut. l. Impuberibus, 7. §. 1. ff. de ſuſpect. tut. l. Magiſtratus 6. ff. de adm. rer. ad civit. pertinent.* tùm etiam negligentia manifeſta, *l. 2. C. Arbitr. tutel.* & ſumma negligentia, *d. l. Regula 9. §. ſed facti, ff. de iur. & fact. ignorant.* Vt & diſſoluta & remiſſior negligentia, *l. ſi fideiuſſor, 29. in princ. ff. Mandati, l. pen. ff. de peric. tut.* & denique diſſoluta ignorantia, *l. cum ſex menſes 55. ff. de ædict. edict.* Et quia hæc culpa ſive negligentia dolo etiam proxima eſſe dicitur, *l. cum res, 47. §. culpa ff. de legat. 1. l. ſi fortuitò 9. ff. de incend. ruinâ, naufrag. l. Mulier 22. §. ſed enim, ff. Ad SC. Trebellian. l. Quæſitum, 8. §. Eum quoque ff. de precar.* Item propè dolum eſſe *l. ſi fideiuſſor, 29. in princ. ff. Mandati,* ac propè fraudem accedere *l. Impuberibus 7. §. 1. ff. de ſuſpect. tutor.* & dolum repræſentare, *l. 1. §. Culpa, ff. ſi quis teſtament. liber eſſe iuſſus fuerit:* Item dolo comparari, *l. 1. §. pen. ff. ſi menſor falſ. modium dixerit,* & ſimpliciter etiam dolus eſſe dicitur in *d. l. Magna, ff. de V. S. & d. l. Quod Nerva, ff. Depoſiti, l. Is cui, §. dolum, ff. Vt in poſſeſſ. legator.* non mirum, quòd ob hanc quoque culpam ſuam vaſallus, qui Dominum ſuum in vitæ aut corpo-

oris diſcrimine dereliquit, feudo priva-
Id quod ſentit quoque Sonsbeck.*in com-*
. ad uſus feud. part. 12. n.15.

Cæterùm quæſtionis eſt, an etiam vaſal- 75
feudo ſuo mulctetur, ſi Dominum in
o ope & auxilio ſuo deſtituerit, cum ei
idum præſens comparatum eſſet pericu-
1? Negativa placet Præpoſito & Lauden-
1 *d.Tit.24.§ item qui Dominum, lib. 2. Feud.*
c argumento, quòd duo hîc requirantur,
vaſallus feudum amittat, dimiſſio ſcilicet
periclitatio, per Text.*in d.Tit.24.§.item qui*
minum, lib.eod.Feud. Ajens verò opinio
idet Sonsbeckio *in comm.in uſus feud.part.*
*n.10.*ipſiq́ue meum quoq; addere calculum,
illus dubito: Cùm enim vaſallus, qui dene-
t ſervitutem Domino, feudi privatione
iciatur, *Tit.21.in princ.verſ.vel ſi Dominis ſuis,*
1.Feud.& d.Tit.24.§.ſed non eſt alia, & d.Tit.
. §. Firmiter etiam ſtatuimus, lib. 2. Feud. cur
ò ęquè privaretur etiam feudo ſuo vaſallus,
ui Dominum in bello deſervit, atq; ita de-
itum ei ſervitium præſtare recuſavit, licet
ondum præſenti in periculo ipſe Dominus
onſtitutus fuerit. Accedit huc & illud, quòd
ui in acie verſatur, à periculo nunquam eſt
mmunis, ſed ei ſemper illud impendere in-
telli-

telligitur, ut text.*in d.Tit.24.§.item qui Dominum,lib.2.Feud.*de Domino in acie periclitante, huc etiam ad propoſitum caſum quadrare videatur.

76 Verſatur in quæſtione & illud, an vaſallus feudo ſuo mulctetur, & eo caſu, quo quidem dimiſit in acie dominum ſuum, ſed pœnitentiâ ductus cõfeſtim ad ipſum rediit, Bald. *ad d.Tit.5. Quib.mod.feud.amitt.§.1.n. 2.verſ. ſed pone*, & ibidem Matth.de Afflict. *n. 12. in fin. lib.2.Feud.* tùm & Zaſius *de feud.part.10.n.18.* & Schrader. *Tract.feud.part.6.c. 6.n. 79.* negativę patrocinantur arg. *l.3. & l.ſi pœnituit, 7.ff.de divort.& repud.& l. Qui falſam, 19.ff. Ad leg. Cornel. de falſ.* Quibus etiam addi poteſt *l.3.§.Deſertor, ff.de re militar.* Confirmare videtur eandem concluſionem, quod ICtus Feudiſta in *Tit.5.§.1.lib.1.Feud & d.Tit.24.§. item qui dominum, lib.2.Feud.* utitur verbo DIMISERIT, quod verbum denotat actum ex omni parte perfectum & abſolutum, *l.1.§.Hac verba*, ubi Iaſon. *ff.Quod quiſque iuris in alium ſtatuit, gl. in c.Adhæc in verb.* elegerint, *Extr. de inſcript.* Schrad. *d.c.6.n.80.*

77 Sed ab hâc opinione planè alienus eſt Martin.Laudeſ. *in d.Tit.5.§. 1.lib.1. Feud.* Curt.

Iun.

n Tract. de feud. part. 4. n. 14. quaſt. 7. Sonſ-
in comment. in uſus feud. part. 12. n. 14. verſ.
ertiò, Nicolaus Mozz. *Tract. de feud. Tit. ex*
cauſ. feud. amitt. n. 87. & Vultei *Tract. de*
lib. 1. c. 11. n. 19. quorum opinioni meum
jue aſſenſum præbere, minimè diffici-
ne exhibeo, tùm quia punitur etiam
;, qui duntaxat agmen exceſſit, *l. 3. §. ſed*
men ff. de re militar. quique ſaltem in bel-
na amiſit vel alienavit, *d. l. 3. §. Miles qui in*
t. Tùm etiam, quia nemo fugæ pecca-
noxius pœnitentiâ ſuâ nocens eſſe de-
l. Quid ſit fugitivus 17. §. 1. ff. de Ædilit. edict.
, quia delicti pœna ex delinquentis pœ-
tiâ non remittitur, *l. Qui eâ mente, 65. ff.*
t. l. pen. ff. Vi bonor. raptor. Tùm poſtre-
quia ipſo etiam momento quo abſuit
lus, periculo Dominus cingi poſſet.

on propugnat opinionem contrariam 78
in d. l. ſi pœnituit, 7. ff. de divort. ubi dicitur,
l ſi libellum repudii quis mittat conjugi,
oſteà eum facti pœniteat, non intelligi
m divortium, ſed ipſum adhuc durare
imonium, non inquam pro opinione
rariâ id pugnat, Divortium enim non
lictum, ſed jure Digeſtorum & Codi-
rmiſſum eſt; At dimittere dominum in
acie

acie eſt delictum; Non ergò rectè arguitur à divortio ad domini dimiſſionem in acie à vaſallo factam.

79 Neq; tuetur eandem concluſionem text. in *d. l. Qui falſam 19. in princ. ff. Ad leg. Cornel. de falſ.* ubi ſuffragio pœnitentiæ abſolvi dicuntur, qui falſam monetam cudere cœperunt, ſed pœnitentiâ ducti, totam non efformarunt. Cùm enim moneta ex ſuâ maximè formâ æſtimetur publicâ, & moneta non ſit, antequam formam ſuam legitimam acceperit, *l. 1. in fin. principii, ff. de contrah. empt. vendit.* Hotom. *lib. de re numaria, c. 5. pag. 24. & ſeqq.* haud dici poteſt percuſſiſſe monetam, qui nondum ipſi maſsæ publicam impreſſit formam, & proindè nondum deliquiſſe, & crimen falſi admiſiſse dici poteſt; At vaſallus qui dominum ſuum in bello dimiſit, ipſâ dimiſſione in dominum deliquit, proindeque amiſſione feudi dignus habetur.

80 Nullum denique opinioni *contrariæ* patrocinium adfert text. in *l. 3. §. Deſertor. ff. de re militar.* ubi Modeſtinus ICtus definit deſertorem, qui per prolixum tempus vagatus ad bellum reducitur, Iura enim Feudorum eum ſolum vaſallum feudo mulctandum

cen-

at, qui dimiſit in bello dominum, & dolosè omninò deſeruit.

quæſtionem & illud vocatur, an vaſal- 81
ui in prælio campeſtri dimiſit domi-
feudo ſuo privetur eo etiam caſu, quo
nus ſalvus & incolumis ex acie evaſit,
uia hoſtem vicit, aut vincente hoſte
im periculum ſuſtinuit? Negativam
i videntur tres potiſſimum rationes.
a hęc eſt; Quod eſt ſine effectu delicti,
eſt delictum, *l. Mancipia* 5. *C. de ſerv. fugi-*
t. Extr. de Cleric. pugnant. in duello, Bald. *in l.*
ſ non dicam rapere, 5. *C. de Epiſc. & Cleric.*
quando abitio & diſceſſus vaſalli ex acie
obfuit domino, non intelligitur vaſal-
eliquiſſe. Altera ratio illa eſt, quòd, ubi
a adponitur à jure ipſo facto, nunquam
s eſt pœnæ, niſi delictum eſt conſum-
um, *c. cum in cunctis*, §. *fin. Extr. de Elect. &*
. poteſt. iunct. cap. perpetuò, *Tit. eod. in 6.*
tia ratio ea eſt: Illud permitti æquum eſt,
oi nõ nocet, alteri verò prodeſt, *l. in fun-*
l. verſ. conſtituimus verò, ff. de rei vind. l. 2. §. ſi
ductus, ff. de ſervit. ruſtic. præd. Speculator
. §. *Quoniam ſuper, n. 25.* Sed fuga vaſalli
nocuit domino, profuit verò hoc caſu va-
i, ergò fuga ipſius non debet ei nocere.

Cæterùm

Cæterùm hæ rationes tanti momenti non ſunt, ut ab affirmativâ dimovere quemquam valeant, cùm pro eâ urgentiora militent argumenta, quorum primum illud eſt, quòd feudorum ius ad privationem feudi nihil aliud hîc requirit, quàm quòd vaſallus dominũ in acie dimiſerit, *d. Tit. 5. §. 1. ibi, in ipſo prælio dimiſerit, & d. Tit. 21. §. ult. ibi*, in pugnâ dominum dimiſerit, *lib. 1. Feud. & d. Tit. 24. §. item qui dominum*, ibi, in acie dimiſerit, *lib. 2. Feud.* Alterum argumentum hoc eſſe poteſt: Quòd factum mali exempli dignâ coerceri pœnâ debet *l. ſi quis aliquid, 38. §. Qui abortionis, & l. ſeq. ff. de pœn. l. omne delictum 6. §. Qui in acie, & §. fin. ff. de re militari.* Cùm ergò vaſalli deſertio & fuga à domino in acie peſſimi ſit exempli, haud immeritò feudi privatione punitur. Tertiò accedit huc & ea ratio quòd vaſallus ſuâ à domino fugâ in prælio alios ad ſimile factum incitat, quod certè facinus in milite eſt capitale, *d. l. omne delictum, §. Qui in acie, ff. de re milit.*

83 Nihil quicquam roboris adferunt neganti pronunciato, rationes pro ea adductæ. Quod enim attinet duas priores rationes, ideò illæ non officiunt affirmativæ, quia ſola deſertio domini & fuga vaſalli, privat ipſum feudo, nec requiritur hîc ut dominus etiam

in

e læſus ſit, ut antè oſtendi, & tradunt
iſtæ, inter quos etiam Schrad. *Tract. feud.*
6.c.6.n.89. Paulus Picus ad *d.Tit. 5.n.19.* &
ric. à Roſenth. *Tract. feud. c. 10. concluſ. 16. n.*
uod ad tertiam attinet rationem, po-
ioc refelli modo: Major propoſitio ve-
n eſt; Quando enim vaſallus deſerit in
o dominum, nocet illi hoc ipſo, quòd
rem & formidinem inicit ei, cùm jam
li ope & auxilio deſtitutus ſit, fore, ut eò
us in diſcrimen vitæ adducatur; Deſer-
itur illa non minus pœnam meretur, ac
rælio perierit aut corpore læſus fuerit
inus: Idque ſentiunt etiam præter alios,
. Iun. *Tract. de feud. part. 4. n. 15.* Sonsbeck.
im. in uſus feud. part. 12. n. 14. verſ. idem di-
r part. 11. n. 32. Nicol. Mozz. *Tract. feud. Tit.*
ib. cauſ. feudum amitt. n. 88. Vultei. *Tract.*
ib. 1. c. 11. n. 19. pag. 716. ibi, aut quod illæſus
at Henric. à Roſenthal. *Tract. feud. d. c. 10.*
uſ. 16. n. 5.
on caret etiam dubio hæc quæſtio, an 84
lus ob fugam ſuo mulctetur feudo, eo
que caſu, quo ipſo fugiente, frater ejus
aſallus domino ſubvenit, eumque de-
it? Negativæ patrocinium præſtât Bald.
it. 5. Quib. mod. feud. amittatur, in princ. &
m Alvarot. *n. 12.* & Francus *n. 7. lib. 1. Feud.*

n.7.lib.1.F. ad. Iacobin. de S. Georg. *Tr. de feud. in verb.* Et prmiſerunt *n.20.* Iaſon. in *l.1.n.2.C. de Tranſact. & in l.ſi emancipati 9.n.10.C.de collat.* Schrader. *Tract. Feud. part.6 c.6.n.91.fallent.13.& part.9.c.1.n.5.* Ioann. Schneid. *tr. de feud. part.8. c.1 n.22. & ſeqq.* Ajentē verò opinionē in parte feudi ad fugientem pertinente, præter Martin. Laudenſ. *n.14.* Præpoſ. *n.7.* Matth. de Afflict. *n.16. verſ. Quid ſi duo fratres, in d. Tit.5. Quib. mod. feud. amitt. lib.1. Feud.* amplectuntur quoque Curtius Iun. *Tract. de feud. part.4 n.18. quæſt.13.* Sonsbeck. *in commēt. in uſus Feud. part. 12.n.14. verſ. adfert quoque*, Ioann. Borcholt. *in comment. in conſuet. Feud. c.8.n 87.* Nicol. Mozz. *Tract. de feud. Tit ult. n.96. verſ. contrarium licet*, Herm. Vultei. *Tract. de feud. lib.1.c.11.n.19. verſ. Nec relevat vaſallum.*

85 Et hanc poſteriorem opinionem feudorum placitis conſonam eſſe judico: Tùm, quia delictum non debet manere impunitum, *l. Ita vulneratus 51. verſ. Quod ſi quis, ff. Ad Leg. Aquil.* Delictum autem feudale, quale eſt etiam in prælio deſerere dominum, punitur feudi privatione, ut ſuprà oſtendi; Eſt ergò vaſallus feudo privandus ob eiuſmodi delictum, licet frater convaſallus dominum in prælio defenderit: Tùm, quia ſi duo fratres vaſalli dominum in acie dimiſerint, ambo feu-

udi amiſſione puniũtur, id quod nemo ſt negare; Cur ergò non alter etiam r dominum in campeſtri deſerens præ-eudo ſuo mulctaretur? ſiquidem quod abus perſonis ſtatuitur, in unâ quoque onâ ſit ſtatuendum, *l. ſingularia, 17. ff. de red.* Tùm etiam, quia notiſſimi juris uòd feudum etiam pro parte commit-t vaſallo adimi poteſt, *Tit 38. De vaſallo ntr. Conſt. Lothar. beneficium alienarit, lib. d. gl. in Tit. 55. De probib. feudi alienat. per ric. §. callidis, in verb.* amittant, *lib. eod.* Molin. *in conſuet Pariſienſ. §. 13. gl. 5. n. 7.* Clar. *in §. Feudum, quaſt. 31. num. 7.* Petr. nnas *in Reg. Iur. 40. ampliat. 5.* Tùm po-nò, quia perfidus eſt, & beneficio indi-s vaſallus, qui dominum ſuum in præ-ericlitantem deſerit, *Tit. 6. De form. fide-* *Tit. ſeq. lib. 2. Feud.*

86 Non propugnat pro negante ſententiâ, ppugnat hanc aientē opinionem text. *i is qui duos 30. ff. de liberat. legat.* Eſt enim uobus reis promittendi, quorum neu-ine altero liberari poteſt. *l. 3. §. Nunc de u, ff. d. t.* Aliud verò eſt in feudo, ut quod parte amitti poteſt, ut anteà oſtendi. Cæterùm concluſio hæc affirmativa, an n procedat in feudo individuo, quale eſt

Feudum Ducatus, Marchionatus, Comitatus, *d. Tit. 55. de prohibit. feud. alienat. per Frider. §. Præterea, lib. 2. Feud.* in controverſiam venire video. Communiter ſentiunt Feudiſtæ in feudo individuo auxilium ab uno vaſallo putà fratre præſtitum domino, prodeſſe etiam alteri vaſallo fratri, qui dominum deſeruit in prælio, argum. *d. l. Si is qui duos, ff. de liberat. legat.* Hâc item ratione, quòd privilegiatus in communi & individuâ causâ utitur beneficio privilegiati, *l. 3. in fin. ff. Quæ res pignor. obligar. non poſſ.* Bart. *in l. 1. C. Si in commun. cauſ. reſt. in integr. poſtuletur.* Ita ſentiunt, quos citat Schrader. *d. part. 9. cap. 1. n. 5.* & Nicol. Mozz. *Tract. de feud. Tit. ult. n. 96. verſ. Pro ſolutione*, Refert eandem diſtinctionem inter dividuum & individuum feudum Hermann. Vultei. *lib. 1. de feud. c. 11. num. 19. pagina 716. verſu Diſtinguunt nonnulli*: Sed quid ipſe ſentiat de eâ diſtinctione, non exponit. Placet mihi ſententia Roſenthalii, *Tract. feud. cap. 10. concluſ. 16. num. 14. & ſeqq.* ubi privationem feudi ex memoratâ causâ admittit etiã in feudo illo individuo Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & quidem rectè: Nam & hoc feudum naturâ dividuum eſt, cùm per Præfecturas, Civitates, & Pagos dividi naturâ poſſit, permittente domino, putà Impera-

:ore vel Rege Romanorum, ut volunt, citat Roſenthal *d. Tract. feud. c. 9. conclu-* *;6. in addit. ſub. lit.* A.

uod verò attinet feudum naturâ indi- 87
ì, quale eſt, quod in rebus naturâ indi-
s eſt conceſsū, cujuſmodi res ſunt ſer-
realis, juriſdictio, ius piſcandi, venādi,
;ium colligendi, Zaſ. *Tract. de feud. part. 8.* *'rſic. Quintò fallit,* Schrader. *Tract. feud.* *'. c. 1. n. 21. verſ. Nonò hæc concluſio,* quod in-
ı attinet tale feudum, an illud etiam
:at vaſallus propterea, quòd in prælio
num dimiſit, ſentiūt quidem Dd com-
ter, hoc feudum non auferri vaſallo,
ominum in acie deſervit, Schrad *d. part.* *:. 5. &* Mozz. in *d. Tit. ult. n. 96.* Verùm
pronunciato nihil etiam deferendum
o, ſed arbitror, hoc quoque feudo mul-
:x dictâ cauſâ vaſallum. Tùm, quia ſi
:aſu non privaretur vaſallus parte ſuâ
cum fratre communis, impunita ma-
ipſius fuga & deſertio domini, contra
vulneratus 51. verſ. Quod ſi quis, ff. ad Leg.
Tùm etiam, quia vaſallus beneficio
ıs non eſt, qui perfidus & perjurus con-
ræſtitam fidelitatem in pugnâ domi-
dimiſit, *d. Tit. 6. de form. fidelit. in fin. ibi, ſi* *io vult dignus haberi. & Tit. ſeq. lib. 2. Feud.*

 Nihil

88 Nihil huic concluſioni decerpit textus in *d.l. ſi is qui duos ff. de liber. legat.* Eſt enim, ut & ſuprà reſpondi, de duobus reis promittendi, quorum alter ſine altero liberari non poteſt, *d.l.3 §. Nunc de effectu.* Neque etiam quicquam detrahit pronunciato huic, quòd privilegiatus utitur privilegio privilegiati, *d.l.3. in fin. ff. Quæ res pignor. obligar. non poſſ.* In delictis enim nec privilegiatus gaudet privilegio ſuo, *l. Auxilium 37. in princ. & §.1. verſ. in delict. ff. de minorib.* Proindè cum deſertio domini in acie periclitantis ſit delictum, frater fidelis nihil hîc prodeſt perfido fratri ſuo, id quod etiam ſentit Henric. à Roſenth. *tract. feud. c.10. concluſ. 16. num. 16.* Exuitur ergò vaſallus ſuâ communis feudi parte, ob fugam & deſertionem domini in prælio, etiamſi feudum vel lege feudali, vel naturâ ſit individuum.

89 Ad quem autem pertineat ea communis feudi pars, an cedat domino, aut fideli vaſallo, qui defendit in acie dominum, quæri hîc poteſt? Henric. à Roſenth. *Tract. feud. cap. 10. concluſ. 16. num. 14. & ſeq.* ad dominum illam redire feudi partem ſentit, ſi feudum ſit hereditarium. Sin ex pacto & providentiâ feudum ſit, ad fratrem qui domino fidelis in acie fuit, pertinere illam individui feudi partem,

ſcribit, ſed loquitur de feudo lege indi-
o, quale eſt feudum Ducatus, Marchio-
s, Comitatus. Feudum naturâ indivi-
n ſi ſit, ut quod conſiſtit in Iurisdicti-
, jure venandi, jure piſcandi, jure exi-
li vectigal, fratri, qui domino fidelis fuit,
eſcit, Quando enim ob feloniam frater
llus ingratus privatur feudo naturâ indi-
o, tunc portio ipſius accreſcit fratri fide-
argumento quorundam juris textuum,
d. autoritatibus docet Schrader. *Tract.*
part. 9. cap. 1. num. 7. Pro illâ autem
li portione, quæ vaſallo fideli accrevit,
tur ipſe domino æſtimationem eius ſol-
juſtam, ut tradunt. Iacob. de Belviſo,
lr. de Iſern. Bald. Alvarot. Præpoſit. &
th. de Afflict. in *Tit. 12. de fratrib. de novo*
fic. inveſt. lib. 2. Feud. Curt. Iun. *Tract. de*
part. 2. principal. part. 2. num. 80. Zaſ.
t. de feud. part. 8. num. 28. Schrader. *Tract.*
part. 7. cap. 1. num. 22. Cum enim va-
is in dominum peccavit, feudum quod
amiſit ad dominum pertinet, *Tit. 24.*
e fuit prima cauſ. benefic. amittend. §. Deniq.
2. Feud. Quia autem individuum eſt feu-
n hoc, & proindè portio amiſſa ſeparari
n poteſt, ut domino aſſignetur, frater fi-
is, cuius portioni accrevit, æſtimationem

juſtam domino ſolvere tenetur, argumento *l.Cũ filiis,76.in princ.ff.de legat.2.l.1.§.Si uſuſfructus, & l.ſi quadraginta 88. §. fin. ff. Ad Leg. Falcid. & l. Purè 5.§ ſi eum qui, ff. de except. dol. & l. unic. C.de commun. ſerv. manumiſſ.*

90 Oſtenſum hactenus, privari vaſallum feudo, ſi dominum in prælio, pugnâ, ſive campeſtri acie dimiſerit, ſed an idem etiam dicendum ſit, ſi ipſum in rixâ deſeruerit privatâ, quæſtionis eſt? Feudorum placita affirmativam ſuadent, Text. *eſt in Tit.26.ſi de feudo defuncti cõtentio ſit inter dominum & agnatos vaſalli, §.Licet, lib. 2. Feud.* ubi ICtus Feudiſta ſcribit, quòd vaſallus ultrò debeat adjutorium præbere domino, quoties ei magnum periculum immineat. Accedit eodem text. in *Tit.7.de nov. form. fidelit. verſ. Ego iuro, lib. eod. Feud.* his verbis: ſi ſcivero, vel audivero de aliquo, qui velit aliquid iſtorum contra te facere, pro poſſe meo, ut non fiat, impedimentum præſtabo. Conſonat *Tit.28. Hic finitur lex, & §. Ad hoc, lib.2.Feud.* Vbi dicitur, quòd vaſallus domino guerram habenti, auxilium præſtare teneatur. Guerræ autem nomine ſignificatur non modò bellum, quod publicè gerit dominus, ſed etiam certamen quod privatus ſuſcipit, cum ſuas inimicitias proſequitur, ut docet Hotom. in

libell.

libell. de verb. feudal. in voce guerra. Curt. quoq; Iun. *Tract. de feud. part. 4. num. 5.* teſtatur, hanc concluſionem eſſe de omnium loquentium mente, ſimiliter Mozz. *Tract. de feud. Tit. ult. num. 84.* Curtium ſequutus idem ſentit. Conſentit etiam Schrader. *Tract. feud. part. 6. cap. 6. num. 6.* In eandem inclinat ſententiam Hotomann. *ad Tit. 5. in princ. lib. 1. Feud.* ut & Sonsbeck. *in comment. in uſus feud. part. 12. num. 12.* Ioann. Schneidew. *Tract. de feud. part 5. num. 93.* & Vultei. *lib. 1. de feud. c. 11. n. 19. verſ. Quod autem feudor. pag. 717.*

Contrariam opinionem amplectuntur, 91 Matth. de Afflict. *ad Tit. 5. Quib. mod. feud. amitt. 7. verſ. Quartò nota, lib. 1. feud.* & Alvarot. item Præpoſit. ad *Tit. 40. de Capitul. Corradi, lib. 2. Feud.* Adducunt autem pro hâc opinione argumentum à contrario ſenſu: Textus, aiunt, in *d. Tit. 5 in princ. lib. 1. Feud.* loquitur de campeſtri prælio, ſecus ergò eſt in aliâ pugnâ, privatâ ſcilicet. Verùm textus ille de campeſtri loquitur pugnâ, exempli gratia, Exempla autem non reſtringunt Regulam, *l. Damni infecti, 18. ff. de damn. infect. l. Regula, 9. §. princ. ff. de iur. & fact. ignor.* Et argumentum à contrario ſenſu non habet locum, quando aliud expreſsè cautum reperi-

tur, Everhard. *in Topic. legal. in loc. à contrario ſenſu num. 6.* Cùm ergò nominatim in *d. Tit. 26. §. Licet, & d. Tit. 7. lib. 2. feud.* cautum ſit, feudo ſuo indignum eſſe vaſallum, ſi non præbeat domino auxilium, quoties ipſi magnum imminet periculum, argumentum illud à contrario ſenſu in correctionem certi & expreſſi juris admitti non debet, per *l. 2. ubi Bald. C. de Condit. inſert. l. Conventiuncula, 15.* & ibid. Bald. *C. de Epiſc. & Cleric.* Alex. Iaſon. Dec. *in l. 1. in princ. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iurisdictio.*

92 Cæterùm licet vaſallus feudo ſuo multetur, quando in prælio, ſive acie, vel pugnâ dominum dimiſit, attamen ſi ipſum jam mortuum, aut lethaliter vulneratum dereliquit, non poteſt feudo privari per text. à ſenſu contrario in *d. Tit. 5. Quib. mod. feud. amitt.* ibi, non mortuum nec lethaliter vulneratum, *lib. 1. Feud.* quo ex textu reſtringendus eſt generalis & indefinitè conceptus textus in *Tit. 11. §. ult.* ibi, vel ſi in pugnâ ſuum dominum dimiſerit, *lib. 1. Feud.* Non obſtat text. *in d. Tit. 24. §. item qui dominum,* ibi, in acie periclitantem, *lib. 2. Feud.* Etſi enim & tunc in acie dominus periclitari dicatur, quando lethaliter vulneratus eſt, quia tamen is propriè periclitari dicitur, qui adhuc ſalvus & in colu-

mis eſt, ſed ei periculum mortis immi-
; Qui autem lethaliter vulneratus eſt,
tuo non eſt diſſimilis, ut ex eo cognoſci-
quòd ICtus Feudiſta in *d. Tit. 5. §. 1. lib. 1.*
. mortuum & lethaliter vulneratum
jungit.
ræſumitur autem dominus lethaliter 93
ıeratus, ſi ex vulnere accepto deceſſerit,
l. Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Afflict.
Tit. 5. lib. eod. Curt. Iun. *Tract. de feud. part. 4.*
, Quò facit *l. rem non novam, 14. §. ult. C. de*
;.
quòd ſi dominus lethaliter vulneratus ſit, 94
ım autem vaſallus ex manibus hoſtium
: certo vitæ ſuæ periculo eripere poſſit,
eritur, an ad hoc obligatus ſit, modo pri-
nolit feudo? Henric. à Roſenth. affirmat.
it. feud. c. 10. concluſ. 16. in addit. ſub lit. M. *in*
Cui haud ægrè ſubſcribo, hâc motus
one: quòd vaſallus pati non debet ut do-
ıus injuriâ afficiatur, *d. Tit. 7. verſ. Ego iu-*
b. 2. Feud. poſſet autem ab hoſte vincente
ıria inferri domino vulnerato in acie re-
o, injuria, inquam, etiam realis, putà capi-
aut alterius membri amputatione, & ha-
impoſitione, quâ contumeliâ hoſtis vi-
r afficere victos ſolet. Accedit huc, quòd
ım cadaveri illata injuria vindicanda eſt, *l.*
1. §. &

1.§.Et ſi fortè,ff.de iniur.& l Oſſa,8.in princ. ff.de religioſ. & ſumpt. funer.

95 Vt autem vaſallus non amittit feudum, ſi dominum lethaliter vulneratum in prælio dimiſerit, ita nec privatur feudo, ſi dominum ex acie fugere videat,ipſe etiam fugâ ſibi conſulat, per text. *in d. Tit. 5. in princ. lib.1. Feud.* ubi ICtus feudiſta ſcribit, quòd feudo privetur vaſallus, ſi dominum in prælio morantem dimiſerit,undè ſequitur, ſi non moratur dominus in prẹlio,ſed aufugiat ex acie, ipſe quoque vaſallus impunè fugere poſſit, id quod ſentit etiam Schrader. *Tract. feud. d. part.6.c.6.n.90.*

96 Similiter non amittit vaſallus feudum ſuum ob fugam ex prælio, & domini deſertionem, ſi omninò, propter nimiam hoſtis crudelitatẽ pereundum ipſi fuiſſet, niſi fugâ ſibi conſulverit, nam vaſallus non tenetur vitam ſuam domini vitæ & ſaluti poſtponere,arg.*l.Præſes.6.C.de ſervitut.&aquâ.*Et dici ſolet: Ordinata charitas incipit à ſe ipſo gloſſ. Bald. & alii in *l.proximè citatâ.* Tenent quoq; hanc ſententiam Feudiſtæ communiter,inter quos etiam Iacobin.de S.Georg. *Tract. de feud. in verb.* Et promiſerunt eidem, *n.18.verſ. Addite tertium caſum,*Laurent. Sylvan. *de feud. recognit.quæſt.85. n.5.* Sonsbeck. *in comment. in uſus-*

uſus feud. part. 12. n 12. verſ. fallit tertiò, Schrad. *Tract. feud. part. 6. c. 6. n. 84. & 86.* Vultei. *lib. 1. de feud. c. 11. n. 19. pag. 718. verſ. aut niſi fuga.*

Non obſtat quod ſervus cum propriæ vitæ diſcrimine dominum ſuum defendere tenetur, *l. 1. §. iuxta hoc tamen, & l. Cum dominus, 19. ff. de SC. Sylvan.* A perſona enim ſervili ad liberam vaſalli perſonam non procedit argumentum, Everhard. in *Topic. legal. in loc. à ſervo ad Monachum n. 11. verſ. Sed licet vaſallus,* Menoch. *de præſumpt lib. 5. præſumpt. 28. num. 12. & 13.* Majus enim ius habet dominus in ſervum, quam Senior in vaſallum, *§. in poteſtate inſt. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt*, & ſervi jure Civili pro nullis habentur, *l. Quod attinet 33. ff. de Reg. iur.* ipſaque ſervitus mortalitati ferè comparatur, *l. Servitutem, 209. ff. d. t.* 97

Excuſat quoque vaſallum à feudi privatione ſi probabiliter exiſtimet, dominum lethaliter vulneratum eſſe, cum tamen non eſſet ita vulneratus, Bald. & Martin. Laudēſ. *d. Tit. 5. lib. 1. Feud.* Curt. Iun. *Tract. de feud. part. 4. n. 13.* Sonsbeck. in comment. *in uſus feud. part. 12. n. 13.* Vultei. *lib. 1. de feud. c. 11. num. pag. 718.* Sed pronunciatum hoc verum æſtimatur, niſi admodum ſupina eſſet vaſalli credulitas, Sonsbeck. *d. loc.* quam opinionem 98

nem juvat text. in *l. Nec ſupina, 6. ff. de iur. & fact. ignor.*

99 Quid verò dicendũ, ſi dominus in acie reverà eſſet vulnerat⁹ lethaliter, id tamẽ vaſallus cum ex pugnâ fugeret, ignoraverit, nunquid hoc caſu meretur excuſationem à feudi privatione? Affirmativam amplectitur poſt alios quos citat Vultei. *lib. 1. de feud. c. 11. n. 19. pag. 718. verſ. idem plerique volunt.* Verùm de hâc aſſertione non immeritò quis dubitaverit, eò quòd in maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus, *l. Divus 14. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* Cui argumento accedunt etiam rationes, quas ſuprà adduxi in deciſione quæſtionis, an vaſallus feudo mulctetur ob ſuam ex acie fugam, eo etiam caſu, quo dominus ſalvus & incolumis ex prælio evaſit, & quidem ratio hæc, quòd feudorum jura nihil aliud hîc requirunt, quàm quòd vaſallus dominum in prælio dimiſit, *Tit. 5. & Tit. 21. §. ult. lib. 1. Feud.* Et quia putavit dominum incolumitate frui, ipſum nihilominus in pugnâ deſervit & aufugit, à perfidiâ excuſari non poteſt, proindeque feudo indignus meritò cenſetur, per text. *in d. Tit. 6. de form. fidelitat. lib. 2. Feud.*

100 Non amittit quoq; vaſallus feudum ſuum ob deſertionem domini in acie, ſi ipſemet pro-

propter abſciſſa brachia, aut alia corporis membra, vel ob grave quoddam vulnus ad auxiliãdum domino inutilis ſit factus. Tùm, quia feudorum jura deſiderant à vaſallo defenſionem domini, ſi ipſe poterit juvare dominum, *Tit. 21. de feud. ſine culpa non amittendo, in fin.* ibi, cum eo laboraverit, ſi potuerit, *lib. 1. Feud.* Quando ergò non poteſt, ut hoc caſu, excuſatur à feudi privatione, argumento à contrario ſenſu, quod in jure validum eſt, niſi textus adverſetur, ut ſuprà oſtendi: Tùm, quia impoſſibilitas excuſat à debito præſtando, *l. Si plures, 14. §. ſive autem ff. Depoſiti:* Tùm etiam, quia excuſatur quoque ſervus, quando dominum quidem in periculo conſtitutum novit, ſed propter adverſam valetudinem gravem ſubvenire ei non poteſt, *L. 3. in princ. ff. de SC. Sylan.* His argumentis jungenda quoque autoritas Dd. quos citat Henric. à Roſenth. *Tract. feud. c. 10. concluſ. 16. in addit. ſub litt.* Y. & Z. Sed pronunciatum hoc non procedit, quando vaſallus valetudinem adverſam, & languorem ſimulavit, per text. *in l. omne delictum 6. §. ſed & caligatus*, ibi metu hoſtium languorem ſimulavit, *ff. de re militar.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 28. n. 7. & 8.*

Move-

101 Moveri & illa hîc poteſt quæſtio, an vaſallus, quo caſu impeditur, dominũ in diſcrimine vitæ cõſtitutũ, corpore ſuo & armis juvare, ſaltem clamoribus hoſtẽ, aliumvè aggreſſorem terrere teneatur, ſi feudo privari nolit? Ajens opinio firmari videtur text. *l. 1. §. tuliſſe, verſ. veluti ſi quis clamavit, & §. ſeq.* ibi, qui clamore uſus eſt, & *l. Cum dominus, 19. ibi, Et clamoribus, ff. de SC. Sylvan.* eamq; amplectuntur poſt Laudenſ. Matth. de Afflict Ardizonem & alios, Iacobin. de S. Georg. *Tract. de feud. in verb.* Et promiſerunt eidem, *n. 17.* Curt. Iun. *Tract. de feud. part. 4. n. 11 verſ. Prædicta tamen*, Sonsbeck *in commentar. in uſus feud. part. 12. n. 12. verſ. Fallit ſecundò*, & Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 28. num. 11.* At, quia ipſo prælio durante, propter armorum, tormentorum, & plorantium militum vulneratorum ſtrepitum, clamor vaſalli nihil, aut parum domino proderit, non video, cur vaſallus, ipſemet jam plagis attritus, ſi acclamationem intermiſerit, feudo privari debeat, maximè cùm etiam vox plorantium ſuis infeſta ſit, ut ſcribit Baldus in *d. Tit. 5. n. 6. lib. 1. Feud.* Quòd ſi extra prælium dominus in ſalutis periculum inciderit ſciente vaſallo, decet ipſum clamore ſuo & dominum monere, ſibi ut caveat ab adverſario, & inimi-

cum

cum domini terrore ab ipſo fugare & pellere, ad quem caſum pertinent text. pro ajente ſententia anteà adducti.

Vocatur in quæſtionem & illud, ſi vaſallus in prælio belli injuſti dominum dimiſerit, an feudo privari poſſit? Negativa feudorum juri conſonat, ut patet ex *Tit. de nov. form. fidelit. verſ. Et ſi ſcirero*, ibi, te velle juſtè aliquem offendere *& Tit. 28. Hic finitur lex, in princ.* ibi, ſi ſciatur quod juſtè, *& verſ. ſed ſi eum, lib. 2. Feud.* quo poſteriori loco ICtus Feudiſta ait, quòd vaſallus non amittat feudum, ſi nolit adjuvare dominum, quando is non ſe defendere, ſed offendere alium velit. Confert huc, quòd nec ſervus in facinoribus domino opem ferre tenetur, *l. Si mulier, 21. §. 1. ff. de act. rer. amotar.* cùm tamen ſervus domino ſuo arctius ſit obligatus, quàm Seniori ſuo vaſallus, ut proximè oſtendi. Eſtque communis ac recepta Dd. opinio, quòd, licet vaſallus cœperit juvare dominum in bello injuſto, & poſteà dimiſerit dominum, pœnâ tamen amiſſionis feudi non plectatur, ut oſtendit Henric. à Roſenthal, *Tract. feud. c. 8. concluſ. 20. in addit. ſub lit.* C. Quæ opinio hâc quoque ratione ſtabilitur, quòd maleficia tantò graviora ſunt, quãtò diutius quis in illis perſeverat, *c. ult. Extr. de conſuet.* quodque lauda-

bile eſt à peccato, & malo peccandi propoſito deſiſtere, *Can. in malis promiſſis, can. unusquiſque, & Can. Magna ſapientia, 22. quæſt. 4.* Pluribus aliis argumentis confirmat eleganter hanc ſententiam, Schenck. à Tautẽberg. *in d. Tit. 5. §. 1. lib. 1. Feud.*

103 Si tamen ab initio vaſallus noverit, quòd dominus injuſtum ſucceperit bellum, ad illud tamen cum ipſo in militiam profectus ſit, poſteà verò intempeſtivè dimiſerit eum, cùm dolo carere non præſumatur, haud injuriâ feudo ſuo mulctatur, *l. in commodato, 17. §. ſicut, ff. commodati,* & ſentiunt ita Dd. communiter, quorum meminit Schrader. *Tract. feud. part. 6. c. 6. n. 78.* & Henric. à Roſenth. *Tract. feud. c. 8. concluſ. 2. in addit. ſub lit.* E.

104 Eſt & illa omiſſionis culpa vaſalli, ob quam ipſe feudo mulctari poteſt, ſi audiat quempiam dominum conviciis inſectari, & honorem ejus depeculari, ipſi tamen convitiatori non obloquatur, neque dominum de eâ injuriâ certiorem faciat? Alciat. quidem *præſumpt. 46. num. 13. & 14. ſub reg. 3.* id negat, verùm affirmativæ patrocinatur text. *in d. Tit. 7. de nov. form. fidelit. verſ. Ego iuro, & verſ. ſeq. Et ſi ſcivero, lib. 2. Feud.* ubi ſub fidelitate, ad quam vaſallus domino obligatus eſt, & illud comprehẽditur, quòd, ſi ipſe audiat aliquem inju-

injuriâ, vel contumeliâ afficere dominum, teneatur impedimentum præſtare, quò minus id fiat, aut illud domino quamprimùm poterit nunciare. Confert eodem Text. *in Can. tibi domino, Diſtinct. 63.* Confirmat quoque hanc opinionem, quòd vaſallus, cum audit infauſtas voces jactari in dominum, & ad eas dicit nihil, conſentire eis cenſetur, *l. Qui tacet, 185. ff. de Reg. iur. c. Qui tacet, Extr. eod. tit.* Et hæc ſententia placet Hoſtienſi *in ſumma, Tit. de feud. verſ. Quid ſi fidelitas*, & Matth. de Afflict. *deciſ. Neapolit. 307. num. 7. & 8.* item Andr. Sicul. *in addit. ad Bald. in d. Tit. 5. Quib. mod. feud. amittatur, lib. 1. Feud.* Tùm etiam Schradero, *Tract. feudal. part. 10. ſect. 5. num. 128.* Cæterùm Henric. à Roſenth. *Tract. feud. c. 10. concluſ. 17. num. 5.* in hanc abire ſententiam videtur, quòd quidem vaſallus ob præſtitam domino fidelitatem, ei obligatus ſit, de injuriâ illâ certiorem ipſum reddere, ſed omiſſâ eâ ſignificatione excuſatus ſit à feudi privatione. Verùm, ut Alciati opinatio, ſic & Roſenthalii ſententia à veritate aliena eſt, ut argumenta pro affirmativâ adducta arguunt. Alciati ſententia præſupponit vaſallum nō privari feudo, niſi cauſa, ob quam beneficio ſuo exui debeat, ſit capitalis. Ait enim quòd cauſa famæ propriè non dicatur capitalis, nec propriè æquiparetur vitæ, ſed

vaſallus non ſolùm ex cauſis capitalibus amittit feudum, ſed etiam ex aliis cauſis, ut oſtendi ſuprà.

105 Adhæc culpa vaſalli in omittendo conſiſtens eſt & hæc, ſi reſciverit, quòd quiſpiam domini, vel perſonæ, vel rebus nocere moliatur, id autem neque fieri impedat, neque domino quàm citiſſimè ſignificet, cùm tamen id facere poſſet, *d. Tit. 7. verſ. Et ſi ſcivero, Tit. 24. Quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt. §. Præterea, & Tit. 28. §. Adhac verſ. tu tamen, lib. 2. Feud.* Et ſentiunt ita communiter Dd. quos longâ ſerie refert Henric. à Roſenth. *Tract. de feud. c. 10. concluſ. 17. ſub litt.* LI.

106 Quid verò, ſi abſque notificatione vaſalli aliundè innotuerit domino, quòd quiſpiam ei inſidias ſtruat, aut bonis ipſius damnum inferre intendat, nunquid hoc caſu liber erit vaſallus à feudi privatione, licet dominum ipſemet etiam nòn certioraverit de iſthoc periculo? Petr. de Bella pert. *Tract. de feud. Tit. 10.* affirmativæ aſſiſtit. Putarē tamen incumbere vaſallo, ut & ipſe domino periculum illud denunciet: Tùm, quia vaſallus vi præſtiti jurisjurandi obligatus eſt ad notificationis factum illud, *d. Tit. 7. verſ. Et ſi impedimentum, lib. 2. Feud.* Tùm etiam quia licet dominus de iſthoc periculo jam certus

ſi t

ſit ex alio, poteſt tamen certior effici ex vaſalli denunciatione, cùm ille ad ſignificationem illam obſtrictus ſit, & non præſumatur falſum denunciare domino: Tùm poſtremò quia vaſallus certò ſcire non poteſt, quòd reverâ innotuerit domino futurum illud periculum. Non obſtat quod ſciens certiorandus non ſit, *l. 1. in fin. ff. de act. empt. vendit.* Hoc enim pronunciatum procedit tantùm, ubi nullum corporis, vitę, exiſtimationis, aut bonorum periculum metuendum eſt. Et quòd axioma illud catholicum & univerſale non ſit, patet ex illis quæ ſcribit Petr. Coſtal. *in l. item veniunt, 20. §. Petitam, ff. de petit. hered.*

107 Non ſolùm autem vaſallus domino periculum quod ei imminet denunciare tenetur, ſed & præter denunciationem illam, quo poteſt modo avertere ab ipſo periculum ſalutis jubetur. Ad utrumque enim obſtrictus eſt vaſallus, ad denunciationem ſcilicet illam, & diſcriminis prohibitionem, ſi præſtare utrumque poſſit, ut patet ex textu in *d. Tit. 7. verſ. vel ſi ſcivero, & verſ. ſeq. lib. 2. Feud.*

108 Eſt porrò & ea in omittendo conſiſtens culpa vaſalli, ſi ipſe requiſitus non præſtiterit domino debita ſervitia, *Tit. 21. de feudo ſine*

mini, quando is vel ad Comitia Imperii, vel ad ſuſcipiendam inveſtituram iter ingredi intendit, arg. *Tit. 1. §. Notandum eſt autem lib. 1. Feud. & d. Tit. 54. lib. 2. Feud.* Plures de ſervitiis feudalibus domino præſtandis quæſtiones propoſui & expoſui *Tract. meo de iure & commod. Senior. itemq́; vaſalli, lib. 1. c. 4.*

Quòd ſi non ad ſervitia perſonalia præſtanda, ſed ad ſolvendum annuum canonem obligatus ſit vaſallus, numquid feudo privatur, ſi canonem illum intra terminum præfinitum ſolvere ceſſaverit? De hâc quæſtione diſſona Dd. extant vota. Quidam negant, aliqui affirmant, ut patet ex traditis Schrader. *Tract. feud. part. 9. c. 6. n. 75. & ſeqq.* Nonnulli verò diſtinguunt, & ſub variis diſtinctionibus vel negãtem, vel ajentem amplectuntur opinionem, ut oſtendit Fachin. *lib. 7. controverſ. iur. c. 87.* ubi tamen negativæ adhærendum putat, ut & Henric. à Roſenthal. *Tract. feud. c. 10. concluſ. 34. num. 33.* 110

Mihi affirmantium opinio feudorum juri cõſona videtur, ſi vaſallus dolo malo & fraude canonem promiſſum in termino pręſcripto non ſolverit: Tùm, quia nulla fraus, nullus dolus inter dominum & vaſallum intervenire debet, modò feudum retinere velit, *Tit. 52. de probib. feud. alien. per Lothar. §. ult. iunct.* 111

Tit. 9. Qualiter olim poterat feudum alienari, in princ. verſ. ſi autem diſſentiente, ibi, quod & ipſum ſyncerè hodie & ſine fraude licet ei facere, *lib. 2. Feud.* Tùm, quia vaſallus qui datam fidem in canone ex conventione certo tempore ſolvendo, non ſervat, perfidus & improbus eſt in dominum, & proindè amplius fidelis hoc eſt vaſallus eſſe non poteſt, *Tit. 6. De form. fidelit. verſ. pen.* ibi, ſi beneficio vult dignus videri *junct. verſ. ult.* ibi meritò cenſebitur malefidus, item ibi, perfidus & perjurus, *lib. 2. Feud.* Tùm quia vaſallus qui promiſſa non ſervat in ſolvēdo canone, neque apud dominum tempore præſtandi canonis ſe excuſat, ipſum contemnere videtur, & proindè meritò indignus feudo cenſetur, *Tit. 24. Quæ fuit prima cauſ. benefic. amit. lib. eod. Feud.* Tùm etiam, quia vaſallus qui debito tempore fraudulenter non præſtat Canonem promiſſum, id agere videtur, ut vel proprietate rei feudalis privet dominũ, eumque ſibi acquirat, vel ſe ab obligatione ad præſtandum annuum Canonem liberet, id quod præſtito fidelitatis jurejurando adverſatur, per text. *in Tit. 7. de nov. form. fidelit. verſ. Et ſi contigerit te rem aliquam, lib. 2. Feud.* Tùm poſtremò, quia feudum ſimile eſt Emphyteuſi, & argumentum ab Emphyteuſi

ad

ad feudum procedere, probabile & frequens eſſe, apparet ex traditis Everhard. *in Topic. legal. in loco ab emphyteuſi ad feudum.* Cùm ergò emphyteuſi privetur emphyteuta ob non ſolutum Canonem intra tempus præſcriptum, *l. 2. C. de iur. emphyteut. & c. 3. cum c. ſeq. Extr. de locat. & cōduct.* ſequitur indè, quòd & vaſallus feudum ſuum amittat ob non ſolutum intra tempus præfinitum Canonem, id quod eò magis admittendum, quòd quæſtio propoſita non reperitur expreſsè deciſa in feudorum jure, proindeque ejus deciſio ex jure communi petenda erit, per Text. *in Tit. 1. verſ. ſtrenuus, lib. 2. Feud.*

Non imminuit concluſionem hanc ajentem, quòd ſervitia feudalia, quorum loco eſt canō annuus, præſtare vaſallus non tenetur, niſi à domino requiſitus fuerit, *Tit. 21. in fin. princ. lib. 1. Feud. & Tit. 26. Si de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnatos, §. licet, lib. 2. Feud.* Hinc enim malè infertur, vaſallum non privari feudo, licet debitum Canonem non præſtiterit intra præfinitum terminum, modò eum dominus non exegerit à vaſallo tempore, quo ſolvendus fuit. Cùm enim ab initio in ipsâ inveſtiturâ tempus certum ſolvendi canonem præfinitum ſit, ſolum hoc tempus interpellat pro domino, *l. Traiecti-* 112

ditia, 23. ff. de Obl. & act. l. ſi fundum 114. & l. ſi ita quis promiſerit, 135. §. Seia in fin. ff. de verb. obl. l. Celſus ait 23. in princ. ff. de recept. arbitr. l. Habere, 57. in fin. ff. de Evict. Vt ergò tẽpus ſolvẽdi canonis emphyteutici à lege præſcriptũ, interpellat pro domino rei emphyteuticæ, ita, ut eo tẽpore elapſo, & canone nõ ſoluto emphyteuta cadat emphyteuſi, *l. 2. verſ. ſin autem C. de iur. Emphyt.* ita etiã tempus ſolvendi Canonẽ feudalẽ nominatim in inveſtiturâ præſcriptum, monet vaſallum ut ſolvat promiſſum canonem, qui ſi non ſolvatur feudum amittitur.

113 Neque etiam impedit affirmativam, quòd in Feudorum libris nuſquam expreſsè cautum legitur, vaſallum ob non ſolutum canonem feudalem ſuo exui feudo: Cùm enim feudorum placita inveſtituræ tenorem, id eſt pactum inveſtituræ probent, & validum ac obligatorium eſſe oſtendant, licet à naturâ feudi propriâ & communi alienum ſit, *Tit. 2. §. Præterea, & Tit. 8. de inveſtiturâ de re alienâ factâ, in princ. lib. 2. Feud.* cõſequens ei eſt, quòd ſi pactum inveſtituræ adjectum ſit, ut vaſallus domino annuum præſtet canonem, perindè eſt ac ſi feudorum jure cautum eſſet ſpecialiter, ut vaſallus ſingulis annis canonem promiſſum præſtaret, & eo non ſoluto, feudo privaretur, quando enim

vaſal-

vaſallus non præſtat quod promiſit inveſtituræ pacto, poteſt dominus actione condictitiâ repetere feudum, *d. Tit. 21. verſ. vel ſi dominus, lib. 1. Feud.* ſiquidem traditioni inveſtiturali pactum confeſtim adjectum, ſit validum, & actionem domino pariat, arg. *l. in traditionibus, 48. ff. de pactis*, præſcriptis verbis ſcilicet actionem, *l. in rebus, 6. C. de rer. permut.*

Poſtremò nihil decerpit ajenti pronunciato, quòd vaſallus retinere debet beneficium ſuum, licet fidem promiſſam ſervare non videatur, *Tit. 24. §. Sed quia natura, in fin. lib. 2. Feud.* Eſt enim caſus citato loco propoſitus de vaſallo, qui partem feudi ſui alienavit, & partem retinuit, & quod dicitur ibi de vaſallo fidem promiſſam non ſervante, intelligẽdum eſt de parte feudi alienatâ, quam ob non ſervatam fidem amittit vaſallus, *Tit. 38. De vaſallo qui contr. Conſtit. Lothar. benefic. alienavit. lib. 2. Feud.* Quod partem feudi non alienatam attinet, retinet eam vaſallus ideò, quòd in eâ ſervavit datam fidem. 114

Eſt prætereà hujus generis culpa, ob quam vaſallus feudum amittit, ſi domino ſuo egeno & inopi pro modo & quantitate feudi alimenta præſtare nolit. Cùm enim vaſal- 115

vaſallus ex feudi reditibus, pro modo ipſorum domino alimenta debeat, ut prolixè cum aliquibus contra quoſdam alios oſtendi in *Tract. meo de iur. & commod. ſenior. ſive domini, itemq́ ; vaſalli, lib. 1. c. 4. n. 143. & ſeqq.* non immeritò ex eo concluditur, quòd ſi omninò deneget vaſallus domino alimenta, feudo ſuo indignus ſit.

116 Eſt inſuper eiusdem generis culpa vaſalli, ſi dominum carceri incluſum redimere, cùm poſſit, recuſet, per text. in *Tit. 24. §. Item ſi delator, lib. 2. Feud.* Quò confert etiam, quòd mors & carcer comparantur, *l. Nec timorem, 7. §. 1. ff. Quod met. cauſ.* Cùm ergò à mortis periculo vaſallus teneatur dominum liberare, niſi feudo exui velit, *Tit. 28. §. Ad hoc, verſ. Tu tamen ſcias, & Tit. 39. §. ult. lib. 2. Feud.* ſequitur indè, quòd etiam ex carcere ipſum redimere obligatus ſit, ſi feudo indignus eſſe nolit. Id quod ſentiunt etiam Dd. modò dominus ſine culpâ ſuâ ex cauſâ injuſtâ conjectus ſit in carcerem, Schrader. *Tract. feud. part. 9. c. 8. verſ. Hac concluſio, & verſ. ſeq. num. 9.* Borcholt. *in comment. in conſuetud. feud. c. 8. n. 114.* Vultei. *lib. 2. de feud. cap. 11. n. 48.*

Quid verò ſi ob æs alienum in carcerem conjectus ſit dominus, num vaſallus ſolvere pro domino æs alienum, & ex carcere ipſum libe-

liberare jubetur? Negativa patet ex *Tit. 26. §. Licet vaſallus, & Tit. 39. §. ult. lib. 2. feud.*

Eſt præterea omiſſionis culpa vaſalli, ex 118
quâ etiam ipſe feudum perdit, ſi domino juſtitiam facere noluerit, *d. Tit. 24. §. Illud tamen, lib. 2. Feud.* ubi vaſallus dicitur, nolle juſtitiam facere domino, ſi juſtitiam domino adminiſtrare in judicio, ſive jus dicere nolit, ut ſentit ibidem Baro à Tautenberg. Cuiac. ad *Tit. 1. lib. 3. Feud. mihi pag. 291* tres adducit explicationes verborum, IVSTITIAM FACERE DOMINO Prima & Secunda reſpondet Baronis explicationi. Tertia eſt de vaſallo contumace de quo jam in ſequẽti exemplo dicam, addito primum, quòd alibi juſtitiam facere nolle dicitur, qui ſe judicio ſiſtere, aut adverſario, quod is jure petit, pręſtare recuſat, *Tit. 22. De milite vaſallo qui contumax eſt, in fin. lib. eod. feud.*

Similiter omiſſionis culpa vaſalli eſt, ſi is à 119
domino prætendente feudi amiſſionem ex culpâ quâdam in judicium feudale trino edicto, ſeptem vel decem dierum diſcriminato vocatus non venerit: quâ ex culpâ feudum amittit, & dominus in ejus poſſeſſionem per Curiam mittitur, quam tamen, ſi intra annum in judicium venerit, recuperat; ſi non venerit, ut ipſum feudum, ſic & ejus poſſeſ-

ſionem

ſionem amittit, *Tit. 22. de milit. vaſall. qui contumax eſt, in princ. lib. 2. Feud.* Atque ita diverſos conſtitui caſus in principio allegati modò tituli & *d. Tit. 24. §. illud tamen, lib. 2. Feud.* planè exiſtimo, quamvis aliter ſentiat Hartmann. Piſtoris, *lib. 2. quaeſt. iur. quaeſt. 50.* De utroque titulo conſulendus quoque Henric. à Roſenthal. *Tract. feud. c. 10. concluſ. 26.* Herman. Vultei. *lib. 1. de feud. c. 11. n. 24. pag. 725.* & Ioann. Borcholt. *de feud. c. 8. num. 309.*

120 Poſtremò hujus generis culpa vaſalli, ob quam feudū amittit eſt, ſi filius ipſius dominum offenderit, & propterea dominus requirat à vaſallo, ut eum filium ad ſatisfaciendum ipſi deducat, vel ſeparet à ſe, id autem vaſallus facere negligat: quâ ex culpâ ſuâ vaſallus feudo privatur per Text. *in Tit. 55. §. inſuper, lib. 2. Feudor.* De hoc exemplo alios quos citat, agit quoque Herman. Vultei, *lib. 1. de feud. c. 11. num. 24. pag. 724. verſ. Alterum exemplum.*

ERRA-

Errata typographica, lectione tranſ-curſoriâ obſervata.

Pagina 14. *ſummario* 145. & 146. *pro affirmantes lege affirmantis. pag.* 24. *lin.* 4. *leg. feudi. pag.* 39. *lin. ult. ejuſmodi. pag.* 49. *lin.* 25. *dictioni feudalis præpone vocem rei. Pag.* 59. *lin.* 18. *Vaſallus. pag.* 63: *lin:* 10. *factâ. pag.* 71. *lin.* 6. *quamvis. pag.* 72. *lin.* 4. *poſſeſſor. pag.* 115. *lin.* 1. *At. pag.* 191. *lin, ult. loco. pag.* 201. *lin.* 7. *maius. A pagina* 208. *uſque ad pag.* 225. *errorem Typographi circa numerum pagellarum commiſſum, ſuo candore reſtituat benevolus lector. pag.* 218. *in Tit. tertii tractatus, pro affectivè, lege affectuivè. pag.* 257. *lin. antepen. domina. pag.* 271. *lin.* 4. *pro non lege nunc. pag.* 300. *lin.* 15. *ſuccidendis. pag.* 361. *lin.* 25. *etſi. pag.* 374. *lin. ante pen. offenderit. pag.* 388. *lin.* 15. *pro xe lege ex. pag.* 391. *lin.* 13. *Etiam. pag.* 393. *lin.* 1. *concedere. ibid. lin.* 2. *atqui pag.* 432. *lin.* 6. *minorem. pag.* 433. *lin.* 9. *omittatur pag.* 447. *lin.* 6. *Verbo procedit, præponatur dictio Non. pag.* 448. *lin.* 17. *deſideret. pag.* 452. *lin.* 17. *revocetur. pag.* 462. *lin* 10. *deleatur diſtinctio poſt uocem domini, pag.* 478. *lin.* 10. *certi. pag.* 479. *lin. ult. quâ. pag.* 480. *lin. penult. ſtipulatu. pag.* 482. *lin.* 2. *judicio pag.* 503. *lin.* 16. *poſt Verbum ſentire, dele voculam In. pag.* 506. *lin.* 7. *deleatur dictio quod. Ibidem lin.* 8. *particulæ eius præponatur Vocula abſque. pag.* 507. *lin.* 1. *pignori. pag.* 513. *lin.* 16. *filios. ibidem lin.* 20. *capiant. pag.* 517. *lin.* 25. *Vulteius. pag.* 539. *lin.* 17. *oblivionē. pag.* 545. *lin.* 2. *committit. pag.* 555. *lin.* 12. *dictione. pag.* 588. *lin.* 19. *dictioni alienationem, præpone voculam per. pag.* 611. *lin.* 16. *pro ad lege ac. pag.* 640. *lin.* 11. *verbo Videtur præpone particulam non. ibid. lin.* 24. *abundè textus. pag.* 650. *lin.* 5. & 6. *cauſa feudali. pag.* 669. *lin.* 19. *inceſtas. pag.* 679. *lin.* 16. *di-*

ctio-

ctioni aliam præpone vocem Ob pag. 722. lin. 10. diſpoſi-ſum. pag. 729. lin. 19. Sed. pag. 731. lin. 9. pro poſſeſſori lege poſſeſſor. pag. 739. lin. 3. quamprimùm. pag. 752. lin. 12. factum.

A quibus & ſimilibus me facilè traditum Typographo exemplar excuſabit.

FINIS.

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google